PEREGRINATORES MEDII AEVI QUATUOR

BURCHARDUS DE MONTE SION
RICOLDUS DE MONTE CRUCIS
ODORICUS DE FORO JULII
WILBRANDUS DE OLDENBORG

QUORUM DUOS NUNC PRIMUM EDIDIT
DUOS AD FIDEM LIBRORUM
MANUSCRIPTORUM
RECENSUIT

J. C. M. LAURENT

EDITIO SECUNDA

ACCESSIT MAG. THIETMARI PEREGRINATIO

LIPSIAE
J. C. HINRICHS BIBLIOPOLA
1873

PEREGRINATORIBUS FELICISSIMIS

PALAESTINOLOGIS CLARISSIMIS

CONSTANTINO TISCHENDORF

TITO TOBLERO

HOS SUOS PEREGRINATORES

GRATO ANIMO IMPULSUS

SACROS ESSE VOLUIT

EDITOR.

LECTURIS

S.

Tandem aliquando Magistro Thietmaro et Wilbrando de Oldenborg, quos lustro et longius ante emisimus, addere contigit Burchardum de Monte Sion, Ricoldum de Monte Crucis, Odoricum de Foro Iulii, denique Wilbrandum, iteratis curis editum. Quorum qui princeps est, Burchardus, peregrinatorum medii aevi, id quod inter omnes constat, κορυφαῖος, quamvis geographis, qui nunc ad Palaestinam explorandam se applicaverunt, omnibus notissimus et vicies amplius editus sit, ipse tamen, quod vix credibile, prorsus nondum in lucem prodiit, cuius umbra tantum et imago deformata adhuc nos aliosque luserit. Staphorstiano demum, qui Hamburgi asservatur, codici debetur Burchardus genuinus et incorruptus. Ecce igitur thesaurorum, quibus bibliotheca hamburgensis publica gaudet, novum specimen! Atque haec quidem causa accedebat, cur equidem Hamburgensis non solum itineris descriptioni, sed etiam vitae Burchardi pervestigandae cum summa animi et contentione et oblectatione incumberem. Laetabor profecto, si, quae de gente, nomine, tempore scriptoris mihi videor explorasse, idoneis iudicibus probabuntur. Haec hoc loco de Burchardo quidem sufficiant; plura exposuimus in praefatione, quam libro ipsi praemisimus, speciali. Hoc tantum addere et a vobis vestra pace petere liceat: Burchardum meum ut non comparetis solum vobis, sed et legatis; non legatis solum, sed aliis etiam legendum commendetis; fructus non deerunt.

Burchardum non aequant quidem Ricoldus et Odoricus, sed tamen digni sunt, qui secundo post ipsum loco ponantur. Sunt enim itineraria illa et utilitate et voluptate uberrima.

Ricoldi de Monte Crucis itinerarium rerum colorumque varietate multiplex qui cognoverit, facile intelliget, cur et Francogalli, et Itali interpretationes eius non solum confecerint, sed etiam picturis nitidissimis collustrarint; neque non mirabitur, quod ad hoc usque tempus nondum latine sit in

lucem datum. Talem enim editionem nusquam investigare potuimus; quare hanc principem dicere nostro nobis iure videmur. Nec parvum nobis negocium facessebat rerum, quas Ricoldus tractavit, variegata abundantia, qua factum saepe est, ut in annotatione elaboranda haesitaremus, satis magnam alteri post nos editori messem relicturi. Gratias autem non possumus non agere quam maximas Bethmanno V. Cl., bibliothecae guelferbytanae praefecto, qui codicis miscelli Ricoldum continentis nobis copiam fecit.

Iam dicendum est de Odorico Foroiuliensi, cuius itinerarium quum per se fructuosissimum est, tum illustrissimo Ἰνδικοπλεύστου nomine adeo nobilitatur, ut neminem fore opinemur, quin Georgium Pertzium, magni nominis virum, bibliothecae berolinensis regiae praefectum primarium, qui pro ea, qua est, humanitate et liberalitate, ut antea Wilbrandum, ita nunc Odoricum mihi commodavit, animo prosequatur gratissimo.

Wilbrandum denique Oldenburgensem ut iterum recenseremus, impulit nos et libri pr[illegible], et immerita scriptoris generosissimi obscuritas. Cuius peregrinatinonem scriptoris ipsius libro II c. XIII auctoritate nos primi in libros, capita, sectiones dispertivimus. Denique mihi crede, in Wilbrandum et Burchardum, in Ricoldum et Odoricum tantam et nunc et antea operam me contulisse, quanta optimo cuique aureae aetatis scriptori navari solet maxima; quippe qui meum esse putarem illud pro virili parte agere. Interiacent enim medii aevi peregrinatores inter Bibliorum sacrorum et recentiorum viatorum libros quasi pons continuus, quem qui neglexerit, videat ne in stagnum demersus imprudentiae poenas luat, contra qui firmiter exstructum intret, nae is via recta et tuta ad veram terrae sanctae cognitionem perveniet. Quod ut omnibus, qui haec legent, contingat, ex animo optatum volumus.

Dabamus Neodettelsaviae mense Julio anno MDCCCLXIIII.

INDEX.

I. BURCHARDI DE MONTE SION DESCRIPTIO TERRAE SANCTAE.

APPENDIX AD BURCHARDUM DE MONTE SION.

II. FRATRIS RICOLDI DE MONTE CRUCIS LIBER PEREGRINACIONIS.

III. ODORICI DE FORO IULII LIBER DE TERRA SANCTA.

IV. WILBRANDI DE OLDENBORG PEREGRINATIO.

V. INDEX NOMINUM BURCHARDI RICOLDI ODORICI WILBRANDI. PAG. CXCIII.

BURCHARDI DE MONTE SION

DESCRIPTIO TERRAE SANCTAE.

L E C T U R I S

S.

Omnium, qui medio aevo terram sanctam viserunt, peregrinatorum notissimus est Burchardus de Monte Sion, cui *„sive narrationum fidem* καὶ ἐνεργείαν, *sive exquisitionis vel cum summo periculo coniunctae industriam vel perseverantiam spectes, palmam facile deberi“* recte censet Reineccius. Neque aliter iudicat Adrichomius, qui *„persuasissimum habuit, non fuisse unquam, qui voluerit magis, aut vero etiam potuerit melius perfectam et simplicem quandam ad huius rei cognitionem viam sternere.* Quum igitur tanta sit viri praestantia, non id quidem mirum est, librum eius saepenumero editum esse, sed illud sane vix credas, viginti amplius, quae exstent, Burchardi editionum et interpretationum ne unam quidem ipsa scriptoris verba verumve, quem dicunt, textum praebere. Quid quod ne de nomine quidem eius inter omnes constat, quum multi eum Brocardum, nonnulli Borcardum Borchardum Borghardum Burgardum nominent, nemo, uno Canisio excepto, plenum eius nomen norit, agnomine *de Monte Sion* ab omnibus fere omisso? Quod addendum esse docet epistola dedicatoria, tribus vratislaviensibus aliisque eiusdem cum vratislaviensi generis codicibus praemissa, quae incipit a verbis:

Fratri Burchardo in Magdeburg Frater Burchardus de Monte Sion.

Scriptorem nostrum cave ne, sicut alii fecerunt, confundas vel cum Burchardo Argentinensi, cuius quod restat fragmentum in Serapeo*) excudimus, vel cum Bonaventura Brocardo, qui seculo XVII Palaestinam obiit.

Agnomine illo a monte Zion repetito Oudinus Burchardum eam ob causam usum esse coniecit, „quod ibidem prolixam fecerit moram“. Quod quo iure statuat nescio; mihi quidem sufficit conferre cum agnomine illo nomina Caroli a Sancto Paulo et Emanuelis de Monte Oliveti, quorum et hic, qui in eadem cum Burchardo vitae statione positus „Lector Theologiae et Diffinitor ordinis S. Francisci“ erat, et ille nomina sua gentilia cum monasticis agnominibus commutasse videtur. Itaque uti Carolus a S. Paulo prius Vialart nominabatur, Burchardum quoque alio primitus nomine gentili usum esse suspicamur.

Burchardus bis (id quod omnes omnino editores fugit, nos infra pluribus demonstrabimus) de terra sancta scripsit: primum privatim, epistolam cum tabula, quam pellem dicit, geographica addens, deinde publice. Priorem textus recensionem expressit Canisius, cuius editio hos, ad quos attendas, locos continet:

Priorem:

Distat autem ab Accon (Nazareth) *per septem leucas. Quod spacium melius estimare potui, quia sepius illuc pertransiui. Videtur michi esse sicut de Magdeburg in Barboy.*

*) V. Serapeum 1858. No. 10. p. 145 sqq.

Alterum:

Videtur mihi, quod Jerusalem . . . . multo sit longior, quam antiqua ciuitas meydeburgensis, quam includit murus circuiens de S. Ambrosio usque ad nouam ciuitatem exclusiue.

Ex his non solum, quod facile probes, Burchardum Germanum fuisse, sed aliud etiam effecerim, quod, quamvis in re tam incerta nihil pro certo affirmarim, non possum tamen quin proferam.

Viam, quae Parthenopoli Barbium ducit, Burchardum probe nosse apparet. Burchardi nomen in illustri comitum barbiensium gente usitatum fuisse docent genealogi, qui quinque eius nominis viros a Burchardo I., gentis atavo et fundatore, nomen illud hereditate accepisse tradunt. Fierine igitur potuit, ut Burchardus de Monte Sion esset natus comes a Barbio? — Res incerta quidem, sed suo tamen haec opinio, ut vides, testimonio non caret; quam si refelleris, lubentissime deponam. Minus autem incertum est, quod ex loco quodam Rudimenti nouiciorum, editi Lubecae anno 1475, sequitur. Quo quum Burchardus *Professorum Sacrae Paginae minimus* dicatur, theologiae eum doctoribus et professoribus ascribere non dubitamus.

Minus etiam dubius est annus, quo in Palaestina fuerit et scripserit. Etenim annus 1283, licet tralaticius videatur, recte tamen se habet. Nam res gestae, quas Burchardus commemorat, evincunt eum post annos 1260 1263 1268 1271 et ante annos 1291 1285 scripsisse. Apparet igitur, annum illum 1283, tametsi ab ipsius scriptoris manu, uti in annotatione docebimus, profectus non sit, non nisi ab homine docto quodam reique probe gnaro poni potuisse. Videas enim quae annotavimus ad II 8 10 23 29 VI 7 8 XIII 4 8. Neque contradicimus Victori Clerico, qui decennium illud, quod in terra sancta consumpsisse in editione veneta extrema traditur Burchardus, ab anno 1275 usque ad annum 1285 pergere coniecit. V. Histoire lit. de la France XXI 182. Biennium certe eum in Palaestina versatum esse effecimus ex iis, quae IV 9. exstant. Fuit ibi regnante Malec-al-Mansure Calavuno, Sultano Aegypti, Bibarsii successore, scripsitque annis octo ante finem expeditionum sacrarum, temporibus Henrici, regis Cypri et Hierosolymorum, et per inducias decennales, quas anno 1282, bello quod cum Sancore Alaschcare Mogolorum Sultano anno 1280 gesserat finito cum templariis et hospitalariis fecerat Calavunus.

Fuit autem Burchardus, si illius temporis rationem habueris, liberioris iudicii in rebus divinis, neque tamen impius, quum saepenumero missas ipse cantarit idque, ut videtur, non sine vera cordis pietate; doctus ita, ut arabice quoque calluisse videatur; iacit enim alcoranum se legisse. Ceterum operae pretium est egregiam Victoris Clerici de ingenio Burchardi commentationem legere iterumque legere.

Commemoravimus supra pessimam editionum, quales adhuc fuerunt, conditionem. Quam ab autographo Burchardi vel eius exemplo quopiam male scripto ortam esse opinamur, quod quum posteriores librarii difficulter tantum legerent, et scriptiones absurdae et labes lacunaeque non poterant quin orirentur. Interdum etiam dictante perperam audito orti sunt, ut fieri solet, scribentis errores. Hic illic etiam notae siglave librariorum ab aliis non recte soluta vitiis ansam praebuerunt. Sed haec omnia leviora sunt prae interpolationibus et omissionibus non singulorum tantum verborum, sed totarum sententiarum, a quibus et librarii et editores adeo non abstinuerunt, ut Burchardi textum

non corruptum, sed deformatum, non editum, sed excerptum laceratumque et περιφραστικῶς immutatum merito dicas.

Restat ut paucis exponamus, qua ratione hanc nostram Burchardi editionem disponendam censuerimus.

Textui ipsi praeter hanc praefationem et criticorum et bibliographorum causa praemisimus catalogos librorum et manu et typis scriptorum, subiecimus scriptionis discrepantiam. Deinde annotationem dedimus, quam excipit itinerarium, quo peregrinatorum et geographorum in usum locorum distantias et a Burchardo et a recentibus indicatas addita scripturae diversitate brevi in conspectu posuimus. Indices nominum et locorum biblicorum desiderari noluimus, Iavelliano, quocum contulimus et ex quo nonnulla recepimus, aliquanto locupletiores.

CATALOGUS

CODICUM BURCHARDI DE MONTE SION.

Primum, quibus usi sumus, codices hamburgenses, vratislavienses, bernensem, deinde alios quosdam descripturi sumus.

1. CODEX STAPHORSTIANUS HAMBURGENSIS (St.).

Huic codici Staphorstiani nomen dedimus, quia a Nicolao Staphorstio, verbi divini ad aedem quae olim erat Sancti Ioannis Hamburgensem magistro, primam eius notitiam traditam accepimus. Qui in Historiae ecclesiae Hamburgensis diplomatica parte I. vol. III. pag. 343—355 fusius exponit de „codice XXX. (partim in charta, partim in membrana).“ Fuit autem ex codicibus, qui olim in Bibliotheca aedis Sancti Petri asservati, nunc in Bibliotheca publica Hamburgensi custodiuntur. Insunt in hoc volumine quaternario, sed formae minoris, scripta XVIII, quorum ultimum est anepigraphum, continens Burchardi de Monte Sion descriptionem terrae sanctae.

Volumen totum inscriptum est: *Presentem librum dedit dominus Hinricus Langhe, quondam huius ecclesiae vicarius. Orate Deum pro eo.* Incipit a verbis: *Tota pulcra es amica mea et macula non est in te.*

Praecedit huic paginae index eorum, quae volumine continentur, in interiore involucri lignei corio tecti latere, seculo XIX scriptus.

Paginae numeratae non sunt.

Iam ad ipsum Burchardi librum describendum accingamur.

Codex est membranaceus, quaternarius, seculo XIV exeunte vel XV ineunte (non sec. XIII, ut Staphorstius vult,) scriptus a librario satis hebete, qui in prologo § 16 verba *hic introduc*, ab eo, qui ei codicem describendum dederat, margini ascripta quum non intelligeret, ipsa descripta in contextum recepit verborum, et saepenumero dormitans lacunas multas reliquit, errores praeterea complures committens. Verba singula atramento subpallido notisque diplomaticis inusitatioribus scripta multas legenti difficultates afferunt.

Constat foliis 27 (non 25) binarum columnarum.

Prologi initium non semel sed bis exstat, primum folio primo, sed primis verbis

vetustate deletis, deinde pagina tertia his verbis: *vm in ueteribus hysto|rijs legamus sicud dicit|*. Locus vacans ante literas *vm* literae initiali a pictoris manu oxornandae destinatus fuisse videtur.

Finis libri est: *in hac eciam postea lapidatus est Ieremias. Benedictus sit Deus et sanctus Matheus. Amen.*

2. APOGRAPHUM HAMBURGENSE (h.).

Apographum formae illius, quae a folio minore nomen traxit, seculo XVI in charta scriptoria exaratum, paginarum 72, primum continet fragmentum de sacra coena, n. 1. p. 3—9, deinde librum nostrum inscriptum:

> *Itinerarius terre sancte valde bonus, editus a fratre Borchardo de Berghe, ordinis predicatorum.*

Exemplum hoc non sine cura et diligentia confectum, pagina 13 ichnographia quadam, paginis 70 et 71 tabula geographica ornatum est, nec indice caret a librario condito. Qui in describendo et codicem Staphorstianum et Rudimentum nouiciorum sequutus esse videtur.

3. 4. 5. CODICES VRATISLAVIENSES TRES (Va Vb Vc).

Tres Burchardi codices asservat Bibliotheca Universitatis Vratislaviensis, eadem omnes ratione incipientes, sed varios in modos exeuntes.

Codex vratislaviensis primus (Va), membranaceus, formae folii minoris, signatus IV. F. 191, seculo XIV (certe post annum 1317) scriptus, continet folia 165. Burchardi descriptio terrae sanctae est pag. 142—151. Tegumenti in dorso legitur: *Legenda maior S. Hedwigis.* Insunt in hoc volumine collectivo: Legenda maior de S. Hedwige. Vitae Pontificum Rom. ad a. 1216. Vitae Rom. Imperatorum ab Octaviano ad a. 1300. Historia Hieros. ad Robertum com. Flandr. Denique Burchardus de Monte Syon. Cf. Pertz Archiv IV 99 sqq. XI 706.

Liber hic, olim „Sanctissimae Virginis Mariae in Heinrichoviensi monasterio S. Ord. Cist.“, nunc asservatur in Bibliotheca Universitatis Vratislaviensis, alias biblotheca centrali dicta.

Codex Va incipit a verbis: *Dilectissimo in Christo Ihesu patri fratri Burchardo lectori fratrum ordinis predicatorum in Magdeburch.* Et finitur verbis: *quem lampadem dicitur Martha ad honorem sepulcri sancti constituisse et Lazarus frater eius. Explicit.*

Codex vratislaviensis alter (Vb) chartaceus, formae folii minoris, signatus I F 221, habet subscriptionem: *Finitum anno Domini* 1407, *in crastino sancti Francisci, hora terciarum vel quasi; corrige, lector.* Est volumen collectaneum foliorum 240, in dorso inscriptum: *Conradi Sulconis summa de trinitate.* Tractatus de terra sancta exstat foliis 230—240. Olim erat canonicorum Augustinorum Saganensium.

Incipit sicut primus, finitur verbis: *in missione Spiritus Sancti Parthi Medi cet.*

Codex vratislaviensis tertius (Vc) chartaceus, formae folii minoris, signatus I. F. 277, scriptus est anno 1468, et est collectaneus foliorum 371, qui a folio inde IV usque ad X continet Tractatum de terra sancta. In dorso involucri legitur: *Tractatus de cruce Domini.*

De hoc codice, olim canonicorum Sancti Augustini Saganensium, haec leguntur in libro inscripto: Pertz Archiv XI 700 extr.: 277. ch. f. 4. Fratris Burchardi de Monte Sion tractatus de Terra Sancta. Hic quae nobis a folio minore appellanda esse videtur forma quaternaria dicitur.

Incipit Vc sicut Va et Vb, finitur: *cum luna crescente crescit, cum decrescente decrescit* etc.

Hic quoque codex olim canonicorum S. Augustini saganensium fuisse traditur.

Haec habebam quae de codicibus a me versatis et descriptis dicerem. Iam referamus de aliis libris manuscriptis Burchardi de Monte Sion. Quos alphabetico ordine disposuimus.

6. CODEX BASILEENSIS.

Gustavus Haenel in libro inscripto Catalogi librorum mss. qui in Bibliothecis Galliae, Helvetiae — asservantur, a col. 553 haec tradit:

> A. V. 17. Terrae Sanctae descriptio, facta ab eo, qui eam perambulavit et perspexit, ut ipse testatur; fol.

Est in Bibliotheca publica Basileensi. Hic est codex, quem Beckmannus pag. 42 ita describit:

> Inscriptio est: Liber de dispositione terrae s. civitatis Ierusalem et aliorum locorum, editus per quemdam, qui oculis suis vidit. Auctor non nominatur. Prologus sic incipit: Cum in veteribus historiis — uti in oxoniensi. Finis est: Et post dies aliquot inde navigans — — in hac etiam postea lapidatus est Ieremias.

Neque formam neque seculum codicis a Beckmanno indicata esse dolemus.

Cf. Hist. lit. de la France XXI 204.

7. CODEX BERNENSIS.

Codex membranaceus, formae maximae, olim Iacobo Bongarsio fuisse traditur, nitide scriptus est. De quo v. Sinner Catal. mss. Bibl. Bern. 1770. T. II p. 26. Cuius apographum pro ea qua est liberalitate mecum communicavit Titus Tobler. Signatus est Cod. Bern. 46. Descriptio terrae sanctae. Seculo XII errore ascribitur a Sinnero. V. Tobler Topogr. v. Ierus. I. p. XXV. — In eiusdem libro Siloahquelle p. 5. memoratur apographum illud quod contulimus.

Qui liber quamquam fragmentum tantum continet, tamen non sine pretio esse videtur, quum bonis scriptionibus non careat. In universum tamen et a nostra et a Canisii editionibus differt. Continet quae traduntur capitibus VI sqq. nostrae edit.

8. 9. CODICES BRUXELLENSES.

Duos Burchardi libros mss., si sequaris Victorem Clericum (Hist. lit. de la France XXI 204), possidet Bibliotheca regia Bruxellensis, alterum numero 9177, alterum (seculi XV) numero 739 insignitum.

10. CODEX COLONIENSIS.

De quo v. Beckmann p. 42.

11. CODEX BIBLIOTHECAE REGIAE S. LAURENTII ESCURIALENSIS.

Codex hic, qui est in plut. III. arm. O No. 34, excipit Directorium ad passagium faciendum fol. 32 verso. V. Hist. lit. de la Fr. XXI 205, ubi citatur etiam Haenel col. 945, quo teste est membr. quaternarius.

12. 13. CODICES FLORENTINI.

Bandinius in catal. codicum latinorum Bibliothecae Laurentianae tomo III col. 124 describit cod. LVI plutei LXXVI his verbis:

> Nicolai Anglici expos. in Boethium de consolatione. Adde etiam Brochardi libellum de Terra Sancta, Ciceronis Partitiones Oratorias, et Anonymi alia.

Burchardi libellus est scriptum quintum, a pag. 94 voluminis illius collectanei incipiens. Quare Bandinius col. 125 haec dicit:

> VI. pag. 94. Fratris Brochardi ordinis praedicatorum Libellus de Terra Sancta. Incipit: *Quum in veteribus historiis legamus.* Finitur: *istud absque dubio videre et audire devotissimum est. Et haec de his dicta sufficiant. Explicit libellus editus a fratre Brochardo Theologo ordinis praedicatorum de descriptione et terminatione terrae sanctae, quam ipse totam perambulavit et vidit et ibi diu stetit.* Affertur tabula geographica illius regionis, sed satis rudis. et q. s.

Idem col. 126:

> Codex membranaceus ms. in fol. saec. XIV, ex parte binis columnis exaratus — Constat foliis scriptis 109. In cat. Montf. sub num. XXX (i. e. Bernardi de Montfaucon in Bibliotheca bibliothecarum I. 390.)

Cf. Beckmann p. 42 Hist. lit. de la Fr. XXI 204.

Praeter hunc Laurentianae codicem Bernardus de Montfaucon Bibl. bibl. I 417 auctor est, in Bibliotheca monasterii Benedictinorum beatae Mariae Florentina exstare codicem inscriptum: *Libellus Terrae Sanctae editus a fratre Bochardo* (pro Brochardo) *Item Orosii de constructione Romae* et q. s.

14. CODEX LIPSIENSIS.

Ioachimus Fellerus in catalogo codicum manuscriptorum Bibliothecae Paulinae in Academia Lipsiensi concinnato p. 314 sq. haec habet:

49. Tr. de Philippo et Alexandro M., cuius init. Philippus filius Amyntae etc.
    Vita Alexandri M., cuius init. Aegyptiorum et q. s.
    Descriptio locorum terrae sanctae fratris Burchardi de Monte Sion.
    De moribus gentium quarundam et q. s.
    De animalibus tr. mysticus.
    De ecclesia et synagoga et q. s.
    Der Meydekrantz et q. s.
    Speculum humanae salvationis.

15. CODEX LONDINENSIS.

Est bibliothecae Harleianae, membranaceus, signatus 3995 (art. 10) seculi XV. De quo vid. Hist. lit. de la Fr. XXI 204, ubi citatur Catal. of the Harleian mss. Lond. 1808 t. III p. 102.

16. CODEX MEDIOLANENSIS.

Bibliotheca Ambrosiana continet librum a Bernardo de Montfaucon Biblioth. bibliothecarum I p. 511 col. I sic descriptum:

Brochardi Teutonici descriptio Terrae Sanctae, pergam. 1. bomb. 1.

17. CODEX MELLICENSIS.

Hunc Martinus Kropff (Biblioth. Mellicensis p. 52) sic describit:

Burckardi de Monte Syon Descriptio terrae Sanctae. Inc. praef.: Dilectissimo in Christo Patri lectori fratrum Ordinis praedicatorum frater Burkardus de Monte Syon cum omni devotione orationes in Domino Jesu Christo etc. Cod. ch. fol. h. 17.

Cf. Pertz Archiv X 603.

18. CODEX OXONIENSIS.

Inter libros mss. Collegii S. M. Magdalenae Oxoniensis Bernardo de Montfaucon auctore hic est:

2184. 43. Directorium terrae sanctae A. D. 1332 ad Passagium faciendum.

Brochardi liber de terra sancta.

Historia Ierosolymitana abbreviata et q. s.

Vid. Montfaucon Biblioth. biblioth. I. 668 col. II. Pertz Archiv VII 95.

Qui liber Beckmanno p. 41 teste inscriptus est:

Ad honorem salvat. mundi incipit liber de terra sancta editus a fratre Brochardo theotonico ordinis fratrum praedicatorum.

Praefatio incipit:

Cum in veteribus historiis legamus — — Ego frater Brochardus ordinis praedicat. videns quam plures fideles.

Finis praefationis est:

In singulis divisionibus posui civitates et loca. — — Incipit divisio terrae sanctae per loca et provincias. Sciendum tamen est in principio, quod terra ista, quam sanctam dicimus . . .

Finis libri:

Explicit libellus editus a fratre Brochardo ordinis praedicatorum de discretione et terminatione terrae sanctae, quam ipse totam perambulavit et vidit et diu stetit. Quem scripsit in heremo — Symon heremita, reclusus ob amorem illius, qui in terra sancta mortuus est pro nobis.

V. Hist. lit. de la Fr. XXI. 204, ubi citatur Catalog. libr. mss. Angliae t. I part. II n. 218—43.

Quodsi hoc in codice legatur, „de *descriptione*, non de *discretione* et terminatione terrae sanctae", oxoniensis cum florentino priore convenire videtur.

19. CODEX PATAVINUS.

Bernardus de Montfaucon Patavii in Museo Nicolai Trivisani

P. 108 Borcardi Teutonici descriptionem terrae sanctae

asservari dicit B. b. I 488 col. II.

20. CODEX PETROPOLITANUS.

Codex Bibliothecae Imperialis publicae Petropolitanae membr. quaternarius continet Borchardi Descriptionem terrae sanctae, seculi XVI foliorum 16. V. Pertz Archiv XI 796.

21. CODEX PRAGENSIS.

Bibliothecae Universitatis Pragensis inest: Burchardi de Monte Sion descriptio terrae sanctae, signo III H. 15. V. Pertz Archiv IX 470.

22. CODEX RATISBONENSIS.

Henr. Canisius ex Bibliotheca monasterii canonicorum regularium S. Magni ad pedem pontis Ratisbonensis edidit Burchardi de Monte Sion descriptionem terrae sanctae.

23. CODEX ROMANUS.

Romae in Vaticano custoditur liber ms., qui olim Christinae, Sueciae reginae, fuisse dicitur, membranaceus, signatus numero 430, seculi XIV, inscriptus nomine Borgardi de Monte Sion. Quem librum Victor Clericus mancum et ratisbonensi similem esse censet. V. Hist. lit. de la Fr. XXI 205.

24. CODEX TAURINENSIS.

Bethmannus (Pertz Archiv IX 608) refert, Augustae Taurinorum in bibliotheca Universitatis asservari membr. fol. min. sec. XIV, signatum H. I. 12, in quo f. 238 exstet:

> Brochardus Theotonicus de terra sancta. „Cum in veteribus ystoriis — dictu sufficiant.“

25. CODEX VIENNENSIS.

Wattenbachius V. D. Viennae in Bibliotheca Aulae imp. reg. vidit codicem:

> Hist. prof. 661, nunc 509 membr. quatern. sec. XIV. Hunc libellum dedit monasterio S. Dorothee Viennensis fundator eius. — — — fol. 3. Quot fuerunt demones in lapsu. Deinde
>
> Purchardi de Monte Syon descriptio locorum terre sancte.

Wattenbachius addit: Canis. ed. Basn. IV 6.

26. CODEX REHDIGERANUS VRATISLAVIENSIS.

Praeter eos, quibus usi sumus, libros mss. Vratislaviae ad aedem S. Elisabethae asservatur Burchardi monachi descriptio terrae sanctae. V. Pertz Archiv VI 97.

Haec habebam, quae de codicibus Burchardi dicerem. Iam

de variis codicum generibus

pauca addamus.

Quod iam olim suspicabatur Ioannes Beckmannus, id mihi persuasum est: Burchardum *bis* scripsisse, unde duae textus, quas dicunt, recensiones, duo codicum genera orta sunt. Primum enim Burchardus de Monte Sion e terra sancta ad amicum cognominem Burchardum, Lectorem fratrum ordinis Praedicatorum, breviorem terrae descriptionem misit Magdeburgum, deinde in patriam redux de iis, quae viserat, pluribus exposuit. Breviori illi descriptioni praemisit epistolam ad amicum datam, *addita tabula geographica.* Etenim: *Que omnia,* inquit, *ut melius possint ymaginari, mitto vobis simul pellem, in qua omnia ad oculum figurantur.*

Itaque quibus codicibus illa epistola ad Burchardum lectorem data praecedit, bre-

viorem illi et priorem descriptionem praebent. Cuius generis sunt codices vratislavienses tres, mellicensis, ratisbonensis, romanus. E reliquis Staphorstianus cum altero hamburgensi, basileensi, florentino Laurentianae, oxoniensi, taurinensi, posteriorem et ampliorem descriptionem continentibus, alteri generi annumerandi esse videntur. Huius alterius generis codices in hac editione nostra sequuti sumus.

INDEX

EDITIONUM BURCHARDI.

Editio I 1475. *Lubecae. Fol.*

Inscriptione caret, subscriptio haec est:

Conclusio libri sequitur. | Anno secundum carnem filii Dei a natiuitate | M.CCCC.LXXV⁰, ipso die sanctissimi regis | et martiris Oswaldi, qui est V Augusti, | sanctissimo in Christo patre ac domino, domino Sixto pa|pa, quarto, illustrissimo preclarissime domus | Austrie Frederico tercio Romanorum imperatore inuictissimo semper augusto ac pro nunc Co|lonie existente, *imperiali no|bili in urbe lubi|cana* arte impressoria speciali gracia diuina | animarum ob salutem fidelium inuenta epitho|ma istud, partes in sex iuxta mundi sex etates diuisum, prius alibi non repertum, quod placuit *rudimentum nouiciorum* intitulari, Dei adiutorio, qui supernas res ac subternas fortiter suauiter tranquilleque dispensat, *per magistrum Lucam Brandis de Schasz* feliciter est excusum atque finitum et q. s.

Hoc in libro a folio inde CLXIIII (a) usque ad fol. CLXXXVIII (c) inest Burchardi descriptio terrae sanctae.

Exemplum, quo usi sumus, continet folia aliquot calamo, non typis scripta. Asservatur in Bibliotheca Hamburgensi publica. Est hic primus liber, qui Lubecae typis expressus est. De quo vid. Ebert n. 19548 et Joh. Beckmann Litteratur der älteren Reisebeschreibungen Vol. II partic. I p. 44 sqq. — Folio CLXIIII verso legitur: Ego, Borchardus, professorum sacre pagine minimus, quantum possum, terram istam, quam pedibus meis pluries pertransiui, quantum potui consideraui et q. s.

Editio II 1519. *Venetiis.* 8.

Veridica ter|re sancte: regionumque finitimarum: ac in eis | mirabilium de|scriptio. Nusquam | antehac im|pressa.

Subscriptio haec est: Impressum Uenetijs in edibus Ioannis Tacuini de Tridino, anno M.D.XIX. die IV mensis Aprilis, regnante inclito Leonardo Lauretano principe.

Paginae singulae numeris carent, custodibus non carent.

Praefatio inscripta est:

Ad reverendum in Christo patrem Eberhardum de Cliuis — sacre theologie professorem, prouincie Theuthonie fratrum ordinis predicatorii Priorem Prouincialem optime meritum, frater Ioannes Host de Romberch Kyrspensis, eiusdem ordinis et prouincie, S. P. D.

Testatur in hac epistola Ioannes Host, se a fratre Chrysostomo de Casali, Gymnasii Bononiensis Regente, opusculum perbreue descriptionis terrae sanctae a venerabili Patre

Fratre Borchardo, quem *nostratem* dicit, scriptum dono accepisse, idemque in duas sectum partes per capitulorum paragraphos distinxisse. Sequitur deinde: *Prologus primus descriptionis*, inscriptus: *Sacris theologis ac diuine legis concionatoribus frater Chrisostomus, ordinis predicatorii alumnus ac theologorum minimus S.* Cuius in fine Chrysostomus Iavellus: *Stilum*, inquit, *huius reuerendi patris*, (Borchardi Almani quem supra vocat) *simplici congruitate currentem seruato quidem omnimode suo sensu paululum eleuare constitui, ne ex simplicitate sua lectio apud huius seculi sapientes uilis habeatur.* Apparet igitur, Chrysostomum Iavellum solum, non Hostium quoque Burchardi librum paraphrasi circumscriptum mutasse ac deformasse. Prologum hunc excipit *universale*, quod Iavellus dicit, *inventorium*, i. e. index a Iavello confectus, quo multo melius de Burchardo meruit quam paraphrasi ista, quae nunc pro meliore textus recensione haberi videtur.

Editio haec, qua nobis uti contigit, est in Bibliotheca regia Berolinensi.

Restat ut pauca addamus de altera editionis venetae parte, in compendiosam Aegypti descriptionem exeuntis. Hunc libri finem Burchardi non esse compertum habemus ex ipso auctore, asserente se solam terram sanctam descripturum esse. Cf. Histoire lit. de la France XXI 182.

Editio III et IV 1532. *Parisiis et Basil. Fol.*

Locorum terrae sanctae exactissima descriptio auctore fratre Brocchardo monacho.

Editio haec inest in libro inscripto: Novus orbis re|gionum ac insularum ve|teribus incognitarum. — — Parisiis apud Galeotum a Prato in aula maiore regii palatii ad primam columnam. In fine legitur: Impressum Parisiis apud Antonium Augerellum, impensis Ioannis Parui et Galeoti a Prato. Anno MDXXXII. VIII Calen. Novembr. Fol. min. Editio haec Beckmanno ignota asservatur Berolini in bibliotheca regia et Hamburgi in Bibliotheca Commercii. Cui similis est basileensis, inscripta:

Novus orbis regio|num ac insularum veteribus incognitarum, | una cum tabula cosmographica et aliquot aliis consimilis | argumenti libellis, quorum omnium catalogus sequenti patebit pagina. | His accessit copiosus rerum memorabilium index. | Basileae apud Io. Hervagium mense | Martio, anno M.D.XXXII. | Ubi pag. 298—329 est Borchardi descriptio terrae sanctae. Ceterum Ioannes Huttichius canonicus primus operis auctor fuisse dicitur. Vid. Camus mémoire sur la collection des grands et petits voyages. Paris 1802 pag. 6. — Editio basileensis est in Bibliotheca publ. Hamburgensi.

Editio V 1536. *Antverp.* 8.

Descri|ptio terrae sanctae | exactissima, autore Brocardo mona|cho, libellus diuinarum scriptura|rum studiosis multò | vtilissimus. | De nouis insulis nuper repertis et de | moribus incolarum eorundem | per Petrum Martyrem | res lectu digna. | Antverpiae | in aedibus Ioannis Steelsii, | anno à Christo nato | M.D.XXXVI. 8.

Asservatur in Bibliotheca publica Hamburgensi.

Editio VI 1537. *Basil. Fol.*

Haec editio inscripta est sicut quarta. Adiecta est huic postremae editioni nauigatio Caroli Caesaris auspicio in comitiis augustanis instituta. Prodiit Basileae apud Io. Hervagium mense Martio anno M.D.XXXVII.

Vid. pag. 295—329. Est in Bibliotheca publica Hamburgensi.

Editio VII 1544. *Paris ap. Poncetum Le Preux.* 8.

De hac editione Victor Clericus in opere clarissimo inscripto: Histoire littéraire de la France T. XXI. 209 haec dicit: Dans l'édition d'Anvers, donnée à part chez Iean Steels, 1536 in-8.; dans celle de Paris, publiée en 1544, chez Poncet Lepreux, d'après celle d'Anvers, et *que l'on a eu tort* de prendre pour une édition du voyage français inédit de Bonaventure Brochard. — Quae dicta sunt contra Beckmannum, qui editionem illam addubitat, citans Ioannem Clericum, qui in ea, quam Sansonis geographiae sacrae praemisit, praefatione pag. 11 haec monet: Delineatio et descriptio Ierusalem et Terrae Promissionis, per Bonaventuram Brocardum elaborata, excusa est Parisiis anno MDXLIV. *Non est temerè confundendus is scriptor cum antiquiore illo Burchardo', quem et Brocardum multi solent vocare.* Iam quaeritur, utri plus auctoritatis tribuendum sit, Victori, an Ioanni Clerico? Ab Ioannis partibus stat Ioannes Beckmannus l. cit. p. 54, a Victoris Io. Alb. Fabricius in Biblioth. Lat. med. et infimae Latinitatis Lib. II p. 775. Atque huic quidem ego quoque accedendum putarem, modo Victor Le Clerc sententiae dictatoris more latae argumenta quoque addidisset. Fortasse eam αὐτόπτης versavit. Equidem ubi libri huius exemplum exstet ignoro.

Editio VIII 1554. *Wittebergae.* 8.

De dimen|sione terrae et | geometrice numeran|dis locorum particularium interuallis ex | doctrina triangulorum sphaericorum et ca|none subtensarum liber denuo edi|tus, sed auctius multo et cor|rectius, quam antea. | *Autore Casparo| Peucero. Descriptio locorum ter|rae sanctae exactissima autore quodam Bro|cardo monacho.* Aliquot insignium loco|rum terrae sanctae explicatio et historiae per| Philippum Melan|thonem. | Wittebergae. M.D.LIV.

Burchardi descriptio est pag. 188—269. Asservantur huius editionis exempla Berolini et Hamburgi.

Editio IX 1555. *Basil. Fol.*

Locorum terrae sanctae | exactissima descriptio auctore F. | Brocardo monacho.

Inest in libro inscripto: Novus orbis regionum ac insularum veteribus incognitarum, quem Basileae 1555 ap. Io. Hervagium edidit Simon Grynaeus.

Huius editionis exempla sunt in bibliothecis publicis commercii hamburgensis, berolinensi et gottingensi. Cf. Katalog der Hamburger Commerz-Bibl. col. 580.

Editionem anni 1557 Grynaei collectioni insertam Fabricio Bibl. lat. med. et inf. Lat. p. 775 auctore citat Beckmannus p. 55. Sed tres tantum editiones basileenses, quibus quidem insit Burchardus, novit Victor Clericus, et mea quidem sententia Fabricio pag. 775, qualia etiam paginae praecedenti insunt, sphalmata typographica vel paragrammata imputanda esse videntur. Alioquin editionem anni 1555 plane omitteret. Pag. 774 legitur 1222 pro 1522 et p. 775 1555 pro 1557.

Editio X 1579. *Witeb.* 8.

De dimen|sione terrae et | geometrice numeran|dis locorum particularium interuallis ex do|ctrina triangulorum sphaericorum et canone | subtensarum liber, denuo editus, sed | auctius multo et correctius | quam antea. | Autore *Casparo| Peucero. Descriptio locorum | terrae sanctae exactissima autore quodam Brocardo*

monacho. | Aliquot insignium lo|corum terrae sanctae explicatio et historiae per | Philippum Melan|thonem. Witebergae. Excudebat Johannes Lufft. Anno M.D.LXXIX.

Burchardus legitur pag. 210—285. Exempla libri sunt Berolini et Hamburgi.

Editio XI 1587. *Wittebergae.* 8.

W. Koner V. D. pro ea qua est humanitate me certiorem fecit, asservari in Bibliotheca Regia Berolinensi editionem libri Peuceri de dimensione terrae, quae prodiit anno 1587, et in ea a pag. inde 210 inesse Burchardum. Quod ignorant et Beckmannus et Victor Clericus. Est etiam Londini in bibliotheca Musei Britannici. Vid. catal. Lond. 1817 vol. V plagula Z pag. 4.

Editio XII 1587. *Magdeburgi.* 4.

Borchardus monachus Germanus. Descriptio terrae sanctae et regionum finitimarum. Item itinerarium Hierosolymitanum Bartholomaei de Saligniaco. Magdeburgi. 1587. 4.

Hanc editionem asservat Bibliotheca regia Berolinensis. Quae componatur licet cum libro Hamburgi asservato inscripto:

Itinerarium sacrae scripturae, hoc est sanctae terrae regionumque finitimarum descriptio, complectens secundum literas cum recentem Hierosolymitanam de rebus Sarracenicis, Turcicis et Tartaricis, tum reliquam orientalem historiam, in Germania nunc primum in lucem edita à Bartholomaeo de Saligniaco, Equite et Iurisconsulto Gallo. Magdeburgi, excudebat Paulus Donatus, impensis Ambrosij Kircheri, anno M.D.XCIII. Cum gratia et privilegio et q. s.

Hanc inscriptionem excipit praefatio sic inscripta:

Equestri et vetusto generis splendore, doctrina et virtute nobilissimo viro, domino Ioachimo ab Aluensleben, domino Erxlebii etc., patrono exoptatissimo, S. D. Reinerus Reineccius Steinhemius. Quae praefatio quum data sit anno M.D.LXXXVI, sequitur eam pertinere ad editionem anni 1587.

Incipit volumen a libro Burchardi, cuius in fine haec est subscriptio: Liber descriptionis terrae sanctae eidemque adiacentium regionum, editus ab eruditissimo et deuotissimo patre ordinis praedicatorum, Professore Borchardo Alemano, explicit. Sequitur deinde nova inscriptio: Itinerarium Hierosol. Bartholomaei de Saligniaco, equitis et iureconsulti Galli, praemissa eiusdem oratione de laudibus terrae sanctae. Anno M.D.LXXXVII.

Eodem quo nos libri exemplo hamburgensi usus est, nisi fallor, Fabricius, qui Bibl. lat. med. et inf. Lat. p. 775: Sed accuratius, inquit, integriusque (Burchardum) vulgavit Reineccius cum itinerario Hierosol. Bartholomaei de Saligniaco. Magdeburgi 1587. 1593. 4°. In quo iudicio errat Fabricius.

Editio XIII 1593. *Magdeburgi.* 4.

Huius editionis inscriptio certe Hamburgi asservatur, eamque, ut patet ex iis, quae ad editionem XII annotavimus, ab editione XII inscriptione tantum differre suspicamur, eadem textus recensione bis, sed inscriptionibus variis edita.

Ceterum Reineccii editio minoris etiam pretii est quam Veneta, cuius indice privata est, neque erat quod laudibus efferretur a Fabricio et Beckmanno.

Editio XIV 1604. *Ingolst.* 4.

Beckmanno p. 56 teste editio anni 1604 formae quaternariae inest Canisii antiquis lectionibus f. VI p. 295 sqq.

Editio XV 1624. *Colon. Agr.* 8.

Palaestina, | seu descriptio terrae | sanctae solertissima. | Auctore R. P. F. Bonaventura | Brocardo Monacho Theu|tonico, almi Ordinis PP. Prae|dicatorum, restitutore | V. P. F. Ph. Bosquiero Caesarimontano | Minorista. Colon. Agr. ex officina Ioanis Crithii. 1624. 8. Asservatur Hamburgi.

Editio XVI 1707. *Amstelod. Fol.*

Bibliotheca publica Hamburgensis possidet volumen his praeditum inscriptionibus hosque singulos libros continens:

I. Geographia sacra ex Veteri et Novo Testamento desumta et in tabulas quatuor concinnata — auctore Nic. Sanson — Accesserunt in indicem geographicum notae Ioannis Clerici. Cuius etiam praefixa est praefatio. Amstelaed. Excudit Franciscus Halma. MDCCIV.

II. Sansonis librum excipit: Onomasticon urbium et locorum sacrae scripturae seu liber de locis hebraicis, Graece primum ab Eusebio Caesariensi, deinde Latine scriptus ab Hieronymo, in commodiorem vero ordinem redactus — operâ Iacobi Bonfrerii. Recensuit et animadversionibus suis auxit Io. Clericus. Accessit huic editioni Brocardi monachi ex ordine praedicatorum descriptio terrae sanctae. Amstelaedami. Excudit Franc. Halma. 1707. Fol.

Vid. pag. 169—192. Et notandum est pag. 512 pro 152, p. 560 pro 160 scriptum esse. Hunc librum excipit tertius:

III. Geographia sacra sive notitia antiqua dioecesium omnium patriarchalium, metropoliticarum et episcopalium veteris ecclesiae — collecta auctore Carolo a S. Paulo. Accesserunt in hac editione notae et animadversiones Lucae Holstenii et parergon notitias aliquot ecclesiasticas et civiles diversis temporibus editas complectens ex mss. codicibus. Graece et Latine cum X tabulis geographicis. Amstelaed. Excudit Franc. Halma. MDCCIII.

Hic liber primum excusus est anno MDCCIII, cui numero postea demum additum est signum numerale I, idque formae prioribus paulo minoris. Ad annum 1703 in libris quoque bibliographicis refertur.

Apparet igitur primum Caroli a S. Paulo separatim, deinde tribus demum annis post Nic. Sansonis librum cum Onomastico typis expressum esse.

Restat ut repetam quae de hoc eodem opere dicit Victor Clericus Hist. lit. de la France XXI 209:

> „dans la belle collection de Charles Vialart de Saint-Paul, Nicolas Sanson et Iean Le Clerc Geographia sacra Amsterdam 1707—1711, 3 vol. in-folio.“

Estne haec eadem editio an alia priore recentior?

Editio XVII 1719. *Paris. Fol.*

Editio haec inest I. S. Menochii explicationi totius Scripturae Sacrae, editae a Tourneminio Parisiis. De qua cf. Hist. lit. de la Fr. XXI 29. Beckmann p. 57.

Editio XVIII 1722. *Venetiis. Fol.*

Adiecta est I. Steph. Menochii commentariis Sacrae Script. Tomo II append.

p. 151 sqq. Quae anno 1746 Venetiis repetita esse fertur. Sed cf. quae de editione XXI diximus.

Editio XIX 1725. *Antverp. Fol.*

Descriptio terrae sanctae auctore *Burchardo de Monte Sion*. A Canisio in publicum data, ex bibliotheca monasterii canonicorum regularium S. Magni ad pedem pontis Ratisbonensis. Cum animadversionibus Iacobi Basnagii.

Inest volumini inscripto: „Thesaurus monumentorum ecclesiasticorum, sive *Henrici Canisii* lectiones antiquae, ad saeculorum ordinem digestae variisque opusculis auctae, quibus praefationes historicas, animadversiones criticas et notas in singulos auctores adiecit Iacobus Basnage, cum indicibus locupletissimis“, Tomo IV, qui prodiit Amstelaed. 1725 pag. 1—26.

Editio XX 1746. *Venetiis. Fol.*

Haec Beckmanno teste continetur Thesauro antiquitatum sacrarum a Blasio Ugolino edito vol. VI pag. MXXVI—MLXVIII. Est in Bibliotheca publica Gottingensi.

Restat, ut paucis dicamus de editione quadam, quae omnium facile praestantissima esset, dummodo omnino exsisteret.

Victor Clericus l. c. p. 208 haec dicit:

Le père Le Long, à qui paraît avoir échappé l'édition comprise dans ce recueil de Lubeck (anni 1475), en indique une à part Bâle 1494 in-16., qui n'est connue ni de Panzer, ni de Hain, dont Beckmann ne parle pas, et que nous n'avons pu trouver.

Dicit Clericus Bibl. sacr. tom. II p. 652 col. I, ubi haec exstant:

Brocardus sive Burcardus, Germanus Argentinensis Dominicanus, claruit 1283. Terrae sanctae descriptio, 16. Basileae 1494. in 8°. Venetiis 1519 et q. s.

Sed complures hoc loco aut librarii aut scriptoris errores irrepserunt. Editio magdeburgensis anno 1587, non 1584 prodiit. Editio basileensis anni 1537 est formae maximae, non octavae. Editionem witebergensem anni 1554 bis commemorat, editionem (s. editiones) anni 1532 omittit scriptor. Qui quum etiam lubecensem anni 1475 non norit, mea quidem sententia numerus iste 1494 mero errore nititur, et editio anni 1494 nunquam exstitisse videtur.

INTERPRETATIONES BURCHARDI.

SINGULAE, SEPARATIM EDITAE NON EXSTANT.

Interpretatio germanica est in libris inscriptis:

Die New Welt der Landschaften vnnd Insulen, so bis hieher allen Altweltschrybern vnbekannt. Strassburg 1534. in Fol. Ubi p. 93 incipit: Eygentliche Beschreybung des heyligen Lands durch den Münch Burcardum beschrieben. Interpres est Mich. Herr. Asservatur Berolini et Hamburgi.

Bewährtes Reiszbuch oder Beschreibung des heiligen Landes. Nüremberg bey Sigism. Feyerabenden 1583 pag. 455 sqq.

Idem lib. Francof. 1584 p. 458 sqq. Ubi incipit: Bruders Brocards fleiszige Beschreibung des heiligen Landes, wie das im Jahr 1283 gestalt und beschaffen gewesen.

Cf. V. Clericus in Hist. lit. de la Fr. XXI. 210.

Reyszbuch des heiligen Landes verschiedener Autorum. Edidit bibliopola Franc. Nic. Roth. Francof. 1609 et 1629 in fol.

Est alia editio libri praecedentis, quem primus edidit Feyerabend.

Pag. 854—875 editionis francofurtensis continetur: Eigentliche vnd warhafftige Beschreibung desz heiligen vnd anderer anligenden Ländern — Sonders Fleisz vom Bruder Brocardt — Lateinisch in einem Buch an Tag gegeben.

Taschenbibliothek der wichtigsten See- und Land-Reisen, herausgegeben von Joach. Hnr. Jäck Vol. I seqq. Nürnb. 1827 sqq. in 16°.

Cf. T. Tobler zwei Bücher Topographie von Jerusalem Vol. I p. XXV, qui citat: Taschenbibl. Palästina 2, 81 ff.

Interpretatio batava inest libro a Franc. Halma edito, inscripto:

Kanaan en d'omliggende landen vertoont in een woordenboek. Te Leeuwarden. 1717. Formae quaternariae maioris. Vid. pag. 431—453. Asservatur Bruxellis in bibl. regia.

Interpretationes francogallicas

duas exstare compertum habemus, alteram in libro inscripto:

La mer des hystoires, primum edito anno 1488 duobus voluminibus formae maximae, quam describit Beckmannus p. 49 sqq., alteram Ioannis Mieloti, adhuc manu tantum, — id quod quum nullius pretii sit satis superque sufficit — scriptam, de qua v. V. Clericus Hist. lit. de la Fr. XXI. 205 sq.

DE VARIIS EDITIONUM BURCHARDI CLASSIBUS.

Beckmannus et Victor Clericus quatuor editionum classes constituerunt. Quarum prima ex utriusque sententia solo Rudimento nouiciorum continetur. Neque immerito, quamquam uterque nimium ei tribuisse videtur.

Rudimentum enim nouiciorum Lubecae 1475 editum, ut taceam de raritate eius tamquam bibliophilorum κειμηλίου exoptatissimi, sed vix impetrabilis, per se quoque vera Burchardi editio dici nequit. Scatet enim non solum vitiis mendisque librarii et typographi, sed quum nihil sit nisi apographum a plagiario quodam in opus maius furtive transsumtum, fieri non poterat quin passim verba singula, loci adeo toti immutarentur. Ita VII 1 extr. in Rudimento nouiciorum legitur: *transeamus torrentem Cedron, ut ueniamus in Golgata cum Christo morientes, ut cum eo pariter resurgamus!* Quae verba satis discrepant ab iis, quae codicum Staphorstiani et alterius hamburgensis ad fidem Burchardus ipse scripsit.

Textum Burchardi, qualem praebet Rudimentum nouiciorum, si comparaveris cum libro Staphorstiano, intelliges, eandem fere inter utrumque rationem intercedere, quae sit inter Eutropium et Paulum Diaconum, ut non sine cautione agendum esse videatur.

Rudimentum noviciorum Beckmanni sententia proxime sequitur editio veneta. Sed haec (id quod recte vidit Victor Clericus) nihil est nisi paraphrasis nullius plane pretii, in qua conficienda Chrysostomus Iavellus oleum et operam perdidisse videtur. Neque erat quod a Reineccio repeteretur.

Canisii editio pertinet ad prius, de quo supra diximus, codicum genus, et iniuria,

mihi crede, a Beckmanno Clerico*) aliis tanquam spuria et interpolata repudiatur. Est enim non parvi momenti, si spectes criticam textus rationem, et ab ipsius Burchardi manu orta.

Mea igitur sententia sic constituendae sunt quatuor editionum classes:

Classis I continet editionem principem lubecensem anni 1475.

Classis II editiones XII: basileensem anni 1532, parisiensem eiusdem anni, antverp. a. 1536, basil. a. 1537, paris. a. 1544, witteberg. a. 1554, basil. a. 1555, wittebergenses annorum 1579 et 1587, coloniensem a. 1624, amstelod. a. 1707, denique venetam anni 1746.

Classis III constat editionibus III: veneta anni 1519, magdeburgensibus annorum 1587 et 1593.

Hae omnes nituntur posteriore codicum genere. Prius sequi videtur.

Classis IV editionum II: ingolstadiensis anni 1604 et antverpiensis anni 1725.

Duas editiones, parisiensem anni 1719 et venetam anni 1722, cui classi annumeremus, cum Beckmanno ignoramus.

Classis II frequentissima et vulgatissima fere nihil est nisi ipsius Burchardi libri epitome eaque depravata.

---

*) Qui egregio errore captus haec dicit: comme l'histoire de la citerne où tomba, dit-il, Stella, le chef des mages qu'une étoile conduisit à Bethleem. — Sed *stella dux magorum* est stella, ducens magos, quae in puteum incidisse fertur, non vir nomine Stellae. Cf. Titus Toblers 2 Bde Topographie von Jerusalem und seinen Umgebungen II. 530—534.

BURCHARDI DE MONTE SION DESCRIPTIO TERRAE SANCTAE.

PROLOGUS.

Cum in ueteribus historiis legamus, sicut dicit beatus Ieronimus[1], quosdam lu- 1
strasse prouincias, maria transfretasse, ut ea, que ex libris nouerant, coram posita uide-
rent, ut Plato memphiticos uates et Egyptum Apollonius, qui Persas intrauit, transiuit
Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, Indiam, Brachmanas[a] [2] quoque, ut Iarcham[b] [3]
uideret, et tandem Egyptum intrauit, ut famosam mensam solis uideret in sabulo: quid
mirum, si Christiani terram illam, quam Christi sonant ecclesie uniuerse, uidere et uisi-
tare desiderant? Uenerabantur antiqui sancta sanctorum, quia ibi erat archa testamenti 2
et Cherubin cum propiciatorio et manna et uirga Aaron, que fronduerat, que omnia
erant umbra futuri; nonne apud nos uenerabilius est sepulcrum Ihesu Christi, quod quo-
ciens quis ingreditur, tociens inuolutum sindone mentis oculis uidet Saluatorem? et pau- 3
lulum procedens uidet lapidem reuolutum, angelum in eo sedentem et sudarium cum
linteaminibus mulieribus ostendentem? Quis Christianus hijs uisis non festinet uenire 4
Bethlehem, contemplans[4] puerum in presepio uagientem, Mariam in diuersorio sub rupe
concaua, que usque hodie cernitur, parientem, angelos presentibus pastoribus gloriam
Deo et pacem hominibus decantantes, et (quod amplius mirandum est) quomodo tres illi
Magi maiestate preclari ante presepium ruant[c] non habens tectum desuper nisi rupem
dependentem? Redeat postea in Ierusalem, ut uideat et audiat in templo Ihesum predi- 5
cantem, in monte olíueti discipulos instruentem, in monte Sion cenantem, discipulorum
pedes lauantem, corpus Suum et sanguinem tradentem, in Gethsemani orantem, sudore
sanguineo defluentem, traditorem osculantem, captum trahi, illudi, conspui, iudicatum,
crucem baiulantem, sub pondere crucis in porta ciuitatis, sicut hodie cernitur, deficien-

a) *bragmaros* St. — b) *Ierarcham* St h — c) *ruerant* St.

1) *Ieronimus*] Vid. Hieronymi opera ed. Ioh. Martianay, tom. IV partem II paginam 568 epistolam L, quae est secunda ad Paulinum, inscripta: De studio scripturarum. Sed haec memoriter tantum citantur, quod docet scriptionum discrepantia satis magna. Hieronymus enim: *Legimus,* inquit, *in veteribus historiis quosdam lustrasse provincias —, ut eos, quos ex libris noverant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras memphiticos vates, sic Plato Aegyptum — Apollonius — intravit Persas, pertransivit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiae regna penetravit et ad extremum latissimo Physon amne transmisso pervenit ad Brachmanas, ut Iarcam in throno sedentem aureo — audiret docentem.*

2) *Brachmanas*] Brachmanae h. l. populus sunt, non sacerdotes. Cf. Plinii H. N. 6 17 21: *Multarum gentium cognomen Brachmanae.*

3) *ut Iarcham*] Hierarcham. De Iarcha, Gymnosophistarum Pontifice Maximo, vid. Flavii Philostrati quae supersunt, ex editione C. L. Kayseri pag. 49, ubi est Philostratus de vita Apollonii Tyanensis Γ, xvi. Quem sequuti, codicis St. scriptionem mutavimus.

4) *contemplans*] Malim: *contemplaturus.*

tem, Cyreneum Simonem succedentem, in Caluaria pro nobis mysteria passionis cele-
brantem. Horum omnium locorum et singulorum adhuc ita plena et manifesta exstat me-
7 moria, sicut in illo die exstitit, quando presencialiter erant facta. Certe in hac ciuitate
tot sunt dominice passionis actis et sanctis[a] [5]) loca insignia, quod nullo modo sufficit
8 dies ad singula utiliter perlustranda. Sunt preterea quedam, que in locis illis deuotio-
9 nem augeant ampliorem. Quis enim enarrare sufficiat, quot monachi, quot moniales de
Georgia, Armenia maiore et minore, Chaldea, Syria, Media, Persia, India, Ethiopia, Nu-
bia, Nabatenia[b]) [6]), Maronite, Iacobite, Nestoriani, Greci, Syri et aliarum nationum, nunc
turmatim centeni, ducenteni, plus et minus, discurrentes per loca singula in spiritu ve-
hementi osculantur terram, uenerantur loca, in quibus dulcem Ihesum sedisse, stetisse uel
10 fecisse quippiam operis audierunt? Nunc tundentes[c]) pectus, nunc fletus, nunc gemitus,
nunc suspiria emittentes gestu corporis et deuotionis, quam foris ostendunt et absque
11 dubio intus habent, in lacrimas prouocant plerosque eciam Sarracenos. Eya, Domine
Deus, uideo secundum ueteres historias Abraham terram, domum patris et cognationem
derelinquentem, ad terram hanc festinantem, inter Bethel et Hay [7]) tabernaculum figen-
tem, in Geraris, Bersabee et Ebron commorantem, uideo Ezechielem[d]) deserentem
flumina Babylonie et, ut ueniat in Ierusalem, inter celum et terram capillo capitis porta-
12 tum illuc transuolantem! Quid dicam de uirgine gloriosa, que, postquam ad eam ange-
lica salutatio facta est et promissio, licet sciret uterum suum tabernaculum Dei factum,
non est contenta spaciosis et speciosis campestribus Galilee, sed statim cum festinatione
13 montana Iudee conscendit, uolens locis sanctioribus propinquare? Quid de patriarcha
Iacob et Ioseph et fratribus eius dicam, qui quia uiui in terra ista esse non poterant,
14 15 elegerunt mortui sepeliri? Quid plura? Ingemiscere possumus nostri temporis tarditatem
populi christiani, qui tot et tanta tantorum habentes exempla tardant de manibus inimi-
corum eruere terram, quam consecrauit Suo sanguine Ihesus Christus, et quam cottidie
16 resonant ecclesie uniuerse. Que enim hora diei uel noctis per totum anni circulum, in
qua non recolat cantando, legendo, psallendo, predicando et meditando omnis deuotus
Christianus que facta sunt uel scripta in hac terra et ciuitatibus et locis eius?[e])

17 Uerum uidens quosdam affici desiderio ea saltem aliqualiter imaginari, que non
possunt presencialiter intueri, et cupiens eorum desiderio satisfacere, quantum possum,
terram ipsam, quam pedibus meis pluries pertransiui, quantum potui, consideraui, et no-
taui diligenter, et studiose descripsi, hoc lectorem scire uolens, quod nichil in hac de-
scriptione posui, nisi quod uel[f]) presencialiter in locis ipsis existens uidi, uel stans in
montibus aliquibus uel locis aliis oportunis, ubi accessum habere non potui, a Syrianis
uel a Sarracenis aut aliis terre habitatoribus diligentissime, quod querebam, interrogans
18 annotaui. Totam enim terram ipsam a Dan usque Bersabee, a mari mortuo usque ad

a) *dominice passionis et sanctis* St. — b) *Nabenia* St h Ed. Ven. — c) *tundent.* St h *tundunt* Ed. Ven. — d) Danielem Ezechielem St. Sed vid. Ezech. 8, 3. — e) Hoc loco St. addit verba: *hic introduc*, h. e. interius incipe novam lineam ingressus. Quae verba librarius dormitans non exequutus est, sed mere descripsit. — f) *nisi uel quod* St.

5) *dominicae actis et sanctis*] Vocabulum *actis* e coniectura inseruimus. Edit. veneta habet: *dominicae passionis actis gestisque loca insignia.*

6) *Nabatenia*] Amici cuiusdam sagacitati debemus emendationem *Nabatenia*, quum *Nabenia* legatur et in cod. St., et in ed. ven. — *Nabatenia* est i. q. *Nabatene.*

7) *Hay*] Aï. Cf. v. Raumer edit. III Pal. p. 152.

magnum mare, que sunt eius termini, aut pedibus, ut dictum est, perambulaui, uel oculis, ubi accessum habere non potui, diligenter consideraui.

Aduertens autem, quomodo possem hec[a]) utiliter describere, ita ut possent a le- 19
gentibus imaginatione facili comprehendi, cogitaui centrum aliquod in ea ponere et circa
illud totam terram modo debito ordinare. Et ad hoc elegi *ciuitatem achonensem*, tanquam 20
plus aliis notam. Que tamen non est in medio, sed in occidentali eius fine[b]) supra mare 21
sita. Et ab ipsa protraxi quatuor lineas, quatuor mundi partibus respondentes[c]), et quam- 22
libet quartam diuisi in tria, ut responderent duodecim diuisiones iste duodecim uentis celi, et in singulis diuisionibus posui ciuitates et loca in scripturis[d]) magis nota, ut singulorum locorum situs et dispositio posset de facili reperiri, ad quam partem mundi esset collocata.

INCIPIT PRIMA DIUISIO TERRE SANCTE.

I. Sciendum autem est in principio, quod terra ista, quam sanctam dicimus, que 1
cecidit in sortem duodecim tribuum Israel, pro parte aliqua dicebatur regnum Iuda, que erat[e]) duarum tribuum, scilicet Iude et Beniamin; pro parte altera dicebatur regnum Samarie, ciuitatis scilicet, que nunc Sebaste dicitur et erat caput decem tribuum reliquarum, que Israel dicebantur. Utrumque tamen regnum istud cum tota terra Philistiim dicebatur Palestina, que erat pars Syrie, sicut Saxonia uel Francia partes sunt Theutonie, et Lombardia et Tuscia partes Ytalie.

Ad hoc autem plenius intelligendum nota, quod plures sunt *Syrie* [8]), diuersis scili- 2
cet nominibus nuncupate. Tota enim terra, que est a Tigri fluuio usque ad Egyptum, generaliter *Syria* nuncupatur[f]). Pars tamen eius prima, que est inter fluuios Eufratem et Tigrim et[g]) protenditur per longum ab aquilone in austrum, hoc est a monte Tauro usque ad mare rubrum, appellatur *Mesopotamia*[h]) *Syrie*, quasi *media inter aquas*, et habet gentes multas, ut Parthos, Medos. Cui[i]) ab austro coniungitur *Chaldea*, in qua est *Babylonia*, et illi ibidem ab austro adiacet *Arabia* usque ad mare rubrum, quod in locis illis sinus arabicus dicitur. Prima tamen pars tocius huius Mesopotamie, que aquilonem respicit, in qua est ciuitas *Edissa*, que antiquitus *Races*, nunc *Rasc* [9]) dicitur, specialiter *Mesopotamia Syrie* nuncupatur. Et hec est prima Syria.

Secunda est *Syria cele*[k]), que incipit a fluuio Eufrate et terminatur in riuo Ualanie [10]), qui fluit sub castro Margath, et cadit in mare magnum in uilla Ualanie, in qua est sedes episcopalis, per unam leucam a predicto castro distante. In hac Celesyria est ciuitas *Antiochia* cum urbibus suis suffraganeis, scilicet *Laodicia*, *Apamia*[l]) et aliis multis.

Tercia est[m]) *Syria Phenicis*, que incipit a predicto fluuio Ualanie ab aquilone, et extenditur uersus austrum usque ad Petram incisam siue desertam sub monte Carmeli, qui locus hodie *Castrum peregrinorum* dicitur, et est milicie templi [11]). In ista sunt ci-

a) *hic* St. — b) *finem* St. — c) *respondent* St. *responderent* h. — d) *scriptis* St. *scripturis* h. — e) *erant* St., sed literae n punctum subscriptum est. — f) *nuncupantur* St. — g) *et* om. St. nos e coniectura inseruimus. — h) *mesopotania* St. — i) *quibus* St h, quod e coniectura in *cui* mutavimus. — k) *Syria celes* St. — l) *leodicia appania* St. — m) *est* om. St.

8) *plures sunt Syrie*] De his, quae sequuntur, cf. v. Raumer Palästina p. 362 not. 175a.

9) *Edissa-Rasc*] Edessa s. Edissa est recens Orfa. Quam medii aevi scriptores *Roham* dicunt. *Rages* quidem memoratur in libro Tobiae IV. 21, sed est urbs Mediae, quae nunc Rakka dicitur.

10) *in riuo Ualanie*] Cf. infra II. 30.

11) *milicie templi*] Ab anno inde 1218. Cf. Ritteri geogr. XVI. 615.

uitates multe, scilicet *Margath*, *Anteradum*, *Tripolis*, *Beritum*, *Sidon*, *Tyrus*, *Accon*, *Capharnaum*. Et appellatur Syria Phenicis a Phenice, filio Agenoris, fratre Cadmi[a])[12]), qui Tyrum instaurauit et metropolim huius terre constituit, et terram suo nomine appellauit.

Quarta est *Syria Damasci*, in qua est ciuitas *Damascus* metropolis. Hec predicte tercie Syrie Phenicis (scilicet ab oriente) coniungitur. Dicitur tamen ista quarta Syria eciam *Syria Libanica*, quia mons Libani[b]) in ea preclarus habetur.

3 Post istam quartam Syriam, scilicet Syriam Phenicis, sequitur *Palestina*, que *Philistiim* proprie nuncupatur, quia tres sunt, ut sequitur, Palestine[c])[13]), que tamen omnes sunt Syrie magne partes. *Prima Palestina* est, cuius metropolis est *Ierusalem*, cum omnibus montanis suis usque ad mare mortuum et usque ad desertum[d]) et Cades Barne; *secunda*, cuius metropolis est *Cesarea Palestine* siue *Cesarea maritima*, cum tota terra Philistiim, incipiens a predicta Petra incisa siue Castro peregrinorum, et se extendens usque Basan contra austrum. *Tercia* est, cuius metropolis est *Bethsan*[e]), sita sub monte Gelboe iuxta Iordanem. Hec quondam *Scythopolis*[f]) dicebatur. Ista Palestina dicitur proprie *Galilea* siue campus magnus *Esdrelon*.

4 Sunt eciam *tres Arabie*, similiter maioris Syrie partes. Et est prima, cuius metropolis est *Bostrum*[g]), que nunc *Busereth* dicitur, olim tamen *Bosra*[h])[14]) dicebatur. Huic coniungitur Traconitidis regio et Yturea ab occidente, Damascus uero ab aquilone fere. Quam ob causam Syria Damasci aliquociens Arabia uocatur. Unde Areta rex Arabie dicitur[15]), qui in rei ueritate erat rex Damasci. Secunda, cuius metropolis est *Petra* ciuitas, olim *Rabbath*[16]) dicta, super torrentem Arnon sita. Ista Arabia erat terra filiorum Ammon[i]), licet ciuitas *Ar*[17]) fuerit de Moab. Item fuit de regno Seon, regis Eseban[k])[18]), et includebat regnum Og, regis Basan[19]), et montem Galaad, et coniungitur prime Arabie a parte australi. Tercia Arabia est, cuius metropolis est *Mons regalis*[20]), qui *Krach*[21]) dicitur, olim tamen *Petra deserti* dicebatur, sita super mare mortuum. Et continet sub se terram Moab, que proprie *Syria Sobal*[22]) dicitur, et totam Ydumeam, siue montem Seyr, et totam terram circa mare mortuum usque ad Cades Barne et usque ad Siongaber[23]) et aquas contradictionis et uersus mare rubrum per latissimas solitudines usque ad flumen Eufratem. Hec est Arabia magna, in qua est *Mecca*, ciuitas sepulture detestabilis Machometi.

a) *Cathyni* St. — b) *quia mons Lybani* om. St. — c) *nuncupatur ut sequitur quod tres sunt palestine* St. Quae suum quidque in locum restituimus. — d) *adsertum* St. — e) *Behtsan* St. — f) *Scitopolis* St. — g) *bostron* St. — h) *borsa* St. — i) *amon* passim St. — k) *seon regis oseban* St.

12) *Cadmi*] Emendationem hanc tuetur Apollodorus III. 1, 1.

13) *tres-Palestine*] Cf. v. Raumer p. 362 not. 175 a.

14) *Bostrum-Bosra*] V. Will. Tyr. XVII. 6 p. 893. Cf. v. Raumer p. 214 notam.

15) *Areta rex Arabie dicitur*] V. Iosephi Ant. XIV. 1, 4. B. J. I 6, 2.

16) *Petra ciuitas olim Rabbath*] Carolus a Raumer tres Petras fuisse contendit p. 414.

17) *civitas Ar*] V. van de Velde memoir pag. 287.

18) *Seon regis Eseban*] Cf. Num. XXXII. 33. Ritter XV (1) 114.

19) *Og regis Basan*] Cf. Num. XXI 33 et Ritterum l. c.

20) *Mons regalis*] Montroyal, Kerek esch-Schôbak. Cf. v. Raumer p. 247.

21) *Krach*] Kerek. Vid. Robinson Palaestina III. 132—136, cui *Petra deserti* est recens Wady Mûsa, differens a Kerak, quae sit Kir Moab. Cf. v. Raumer p. 237.

22) *Syria Sobal*] Sobal, olim Gebalene, nunc Dschebâl. Cf. v. Raumer p. 240 et 363 not. 175 a.

23) *Siongaber*] Ezeon Geber. Cf. v. Raumer p. 244.

Hucusque de situ terrarum terre sancte adiacencium dicta sufficiant, que pro maiori parte de dictis uenerabilis patris, domini Iacobi de Uitriaco[24]), sancte romane ecclesie legati in terra sancta, quamquam ego oculis meis plurima uiderim de hijs, a me sunt assumpta[a]).

Ceterum ad particularem descriptionem ipsius terre, que in possessionem X tribuum cessit, stylum uertamus.

Sciendum igitur primo, sicut supra dictum est, quod terram sanctam in quatuor 5
partes diuisi, que partes respondent quatuor plagis celi, scilicet orienti[b]), occidenti, meridiei et septentrionali, licet pars tota occidentalis respiciat mare magnum, et austri et aquilonis similiter partes ille, que sunt collaterales occidentali. Incipiam primo a directa linea, a ciuitate acconensi, que antiquitus Ptolomayda[25]) dicebatur, uersus aquilonem procedendo prope ciuitates[c]) et loca, que sunt in littore magni[d]) maris sita.

II. Primum igitur descriptionis inicium sumitur a *ciuitate acconensi*[26]), per direc- 1
tam lineam procedendo uersus Tyrum et inde ad ¡alias ciuitates sequentes, de quibus suo loco dicetur. Sciendum tamen, quod hec ciuitas nunquam fuit de terra sancta, nec a filiis Israel possessa, licet in distributione terre Aser tribui fuerit assignata, quia Aserite nunquam possederunt eam. Est autem in[e]) prouincia Phenicis sita, habens ab austro Carmelum montem ad quatuor leucas et ciuitatem *Caypham*[27]) ad pedem montis eiusdem ultra torrentem Cison, ubi Helias propheta sacerdotes Baal interfecit.

Phenicia uero regio siue Syria Phenicis adhuc extenditur ultra contra austrum ad tres leucas usque ad *Petram incisam*, que *Castrum peregrinorum* dicitur, qui locus terminus est Phenicis contra austrum.

Accon autem ciuitas munita est muris, antemuralibus, turribus et fossatis et barbicanis fortissimis, triangulam habens formam, ut clypeus, cuius due partes iunguntur magno mari, tercia pars campum respicit, qui ipsam circumdat, habens duas leucas latitudinis et plus in partibus aliquibus, uel minus eciam; fertilis ualde tam in agris, quam eciam in pascuis et uineis et ortis, in quibus diuersi generis fructus crescunt, et munita multa milicia hospitalis, templi et theutonice[28]) et castris eorum et arce[f]) ciuitatis. Que ad regem[29]) pertinet, habens portum bonum et capacem ab austro ciuitatis pro nauibus collocandis.

Inde contra aquilonem ad quatuor leucas est *casale Lamperti*[30]) iuxta mare, uineis 2
similiter et iardinis et aquis fluminibus habundans, sub monte Saron constitutum.

a) *a sunt asumpta* St. Vocab. *me* e coniectura inseruimus. — b) *origenti* passim St. — c) *prope ciuitas* St. *per ciuitates* h. — d) *magna maris sita* St. *maris magni* h. — e) *in* om. St. — f) Libri *arcis*, quod e coniectura correximus.

24) *Iacobi de Uitriaco*] V. Iacobi de Vitriaco historiam Iherosol. c. XXVIII p. 1068, c. LVI p. 1077, c. XCVI p. 1119 ex edit. Bongarsii in libro inscripto: Gesta Dei per Francos. Cf. v. Raumer p. 363 nota.

25) *Ptolomayda*] Ptolemais.

26) *acconensi*] Cf. van de Velde memoir p. 281, Robinson Neuere Forschungen p. 115 seqq.

27) *Caypham*] antiquam Hepham, recentem Hâifam.

28) *theutonice*] i. e. domus theutonice. Cf. IV 1.

29) *ad regem*] Dicitur aut Hugo, rex Cypri, aut Carolus, rex Siciliae, qui de regno Hierosolymae inter se disceptabant. Vid. Friedrich Wilken Geschichte der Kreuzzüge VII. 658—63.

30) *casale Lamperti*] Fortasse *Himperti* legendum est. Castrum *Himberti* memorat Wilken Kreuzzüge V. 283 nota 76, castellum *Ymbrici*, *Imberti* eod. vol. pag. 472 nota 20, *casal Ymbert* VI. 538. Carolus Ritter casale *Iluberti* ponit ad os fluminis Herdawîl. Quod distat 3 horas 33′ Accone, 2 h. 37′ Scandalio s. Iskanderûna auctore Vandeveldio Memoir

3 Inde transeundo montem Saron[a][31]) ad III leucas est castrum *Scandalion*[32]), quod Alexander obsidens Tyrum dicitur construxisse. Sed Baldewinus[33]), rex Ierusalem, illud denuo instaurauit et quibusdam nobilibus, qui inde cognominantur[34]), tradidit possidendum. Habundat autem pratis, pascuis, ficetis, oliuetis, uineis, fluminibus et iardinis.

4 Inde modicum amplius quam per leucam unam est *puteus*[b])[35]) ille admirabilis aquarum uiuencium, iuxta uiam euntibus Tyrum, quantum iacere potest arcus. Cuius aque, sicut dicitur in Canticis[36]), *fluunt impetu de Libano.* Quamuis autem singulariter dicatur puteus, sunt tamen quatuor eiusdem dispositionis[37]), sed disparis quantitatis. Unus enim, qui precipuus est, habet XL cubitos latitudinis et longitudinis, ut ego per me mensuraui, et est quadratus, alii tres circa XXV, omnes muris fortissimis, de lapidibus durissimis, de opere insolubili ad altitudinem haste uel amplius circumdati. In quibus ita colligitur aqua et exaltatur, quod ad omnem partem aqua defluit ultra muros. Sunt tamen nichilominus inde aqueductus facti, per riuos inde descendentes, tante profunditatis et latitudinis, quanta est statura unius hominis[c]). Quod per memet expertus sum, intrans canalem[d]), per quem fluit aqua. Deducuntur autem aque iste per totam planiciem Tyri, et rigantur inde iardini[38]), orti[39]), vinee, calamelle, que in magna quantitate crescunt ibidem, de quibus dominus Tyri recipit reditus ualde magnos. Distant autem fontes isti a mari magno modice amplius, quam iacere possit arcus, et in isto modico spacio impellunt sex rotas molendini satis magnas, et statim in mari absorbentur. Fonti isti ad litteram uidetur conuenire illud Ecclesiastici[40]): *„Rigabo*[e]) *ortum plantationum et inebriabo partus mei fructum, et ecce factus est mihi trames habundans et fluuius meus appropinquabat ad mare.“* — Multas commoditates conferunt incolis aque iste.

5 De isto fonte minus quam leuca una est *Tyrus* ciuitas. Est in littore maris sita. De cuius preconio satis dicitur Ezechiele[41]), Ysaia[f])[42]) et Ieremia[43]) et ceteris sacre scripture libris. Habuit autem de predicto puteo aquarum uiuencium uenam unam per

a) *saram* St. — b) *et* puteus St. *est* put. h. — c) *hominibus* St. — d) *ex percussum in canalem* St. *expertus sum intrans in canalem* h. — e) *rigabo* om. St. — f) *Ysaia* om. St.

p. 219 num. 27. Casale Huberti nusquam nisi in tabula geographica H. Langii, addita Ritteri geographiae tomo XVI, indicatum invenimus. Fortasse *Huberti* in *Himberti* mutandum est. Et non possum quin mirer, hunc Burchardi locum a Rittero commemoratum non esse.

31) *montem Saron*] Mons Saron est Dschebel Muschakka, quem medio aevo Saron falso appellaverunt. V. Ritter XVI. 780 s. 807.

32) *Scandalion*] Quum Alexander arabice sonet Iskander, intelligitur, quomodo Scandalion, antiqua Alexandroschene, sit recens Iskanderûna. V. Ritter XVI. 814 s.

33) *Baldewinus*] Balduinus I anno 1116 renovavit castrum Scandalion.

34) *cognominantur*] Rittero teste in libro inscripto Assises de Ierusalem I. 10 memoratur Reymond d'Escandelion. V. Ritter XVI. 815.

35) *puteus*] Est Râs el-'Ain. V. Ritter XVII (1). 348—354.

36) *in Canticis*] IV 15.

37) *quatuor eiusdem dispositionis*] Hoc Burchardi loco utuntur et Robinson Pal. III. 662 nota, et Ritter XVII (1). 349.

38) *iardini*] Francice: des jardins.

39) *orti*] horti.

40) *Ecclesiastici*] XXIV. 41—44. Vocabulum *partus*, pro quo Vulgata nova habet *prati*, est in Vulgata antiqua. Vid. Bibliorum sacrorum Latinas versiones antiquas seu veterem Italicam. opera et studio Petri Sabatier, T. II p. 459 notam ad versum 42.

41) *Ezechiele*] c. 27 v. 2. 3. 4. 8. 32; c. 28 v. 2.

42) *Ysaya*] c. 23.

43) *Ieremia*] c. 27 v. 4.

tracones et piramides mirabiles, quarum uestigia et ruine adhuc uidentur, illuc ductam. Que omnia circuiui et oculis meis uidi.

Ciuitas *Tyrus*[44]) dicitur a Thiras[a])[45]), filio Iaphet, constructa post diluuium. A Phenice, ut dictum est supra[46]), instaurata, metropolis Phenicie est effecta. Magnum habet murorum ambitum, et meo iudicio maior est ciuitate acconensi, formam habens rotundam, sita in corde maris in rupe durissima et undique mari circumdata, nisi in fronte ciuitatis contra orientem, ubi primo[b]) Nabuchodonosor et postea Alexander[c]) fecerunt eam contiguam terre, quantum iactus est lapidis. Ubi cincta est triplici[d]) muro[47]), forti et alto, et XXV pedes spisso. Qui eciam muri[48]) muniti sunt turribus XII fortissimis, quibus in omnibus mundi partibus me uidisse non recolo meliores. Hijs eciam turribus continuatur arx ciuitatis[e]) siue castrum munitissimum et in rupe in corde maris situm, munitum eciam turribus et palaciis fortissimis. Quam expugnare non debet merito totus mundus. Multe sunt in ciuitate ista reliquie, sicut colligitur ex historia ecclesiastica de martiribus sub Diocletiano[49]) ibi passis, quorum numerus est soli Deo notus. Origenes ibidem in ecclesia sancti sepulcri requiescit in muro conclusus. Cuius titulum ibidem uidi. Sunt ibi columpne marmoree et aliorum lapidum tam magne, quod stupor est uidere.

Sedes archiepiscopalis est in ista ciuitate. Et est metropolis Phenicie, habens suffraganeos beritensem, sidonensem et acconensem episcopos. Et extenditur ista metropolis usque ad Petram incisam, ut dictum est[50]), siue Castrum peregrinorum.

Decem diebus fui in ea, et pluribus uicibus aliis consideraui eam quantum potui diligenter.

Ante portam eius orientalem ad iactum duarum sagittarum inter arenas ostenditur 6
locus predicacionis Ihesu Christi, ubi extulit uocem mulier de turba, dicens: „*Beatus uenter, qui te portauit*“[51]) etc., et lapis magnus, in quo tunc stabat Ihesus Christus. Qui locus nunquam arena operitur, cum tamen arena illa leuis sit et uolatilis, sicut in partibus occidentis et[f]) aquilonis nix uolare consueuit tempore hiemis et tumulos facere circa sepes et loca similia impulsu uenti. Iste enim locus in medio[g]) arenarum semper nudus permanet et estate et hieme, sicut oculis meis uidi.

Est eciam in eodem loco *columpna* quedam per longum strata, ubi, sicut dicitur, 7
quidam peregrini locum illum uisitantes a Sarracenis insidiantibus fuerunt interfecti.

De Tyro ad tres leucas modicas contra aquilonem fluuius *Eleutherus*[52]) intrat mare 8

a) *athyras filie* St. *a tyras filio* h. — b) ubi *eam* primo St. Sed idem postea: fecerunt *eam* contiguam. — c) *allexander* passim St. — d) *triplici* om. St., sed habent codd. vratisl. — e) *ciuitas* St. *ciuitatis* h. — f) *et* om. St., habet h. — g) *media* St. *medio* h.

44) *Tyrus*] V. Ritter XVII (1). 320—348.

45) *Thiras*] V. Gen. X. 2. Nova quidem, sed parum utilis est haec etymologia.

46) *ut dictum est supra*] I. 2.

47) *triplici muro*] Scriptionem hanc recepimus confirmatam auctoritate Willermi Tyrensis Hist. libro XIII c. V p. 836, citati a Rittero XVII (1). 344. — Libri nostri typis expressi scriptionem *quadruplici* apud Burchardum tueri videntur.

48) *Qui eciam muri*] Vid. Ritter XVII (1). 345, qui quae in Brocardo suo legit, in nostro Burchardo non exstant.

49) *historia ecclesiastica-Diocletiano*] V. Eusebii hist. eccl. l. VIII.

50) *ut dictum est*] II. 1.

51) *te portauit*] Luc. XI. 27.

52) *Eleutherus*] Burchardus h. l., ut per ea tempora moris erat, flumen (Nahr) el-Kebîr, qui est verus Eleutherus, cum flumine el-Kâsimîjeh confundit. Ad Kâsimîjeh enim est Bel-

magnum, ad quem usque Ionathas persecutus est regem Demetrium, sicut dicitur primo Machabeorum[53]. Iste fluuius uenit de Yturea[54] siue Galilea gencium[55], de confinio illo, quod dicebatur antiquitus terra Roob[a)][56] et postea Kabul[57], et fluit sub castro *Belfort*[b)][58], quod fuit milicie templi[59], iuxta Horma[60], usque quo Iosue persecutus est XXXI reges, sicut dicitur Iosue[61].

9 De isto fluuio ad duas leucas est *Sarepta Sidoniorum*[62], ante cuius portam australem ostenditur capella in loco, ubi Helias[63] propheta uenit ad mulierem sareptenam, ubi eciam mansit, et eius filium suscitauit. Et ostenditur ibidem cenaculum, in quo quieuit. Sarepta uix VIII domos habet, cum tamen ruine eius ostendant eam fuisse ualde gloriosam.

10 Inde ad duas leucas est *Sidon*[64], magna urbs Phenicie, cuius magnitudinem adhuc ruine attestantur, que eciam scripta uix crederetur[c)]. Fuit autem in campo per longum disposita, tendens ab austro in aquilonem, sub monte Antilibano, inter ipsum et mare, speciosa[d)] ualde. De ruinis tamen eius alia est edificata, parua quidem, sed munita, si haberet defensores. Et est ex parte[65] una in corde maris sita, habens hinc inde duo castra satis munita, unum ab aquilone, in rupe quadam in corde maris situm, quod ibidem edificauerunt peregrini, qui de Theutonia uenerant, aliud ex parte australi, in colle situm, satis firmum[66]. Que castra cum ciuitate milites templi tenent[67].

Terra adiacens fertilis[e)] est ualde, habundans omnibus bonis et aëre saluberrimo. Et sunt ibidem canne mellis et uinee ualde bone.

a) *Rob* St. — b) *beloford* St. — c) *crederentur* St h. Quod correximus. — d) *spaciose* St. *speciosa* h. — e) *sterilis* (passim) St. *fertilis* h.

fort, non ad Kebîr. Sed vid. Ritter XVII (1). 48 s. et van de Velde Memoir p. 330 s. v. Leontes.

53) *primo Machabeorum*] XII. 30.

54) *Iste-Yturea*] flumen Kâsimîjeh Vandeveldio l. c. auctore oritur in valle el-Bekâ'a (Bûkâ'a) prope Baalbek. El-Bekâ'a autem est Ituraea, si sequaris Ritterum XVII (1). 226 s. Cf. v. Raumer p. 60 et 207.

55) *Galilea gencium*] Galilaea gentium, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, quam dicit Matthaeus IV. 15 s., est Galilaea septentrionalis: vid. Ritter XVI. 688.

56) *terra Roob*] Beth Rehob memoratur II Sam. 10, 6. Iudicum XVIII. 28; Cavea Roob a Willermo Tyrio hist. lib. XVI c. XII p. 898. Et hoc loco attendas imprimis ad Iosuae XIX. 28.

57) *Kabul*] Vid. I Reg. VIIII. 13. Hebraïcum כָּבוּל infra cum Decapoli componitur.

58) *Belfort*] nunc Kal'at esch-Schekîf. V. Robinson Pal. III. 654 not. 1. Cf. Ritter XVII (1). 309 sqq.

59) *quod fuit milicie templi*] ab anno 1240 usque ad annum 1268. Apparet igitur post annum 1268 scripsisse Burchardum.

60) *Horma*] Vid. Iosuae XIX. 29, ubi Vulgata habet Horma, non Rama, quamquam et textus hebraicus et Lutherus dant Rama. Recentes geographi urbem Horma multo inferius meridiem versus ponunt. Cf. v. Raumer p. 184.

61) *ut dicitur Iosue*] XII. 7. Sed cf. c. XI v. 3. 8. 17, ubi montis Hermon et „montis, cuius pars descendat in Seir," mentio fit. Cf. Ritter XV (1). 152.

62) *Sarepta Sidoniorum*] Sarepta hebraice sonat Zarpath. Villa recens Surafend, quae nunc cum Sarepta componi solet, et longius septentrionem versus sita est, et post Burchardi demum tempora condita. Cf. Ritter XVII (1). 364, v. Raumer p. 127.

63) *Helias*] De Elia propheta vid. I Reg. XVII v. 10—23.

64) *Sidon*] Cf. Ritter XVII (1). 380 sqq.

65) *Et est ex parte*] De hoc Burchardi loco, qui pergit usque ad verba: *situm satis firmum*, uberius disputat Ritterus XVII (1). 394.

66) *peregrini — satis firmum*] Hoc factum est anno 1227. Vid. Ritter XVII (1). 393.

67) *Que castra — templi tenent*] Ritterus XVII (1). 393 docet hoc cadere in annos

Ante portam orientalem ciuitatis antique, que nunc est deserta, est capella edificata in loco, ubi ad Dominum uenit rogans pro filia demonica mulier chananea in uia, que versus Ytuream et Cesaream Philippi ducit. 11

Mons *Antilibanus*[68]) distat a Sidone ad unam leucam contra orientem[a]). Incipit autem mons iste super fluuium Eleutherum, de quo dictum est ante[69]), et protenditur ultra Tripolim ad quinque leucas fere per quinque dietas, et nunquam recedit de mari per duas leucas, nisi iuxta Tripolim, ubi fere distat per tres leucas. Interdum tamen ita accedit ad mare, quod locus est inmeabilis omnino. Habundat autem uineis optimis, secundum illud[70]): „*Memoriale eius ut uinum Libani.*" Et continuatur bonitas huius uini usque ad Margathum castrum. 12

Ultra Sidonem ad nouem[b]) leucas est nobilis illa et antiqua ciuitas *Beritum*[c]) [71]), ubi dicitur eciam Dominus predicasse, ubi eciam Iudei facta imagine[72]) de pasta ei illuserunt et tandem crucifigentes sanguinem ab ea in magna quantitate extraxerunt, que usque hodie in multis locis[d]) ueneranter habetur. 13

Episcopus huius ciuitatis, sicut et sidonensis, suffraganeus est tyrensis. Et terminatur metropolis tyrensis ultra ad III leucas in flumen, qui *passus canis*[73]) dicitur, qui ibidem magnum mare ingreditur. Terminatur similiter patriarchatus ierosolimitanus, et incipit patriarchatus antiochenus et comitatus tripolitanus. Qui locus *passus canis* dicitur, et est locus immeabilis per terram, nisi de Sarracenorum uoluntate. Pauci enim ibi uiri prohiberent transitum de facili toti mundo. 14

De Berito ad sex leucas super mare est *Biblium*[74]), ciuitas prima de patriarchatu antiocheno, habens episcopum. De ista dicitur Ezechielis XXVII[75]) in commendatione Tyri: *Senes Biblii et prudentes huius habuerunt nautas ad ministerium uarie supellectilis tue.* — Dominus Biblii[76]) est[e]) uasallus comitis tripolitani. Nunc ciuitas ipsa *Sibleth*[f]) [77]) dicitur, et est satis parua. 15

De Biblio ad quatuor leucas est *Botrum*[78]) ciuitas, opulenta quondam in uino ualde nobilissimo et omnibus bonis mundi, sed nunc funditus est destructa[79]). 16

Inde ad tres leucas est castrum *Nephin*[80]), in mari fere totum. Quod est princi- 17

a) *orientalem* St h. — b) *quinque* St. *novem* codices vratisl. — c) *beritum* om. St. — d) *locis* om. St. — e) *est* om. St. — f) *sybech* St. *biblech* h.

1253—1260. Etenim inde ab anno 1253 Sidon erat templariis, ab anno 1260 Saracenis.

68) *Mons Antilibanus* et q. s.] Carolus Ritterus XVII (1). 394 haec Burchardi verba commentatur.

69) *de quo dictum est ante*] § 8.

70) *secundum illud*] V. Oseae XIV. 8 Vulg.

71) *Beritum*] antiqua Berytus, recens Beirût. Cf. van de Velde mem. p. 293. Robinson N. F. III. 725 seqq.

72) *Iudei — imagine*] De hac narratiuncula, orta saeculo VIII, vid. Robinson Pal. III. 727.

73) *Passus canis*] Est recens Nahr el-Kelb, i. e. flumen canis, olim Lycus dictus. V. Ritter XVII (1). 60. 510 sq.

74) *Biblium*] Olim Byblos, Gebal, nunc Dschebeil dictum. Cf. van de Velde memoir p. 313 Ritter XVII (1). 60 sqq.

75) *Ezechielis XXVII*] v. 9. Ubi *senes Biblii* (pro *Giblii*, quod Vulgata habet), legitur in Sabaterii editione veteris Italicae t. II p. 803.

76) *Dominus Biblii*] V. Ritter XVII (1). 604.

77) *Sibleth*] Phocas scribit Ζεβελέτ, Abulfedah Giblet.

78) *Botrum*] antiqua Botrys, recens el-Batrûn. V. Ritter XVII (1). 584—588.

79) *destructa*] Quando? nescio.

80) *Nephin*] Hunc Burchardi locum tractat Ritterus XVII (1). 609 sq. Castrum Nephin, Nefrino, Nefro, quod dicunt cruce signati, Ritteri sententia est promontorium Theuprosopon, quod nunc dicunt Râs esch-Schak'ah, non recens Enfeh.

pis antiocheni. In quo uidi duodecim turres bonas et locum munitum ualde. Uinum huius uille magis nominatum est inter omnia uina parcium illarum.

18 De Nephin ad duas leucas est ciuitas *Tripolis*[81]), nobilis ualde[82]) et fere tota in corde maris sita, sicut Tyrus. Est populosa multum. Habitant enim in ea Greci et Latini, Armeni, Maronite[a]), Nestoriani et multe gentes alie. De serico in ea multa fiunt opera. Audiui pro certo, quod essent in ea textores serici et cameloti et similium amplius.

Terra illi adiacens dici potest absque dubio paradisus propter amenitates infinitas in uineis, oliuetis, ficetis[b]), [canellis][c]), quibus omnibus in aliis partibus non recolo similia me uidisse.

Campus ante ciuitatem continet in longitudine leucam unam, in latitudine dimidiam. In quo spacio sunt iardini, in quibus fructus diuersi crescunt et in tanta quantitate, quod dicuntur singulis annis ualere suis dominis CCC milia bysanticorum aureorum.

19 *Libanus* distat a ciuitate ista ad tres leucas. Ad cuius pedem *fons oritur ortorum*[83]), *fluens impetu de Libano*, sicut dicitur in Canticis[84]). Fons iste humiliter[d]) nasci uidetur, sed subito inualescens fluuium facit uehementem et magnum ualde. Iste rigat omnes ortos et planiciem inter Tripolim et Libanum, et commendat mirabiliter regionem. Aque eius optime sunt, frigide et dulces, et plura loca[e]) religiosa constructa sunt super riuos eius et ecclesie multe. Uenit autem, sicut dictum est, de radice montis, et pro parte circuit montem leopardorum, et postea per ortos deducitur, rigans ipsos[f]). Tribus autem fluminibus bene magnis mare ingreditur, preter riuos alios, qui in diuersis locis similiter in mare fluunt. Et pro certo de isto fonte uerum est, quod dicitur in Hesthere[85]), quia fons paruus creuit in fluuium magnum et in[g]) aquas plurimas redundauit.

20 De Tripoli ad duas leucas est *mons leopardorum*[86]), rotundus in aspectu et satis altus, distans de Libano ad unam leucam. In huius pede aquilonali[h]) uidi speluncam, in qua erat monumentum, habens XII[i]) pedes longitudinis, quod Sarraceni deuote frequentant, dicentes illud esse *sepulcrum Iosue;* quod non credo uerum esse, quia textus dicit[87]) eum sepultum in Thamnathsare, que est iuxta Sichem in latere montis Effraym. Ego pócius credo illud esse sepulcrum Chanaan, filii Cham, filii Noe, uel alicuius filii[k]) filiorum eius, qui ad literam circa loca illa habitasse probantur, ut infra dicetur.

21 De spelunca ista ad tres leucas contra aquilonem fere est finis Antilibani et Libani[l]) similiter. Et ubi uterque terminatur, ostenditur hodie castrum *Arachas*[m])[88]), quod

a) *marranite* St. — b) *fiscetis* St., *vicetis* h. — c) *canellis* St. Fortasse legendum est: *calamellis.* — d) *mirabiliter*, sed in marg. *humiliter* St. — e) *loca* om. St., habet h. — f) *ipsas* St., *ipsos* h. — g) *in* om. St. Quod restituimus. — h) *In huius pedis aquiloni* St. — i) Numeri XII signum om. St., habet h. — k) *filium* filiorum St. *filii* fil. h. — l) *chaybam* St. *et Lybani* h. — m) *Archas* St.

81) *Tripolis*] Tripolis a Batrûn abest 4½ horas. V. Ritter XVII (1). 588.

82) *nobilis ualde*] De toto hoc loco usque ad § 21 fusius exponit Ritter XVII (1). 609.

83) *fons ortorum*] Prope Tripolim est Nahr Abu Ali, Nahr Kadischah (i. e. flumen sanctum). Sed is non est fons hortorum, qui memoratur in Canticis; errat Burchardus. Vid. Wilbrandum I, 8. 12.

84) *in Canticis*] IV. 15.

85) *in Hesthere*] IX. 3. XI. 10 in Vulgata.

86) *mons leopardorum*] Nunc dicitur Dschebel Turbul. Vid. Robinson N. F. p. 760. Ritter XVII (1). 610.

87) *textus dicit*] Iud. II. 9.

88) *Arachas*] antiqua Erek, Arca Caesarea, recens 'Arka. Hic Ritterus XVII (1) 610 auctorem citat Burchardum.

Aracheus, filius Chanaan, edificauit et suo nomine appellauit, sicut dicit glossa Genesis X[a])[89]) et Paralipomenon[90]). Et gloriosa ualde[b]) et pulchra et fertilis[c]) est terra ista. Ubi Libanus terminatur, de cuius situ et longitudine infra dicetur, cum de Cesarea Philippi et Iordanis exortu fecero mentionem.

De castro Arachas ad dimidiam leucam contra orientem est *Syn*[d])[91]) opidum, 22
quod Syneus, filius Chanaan, frater Arachei, edificauit post diluuium non procul ab Arachas, sicut dicit glossa Genesis[92]). Nestorianus tamen quidam ibi habitans requisitus dixit mihi opidum illud appellari *Synochim*[93]). Et idem dixit mihi quidam Sarracenus ibidem[e]).

Sub castro Arachas et opido Synochim est planicies magna[94]) et amena et fer- 23
tilis ualde, usque contra castrum *Krach*[95]), quod fuerat[96]) hospitalis sancti Iohannis, et usque in Anteradum, que nunc Tortosa dicitur, fere per leucas XI longitudinis et per VI leucas latitudinis[f]). Planicies ista multa habet casalia et pulchra nemora oliuarum et ficuum et arborum aliarum diuersi generis et multa ligna. Preterea habundat fluminibus et pascuis supra modicum[g]). Unde Torcomanni et Madianite et Bodwini ibidem habitant in tabernaculis cum uxoribus et filiis et pecoribus suis et camelis. Uidi ibidem gregem maximum camelorum, et credo, quod plura milia camelorum ibi erant.

Planiciem illam circumdant[h]) quedam montana[97]) ob oriente, non multum alta, 24
que incipiunt iuxta Arachas et protenduntur usque in Krach. In hijs montanis habitant quidam, qui dicuntur *Uannini*[98]), gens effera et maliciosa et Christianis infesta.

De Arachas et Synochim opidis usque in *Anteradum*[99]) sunt octo leuce per plani- 25
ciem supradictam. Anteradum autem dicitur quasi *ante Aradium*[100]) sita.

Est autem *Aradium* insula in corde maris, a terra firma per dimidiam leucam distans. In hac adhuc diebus nostris erat ciuitas bona, de qua dicitur Ezechiele[101]): *Filii Aradii cum exercitu tuo super muros tuos in circuitu.* Glossa: *Aradium ciuitas tota cincta mari, contra Anteradum sita, uicina Tyro.* Uerum est, quod distat ab ea per quinque dietas. Condidit autem ciuitatem hanc Aradius, filius Chanaan, post diluuium.

a) Numeri X signum om. St., lacunam relinquens post vocab. *Genesis*. — b) *et palipp. id est gloriosa ualde* St. — c) *sterilis* St. *fertilis* h. — d) *syon* St. h. — e) Verba: *requisitus dixit — Sarracenus ibidem* om. St., habet h. — f) sancti Iohannis fere per leucas XI longitudinis et usque in Anterandum que nunc tortosa dicitur. Planicies ista St. — f) sancti Iohannis fere per leucas XI longitudinis et usque ad Anterandum per VI leucas latitudinis vsque in Anterandus que nunc tortosa dicitur. Planicies ista h. — g) *modum* h. *modicum* St. — h) *circumdat* St.

89) *Aracheus — Genes. X*] v. 17.

90) *Paralip.*] I Chron. 1, 15.

91) *Syn*] Vid. Genes. X. 15—19. Cf. Ritter XVII (1). 42. 65. 94. 100. 104.

92) *Genesis*] X. 17.

93) *Synochim*] Quaeritur, quam urbem dicat Burchardus.

94) *planicies magna*] nunc la Bokeia (Bukei'a). Cf. Ritter XVII (1). 836. 838 sq. Robinson N. F. p. 730 sq. Et inspice tabulam geographicam Kieperti ad alterum Robinsoni itinerarium additam.

95) *Krach*] recens Kal'at el-Hösn (Husn), Hösn el-Akrâd, quam Bibars Sultanus cepit anno 1271. Vid. Ritter XVII (1). 837.

96) *fuerat*] usque ad annum 1271. Vid. notam praecedentem. Cf. Robinson N. F. p. 733 —739.

97) *quedam montana*] Est Iebel Scha'rah, si sequaris tabulam geographicam, quam Kiepertus adiecit alteri Robinsoni itinerario.

98) *Uannini*] Populus ignotus, haud scio an sint Nosairii, de quorum ferocitate cf. Ritter XVII (1) 15. 979. 993.

99) *Anteradum*] antiqua Antaradus, Tortosa, recens Tartûs.

100) *Aradium*] olim Aradus, nunc Iesîret Ruâd dictum.

101) *Ezechiele*] XXVII. 11. Codex St. habet *Ezechieli*. Sed cfr. p. 24 sect. 5.

26 Hic nota, quod Cham, filius Noë, genuit Chanaan post diluuium. Chanaan autem genuit Sidonem, primogenitum suum, Etheum et Iebuseum et Amorreum, Gergeseum[a]) et Eueum et Aracheum, Sineum et Aradium, Samareum et Amatheum[b]). Et per hos[c]) disseminati sunt populi Chananeorum. Ex hijs XI filiis Chanaan quatuor, scilicet Sidon primogenitus, qui edificauit Sidonem, et Aracheus, qui Arachas condidit, et Sineus, qui Synochim, et Aradius, qui eciam Aradium condidit, ut dictum est supra[102]); — quatuor, inquam, isti manserunt in terra ista circa principium Libani, ut patet; reliquos autem septem, scilicet Etheum, Iebuseum, Amorreum, Gergeseum, Eueum, Aracheum et Amatheum reliquisti, Domine[d]) [103]), Deus Israel, ut haberent consuetudinem preliandi. Piramides autem istorum quatuor[104]) et sepulcra ostenduntur hodie citra Anteradum ad unam leucam sumptuosa nimis et stupende magnitudinis. Lapides uidi[e]), in eis (mensuraui enim lapidem) uiginti quatuor pedes[f]) longos et latos et spissos ad staturam hominis bene longi, ita ut stupor sit uidere. Miraculosum ualde, quomodo erigi potuerint uel in edificio collocari.

27 A latere Anteradi ad dimidiam leucam contra orientem sunt montana quedam[105]) non multum alta nec inaccessibilia, ut quidam dicunt. Que terra Assissinorum[g]) dicuntur et sunt. De ritu istorum et moribus infra plenius dicetur.

28 In Anterado beatus Petrus multo tempore predicauit[106]), cum Antiochiam pergeret, sicut in aluearío Clementis[107]) legitur. Et Clemens ibidem matrem reperit. Ibi eciam beatus Petrus primam ecclesiam in honore beate uirginis construxit. Que hodie permanet. In hac ego celebraui missam, nam sex diebus ibi steti.

29 De Anterado septem[108]) leucis est castrum *Margath*[109]), fratrum hospitalis sancti Iohannis[110]), supra ciuitatem Ualaniam[111]), per unam leucam distans a mari, munitum ualde et in monte altissimo situm. Sedes episcopalis, que erat in Ualania, propter in-

a) *amoreum gen gesensem et eueum* St. — b) Verba: *et Sineum — Amatheum* om. St. — c) *per hos* St h. *post haec* Vulgata Gen. X. 18. — d) *reliquit Dominus* h. *reliq. Dñe* St. — e) *lapideus in eis* St. — f) *pedem* longos St. — g) *asynorum* St.

102) *ut dictum est supra*] § 25.

103) *reliquisti Domine*] Quamquam vocab. *reliquisti* non liquet, vocabulum *Domine* plus auctoritatis habere videbatur, et vocabulum *reliq. s. reliquit* in *reliquisti* emendandum duximus.

104) *piramides autem istorum quatuor*] sepulcra Sidonis, Arachaei, Sinaei et Aradii, de quibus v. Ritter XVII (1) 856 sqq., ubi p. 858 ipsa Burchardi verba citantur.

105) *sunt montana quaedam*] Nunc Dschebel Scha'rah s. montes Ismaelis. V. Ritter XVII (1). 30. 819.

106) *beatus Petrus predicauit*] De hoc Burchardi loco disserit Ritter XVII (1). 863.

107) *in alueario Clementis*] Quum in Clementis Recogn. VII. 1. 2 p. 156 ed. Gersdorfianae Petrus biduum tantum Antaradi fuisse dicatur, nescio quid sit *alvearium Clementis*.

108) *De Anterado septem*] Totum hunc Burchardi locum, qui pergit usque ad verba: *usque ad Antiochiam*, iisdem verbis citat et commentatur Ritterus XVII (1). 887 sq.

109) *Margath*] recens Markûb, el-Merkab, Markab. V. Ritter XVII (1). 882—884.

110) *fratrum hospitalis sancti Iohannis*] Anno 1285 a Calavuno Sultano capta est Margath. Quod quum ita sit, apparet haec verba ante annum 1285 scripta esse. V. Wilken Kr. VII. 688—692.

111) *supra ciuitatem Ualaniam*] Constat arcem Margath ab urbe Valania (antiqua Balanaea, recente Balneas, Baneas) meridiem, non septentrionem versus spectare. Unam parasangam, 30 stadia, 8 milliaria, $1\frac{1}{4}$ horas Margath a Ualania abesse dicitur. *Flumen* quidem Valania *infra* castellum Margath intrat mare. V. Ritter XVII (1). 604.

sultum Sarracenorum in castrum est translata. Et episcopus ille est suffraganeus archiepiscopi apamiensis[a]), sicut et episcopus arachensis[b]).

In ciuitate *Ualania* et in fluuio eiusdem nominis, qui ipsam preterfluit, terminatur 30
regnum Ierusalem. Incipit eciam principatus antiochenus, terminato ibidem nichilominus comitatu tripolitano. Distat autem locus iste ab acconensi ciuitate per VIII dietas, et sunt IV diete ab isto usque ad Antiochiam, et licet ultra processi in terra ista eam contemplando, tamen de ea nichil scribo, quia non propono de aliis terris scribere aliquid, nisi de terra sancta.

Et hec de ista prima diuisione dicta sufficiant.

INCIPIT SECUNDA DIUISIO TERRE SANCTE.

III. Secunda distinctio procedit ab Accon contra[c]) aquilonem, et in ea primo post 1
Accon ad quatuor leucas directe procedendo contra aquilonem est castrum, quod dicebatur *Mons fortis*[112]). Quod fuerat hospitalis Theutonicorum, sed nunc penitus est destructum.

Inde quatuor leucis contra eandem plagam est *Toron*[113]) castrum, munitum ualde, 2
quod dominus Tiberiadis contra Tyrum edificauerat[114]), cum tenerent eam Sarraceni, distans a Tyro septem leucis.

Inde quatuor leucis est ciuitas antiqua, *Asor* dicta, in qua habitauit rex Iabin ille 3
potens, qui cum XXXI[d]) regibus pugnauit contra Iosue et Israel ad aquas Maron. De qua dicitur eciam Iosue XI[115]): *quia*[e]) *solam Asor*[116]) *munitissimam uorax flamma consumpsit.* De huius preconio ciuitatis ruine eius attestantur usque in presentem diem.

De ea per sex leucas contra aquilonem fere est *Belinas*[f])[117]) ciuitas, in pede 4
montis Libani, que, sicut in libro Iudicum[g])[118]) dicitur, primo *Lais* dicebatur, et cum esset procul a Sidone, hoc est fere XI leucis, et cum nemine quicquam societatis haberent homines illi, [sita in regione Roob][119]), ceperunt eam filii Dan et uocauerunt eam *Lesen Dan*[120]), nomine patris sui Dan. Sepe tamen simpliciter dicitur *Dan*, secundum

a) *appanensi* St. — b) *episcopus arcpi* St. *episcopus archensis* h. — c) *contra accon aquilonem* St. — d) *cum XXIV regibus* St. — e) *Iosue VI Qui* St. — f) *belenas* St. — g) *Iudicum primo dicitur primo lachis* St.

112) *Mons fortis*] Nunc Kurein, Kurn. V. Robinson N. F. 84. Ritteri sententia Kal'at Kurain differt ab antiqua Montfort. v. Ritter XVI. 782 et tabulam geographicam tomo XVI adiectam.

113) *Toron*] recens Tibnîn in Belad Beschâra. V. Robinson N. F. p. 73—77. Ritter XVI. 789. Robinsonus Pal. III. 652 commemorat quae h. l. dicit Burchardus.

114) *dominus Tiberiadis — edificauerat*] Anno 1107 Hugo a Sancto Audomaro condidit Toronum. V. Robinson Pal. III. 648 sq.

115) *dicitur etiam Iosue*] XI. 13. Sed vide Italicam veterem Sabaterii I. 414.

116) *Asor*] antiqua Hazor, recens Tell Haje prope Banias. V. van de Velde memoir p. 318, v. Raumer Pal. p. 114.

117) *Belinas*] Vereor, ne contra codicis St. auctoritatem vulgarem scribendi rationem amplexus *Belinas* pro *Belenas* iniuria dederim, quum Burchardus ipse fortasse *Belenas* scribere solitus sit. Est autem antiqua Caesarea Philippi, recens Bâniâs, quam, ut fieri solebat, cum Dan confundit Burchardus. Vid. Robinson Pal. III. 626.

118) *in libro Iudicum*] XVIII. 29.

119) *sita in regione Roob*] Verba haec sunt ap. Iud. XVIII. 28. Sed glossa tantum est, quae a margine irrepsisse videtur. Quare voc. *sita* non mutavimus in *siti*. Belinas Vandeveldius, cui accesserim, censet esse antiquam Beth-Rehob, Rehob, quae commemoratur Num. XIII. 22 (non 21), Iud. XVIII. 27—29, II Sam. X. 6.

120) *Lesen Dan*] V. Iosuae XIX. 47. Errat Burchardus, quum Dan, quae et Lais s. Lesen Dan antiquitus appellabatur, IV millia passuum abfuerit a Caesarea Philippi, quacum non erat confundenda. Dan nunc est Tell el-Kadi.

illud[121]): *Congregatus uniuersus Israel a Dan usque Bersabee.* Est enim hec[a]) ciuitas contra septentrionem terminus terre sancte, Bersabee uero contra austrum, secundum illud Regum[b])[122]): *Uenit Helias in Bersabee Iuda.* Et infra[123]): *Et abiit in desertum.* Quod absque dubio ciuitati illi est contiguum[123b]). Et nunc *Giblin*[124]) appellatur. Philippus autem cum esset tetrarcha Yturee et Traconitidis regionis, istam ciuitatem Belinas siue Dan suo nomine *Cesaream Philippi* uoluit nominari. A Grecis autem *Paneas* appellatur. Sed hodie omnia nomina hec cessauerunt, et communiter *Belinas* appellatur.

5 Super hanc ciuitatem hinc inde oriuntur duo fontes[125]): *Ior* et *Dan*, et in pede montis Libani. Qui ante portam ciuitatis conuenientes in unum Iordanem fluuium efficiunt.

6 Nota tamen, quod in rei ueritate iste non est uerus ortus Iordanis. Dicit enim Iosephus[126]), et uerum est, quod ab isto loco contra austrum fere C et XX stadiis est fons, qui appellatur[c]) *Phiala*[127]), semper plenus et nunquam effluens, sed subterraneo meatu usque ad locum istum fluit et effluit ibi, et *Dan* uocatur. Quod per paleas in Phialam missas et in fonte Dan receptas sepius est probatum. Sarraceni autem fontem illum non Phialam, sed *Medan*[128]) uocant, id est *aquas Dan*, quasi dicant: „Iste sunt aque Dan.“ *Me* enim *aqua* arabice dicitur. Dan uero fons est unus de supradictis. Matheus[129]) uero locum illum *Magedan* appellat, Marcus[d])[130]) *Dalmanutha.* Est autem non longe a *Sueta*[131]) ciuitate, iuxta piramidem sepulcri beati Iob[132]) in Traconitidis regione[133]). De hoc autem infra plenius dicetur[134]).

Iordanis autem fluuius, ut dictum est, ante portam ciuitatis Belinas congregatus, de duobus illis fontibus post longos circuitus, quos facit, Traconitidem et Ytuream separando tandem inter Capharnaum et Corrozaim mare Galilee ingreditur, quatuor leucis a *Cedar*[135]) ciuitate, que[e]) est supra in monte sita.

7 Medio tamen loco inter Belinas et mare Galilee quandam uallem ingrediens in stagnum colligitur tempore solutionis niuium de Libano. Quod stagnum dicitur hodie *ad aquas Maron*[136]). Ubi Iosue cum Iabin rege Asor, et aliis XXX[f]) regibus[137]) dimicauit, et uictor existens persecutus est eos usque ad aquas Maserephot[g]) et usque ad

a) *hoc* ciuitas St. — b) illud *quarti* Regum St. — c) *appellatur* om. St., habet h. — d) Marcus *uero* dalm. St. — e) *quod* St. *que* h. — f) *aliis XXIV* St., qui etiam voc. *regibus*, quod habet h., incuria omisit. — g) *Masrepha* St.

121) *Dan secundum illud*] Est Regum (s. Samuelis) II. XVII. 11.

122) *austrum — Regum*] III (I) Reg. XIX. 3. 4.

123) *Et infra*] v. 4.

123[b]) *Quod — contiguum*] *Quod* referendum est ad praecedens *desertum.*

124) *Et nunc Giblin appellatur*] scil. Bersabee. Sed errat, quamvis non solus, Burchardus. Cf. T. Tobler 3. Wanderung p. 147. 466 not. 389.

125) *duo fontes*] Cf. Mag. Thietmari Peregrinationem c. III. 2 p. 8 editionis nostrae.

126) *Iosephus*] B. J. III. 10, 7.

127) *Phiala*] Nunc Birket-er-Râm. Vide van de Veldii tabulam geogr. sect. 4.

128) *Medan*] V. Ritter XV (2). 1019.

129) *Matheus*] XV. 39.

130) *Marcus*] VIII. 10.

131) *Sueta*] Suite, 16 m. p. Tiberiade. Cf. v. Raumer p. 225.

132) *piramidem — Iob*] Sepulcrum Hiobi prope Damascum ostenditur; v. Ritter XVII (2). 1336.

133) *Traconitidis regione*] Quae nunc est Ledscha. Sed v. Carolum a Raumer Pal. p. 61 nota 198.

134) *infra plenius dicetur*] V. 13. 14.

135) *Cedar*] Vid. v. Raumer Pal. p. 216, qui ruinas prope Birket er-Râm iacentes antiquam Cedar esse coniicit.

136) *ad aquas Maron*] Lacus Merom s. Samochonitis nunc est el-Hûleh.

137) *XXX regibus*] Numerum correximus sequentes Iosuam XII. 24.

Sidonem magnam fere per VIII leucas. Hec aqua tempore estiuo exsiccatur pro magna parte. Unde crescunt ibi arbusta et herbe dense ualde, in quibus latitant[a]) leones et ursi et bestie alie. Et sunt ibi uenationes regie. Medietas huius uallis [138]) est in hac secunda diuisione, que respicit ad[b]) aquilonem, alia medietas in sequenti tercia constituta. Tercia autem, que est ultra hanc uallem et in littore Iordanis orientali pertotum [139]) usque ad Libanum, qui est ad sinistram, et usque ad montem Hermon, qui est contra uulturnum, et usque ad ciuitatem Bosra[c]) [140]), que est ad orientem in monte *Sanyr*[d]), qui coniungitur cum monte Hermon, appellatur in Iosue *planicies Libani* siue regio *Traconitidis* [141]) pro eo, quod, cum aquis fluminibus omnino careat terra ista, incole tempore pluuiarum aquas colligunt in bercilibus[e]) [142]) et cisternis, quas per *tracones* [143]) de loco ad locum ducunt, ut et se et[f]) iumenta sua alant.

Hic necessarium uidetur, quia de montibus *Libano, Hermon et Sanyr* mentionem 8
feci, plenius de eis dicam ad intellectum aliorum. Unde sciendum, quod montana, que
sunt super torrentem Arnon, que sunt inter Ammon et Moab et Amorreos, item mons
Galaad, qui est in terra Og, regis Basan, mons Sanyr et Hermon supra Baalgad[g]) [144])
et mare Galilee et mons Libani sunt omnia unus mons continuus, sed in diuersis locis di-
uersis nominibus appellantur, sicut palam est uidere in alpibus, que separant Theuto-
niam et Lombardiam. Mons tamen *Galaad* [145]) altissimus est inter omnes montes istos 9
et omnium uidetur quasi caput esse. Unde ad litteram dictum credo illud Ieremie [146]):
Galaad, tu mihi caput Libani. Monti Galaad coniungitur mons *Sanyr* [147]), et appellatur 10
eciam *Seyr*[h]), quia ibi habitauit Esau, alias Seyr[i]), ut infra dicetur, et est ultra mare
Galilee, et cecidit in sortem dimidie tribui Manasse. Illi ibidem coniungitur mons *Her-* 11
mon, qui circuit Traconitidis regionem [148]) et procedit usque Damascum, iuxta ubi cum
Libano se copulat inter Belinas et Damascum. Ipse autem Libanus supra ciuitatem Be- 12
linas altior est meo iudicio, quam sit usquam[k]) per totum spacium, quo Libanus appel-
latur[l]). Distat autem isto in loco a Tyro per duas leucas, et plane uidetur in Tyro, et

a) *iacitant* St. *latitant* h. Et cf. VI. 9: *nunc latitant leones.* — b) *incipit aquilonem* St — c) *bostra* St. — d) *swanir.* St. — e) *berekililus* St. — f) *et* ante voc. *iumenta* om. St. — g) *supra gaalgad* St. *baalgad* h. — h) *eciam Sanyr Seyr* St. — i) *habitauit aluesey* St. — k) *usque* St. *usquam* h. — l) *lybanus quos app.* St. *quos* non habet h.

138) *Medietas huius vallis*] Infra IV. 15 mentio fit vallis aquarum Maron, quae nunc Ard el-Hûleh esse videtur.

139) *Tercia autem — pertotum*] *Pertotum* est francogallicum *partout.*

140) *Bosra*] recens el-Buseirah in terra Edom sita. Cf. v. Raumer p. 63, 72 sq.

141) *planicies — Traconitidis*] XI. 17. De planicie Libani cum Ituraea confusa vid. v. Raumer Pal. p. 67 nota 198. At ille non Sanutum, ut facit, sed Burchardum, Sanuti fontem, unde haurit, auctorem citare debebat. Vid. Marini Sanuti Tors. Secreta fidel. cruc. libro III Parte XIV cap. IV p. 250.

142) *bercilibus*] alueis. Bercile est Francogallorum berceau: Ducangius prodit formas *berciolum*, *berceolum.*

143) *tracones*] meatus subterraneos.

144) *Baalgad*] V. Iosuae XIII. 5, ubi dicitur: *a Baalgad sub monte Hermon.*

145) *Galaad*] Gilead. Cf. v. Raumer p. 61 sq. p. 208 sq.

146) *Ieremie*] 22, 6.

147) *mons Sanyr*] Pro forma vocabuli *Sanyr* inveniuntur etiam formae *swanyr*, *swanir.* Deuteron. III. 9 legitur שְׂנִיר, quod Lutherus vocabulo *Senir*, Vulgata forma *Sanir* expressit. Quare inusitatum *Swanyr* recipere ausus non sum, tametsi vereor, ne sit genuinum.

148) *Hermon — Traconitidis regionem*] Vid. Deut. III. 8. 9, ubi Hermon aliis nominibus Senir (e Vulg. *Sanir*) et Sirion appellatur.

ego in media nocte ibidem lucidum uidi illum. Habet autem quinque dietas in longitudine. Et habet per totum illud spacium caput niuibus coopertum, et magis ac magis accedit ad mare, in tantum ut, cum in principio sui, scilicet super[a]) Belinas, distet[b]) a mari per XI leucas, in fine, hoc est iuxta Arachas, non distet[c]) nisi per tres leucas. Uidetur autem a nauigantibus mare a Tyro usque Anteradum per totam uiam, et sub ipso *Antilibanus* similiter ad mare semper propius accedendo. Ualles autem in ipso Libano et Antilibano fertiles[d]) sunt et bene culte, habundantes pascuis, uineis, ortis et pomariis et breuiter omnibus bonis mundi. Habitant in ea gentes multe, sicut dictum est supra[148b]), ut Maronite, Armeni, Greci, Nestoriani, Iacobini, Georgiani, qui omnes sunt Christiani et, ut ipsi dicunt, romane ecclesie obedientes.

INCIPIT TERCIA DIUISIO TERRE SANCTE.

1 IV. Tercia diuisio procedit ab Accon contra uulturnum. Et in hac ab Accon ad quatuor leucas est castellum *Iudin*[149]) dictum, in montanis Saron[150]), quod fuit domus theutonice[e]), sed modo est destructum.

2 Inde III leucis est *castellum regium*[151]) in ualle, quondam domus eiusdem, habundans omnibus bonis et fructibus, qui eciam in terra illa rari sunt nisi ibi. Nunc Sarraceni tenent illud.

3 Inde leucis IV contra aquas Maron est uallis *Sennim*[f]) [152]), ubi Heber Cineus tetenderat tabernaculum, non longe a ciuitate [Asor]. Cuius uxor nomine Iahel Sisaram nomine, principem milicie Iabin, regis[g]) Asor, clauo tabernaculi transfixum per tempora[h]) interfecit, sicut dicitur Iudicum[153]).

4 Ab ista ualle ad duas leucas est *Kabul*[154]), quod Sarraceni *Zabul* uocant. Terra illa terra Kabul est appellata, quod displicenciam[155]) sonat, ut dicitur III Regum.

5 Inde contra austrum ad duas leucas est castrum et ciuitas *Sephet*[156]), pulchrius et firmius meo iudicio omnibus castris, que uidi, situm in monte altissimo. Quod fuerat milicie templi, sed proditum et captum[157]) ignominiose nimis ad[i]) iacturam tocius christianitatis, quia Soldanus de illo tenet totam Galileam, scilicet tribum Zabulon et Neptalim, Aser, Ysachar et Manasse, et omnem terram usque Accon et Tyrum et Sidonem.

c) *super* om. St, habet h. — b) *distat* St, *distet* h. — c) *non distat* St h. — d) *steriles* St. *fertiles* h. — e) *theotonica* St. — f) *sennyn* St — g) *regem* St. *regis* h. — h) *trpa* (s. *typam*) St. *tympa* h. *tempora* habet ed. veneta. — i) *et* St. *ad* h.

148b) *supra*] p. 28 II. 18.

149) *castellum Iudin*] Est recens Kal'at Dschedîn s. Dschiddin, quod tamen Burchardus fortasse non adiit. Cf. Robinson N. F. p. 116 sq. Sed nomen ibi corrigendum est.

150) *in montanis Saron*] Est Dschebel Maschakkah. V. Ritter XVI. 780 sq. Cf. II. 3 et quae ibi annotavimus numero 31.

151) *castellum regium*] Locus ignotus.

152 *uallis Sennim*] Vid. Iud. IV. 11. Ios. XIX. 33, ubi Vulg habet Saananim. Lutherus autem Iud IV. 11 interpretatur: bei den Eichen Zaanaims neben Kedes; et Ios. XIX. 33: durch Zaenannim. Sed quae in ipsis Bibliis hebraeis sunt: עד־אלון בצעננים, non *quercum*, sed *terebinthum* contra Lutherum significant. — Cf. Ritter XVI. 682.

153) *dicitur Iudicum*] IV. 17—21.

154) *est Kabul*] Nunc Kabûl, apud Iosephum (vita 43—45) Chabolo vocatum. V. Robinson N. F. p. 113 sq. I Reg. IX. 13. Iosuae XIX. 27. Sed Burchardus h. l. recens Kabul dicere nequit, si ipsum Dschedîn adiit.

155) *displicenciam*] Vid. III (I). Reg. IX. 12. 13.

156) *Sephet*] nunc Safed. V. van de Velde memoir p. 347. v. Raumer p. 122 sq. De hoc Burchardi loco agit Robinson Pal. III. 586 sq., qui Burchardum urbem Safed cum Bethulia confudisse censet.

157) *proditum et captum*] Illud anno 1266

Inde contra aquilonem quatuor leucis iuxta uallem Sennim fere est *Cedes Nepta-* 6
lim[158]). De hac fuit Barach, filius Abinoem[a]), qui contra Sisaram pugnauit in monte Tabor. Hec fuit ciuitas fugitiuorum in tribu Neptalim, habundans omnibus bonis mundi. Et monstrantur ibidem adhuc ruine magne et sepulcra pulcherrima.

De castro Sephet duas leucas, in descensu montis contra orientem, ad iactum a 7
mari Galilee, supra uiam, que ducit ad orientem[159]), est ascensus *montis* illius, in quem tociens ascendit Christus Ihesus, *in quo fecit sermonem*[160]) illum secundum Matheum[161]), in quo saturauit V milia hominum de quinque panibus et duobus piscibus. Illuc dimissa turba ascendit solus orare. Fugit in ipsum, cum eum uellent[b]) facere regem. Ibi docuit discipulos orare. In eo erat pernoctans in oratione. Ibi eo descendente supplicauit centurio pro puero paralytico. Ibi ad eum uenit multitudo languencium et qui uexabantur a spiritibus immundis. Ibi tetigit leprosum et sanauit eum. Ibi stetit in loco campestri et turba discipulorum eius. De isto monte uidetur totum mare Galilee et Yturea et Traconitidis regio usque ad Libanum, insuper Sanyr[c]) et Hermon[162]), terra Zabulon et Neptalim usque Cedar et uniuersa Cenereth usque Dothaym et Bethuliam et alia loca multa. Est autem longus quantum iactus est duorum arcuum, latus quantum iactus est lapidis uel amplius, herbosus et amenus et habilis ad predicandum. Ostenditur ibi lapis adhuc, in quo sedit predicans Dominus Ihesus Christus, et apostolorum sessiones. [Uocatur autem a Christianis *tabula* siue *mensa*.][163])

In pede montis huius iuxta mare ad triginta fere passus oritur fons uiuus muro 8
circumdatus[164]), quem dicunt esse uenam Nili, quia coracinum[d])[165]) piscem nutrit, qui nusquam alibi inuenitur. Iosephus[166]) *fontem* hunc appellat *Capharnaum*, quia totus campus, qui est ab isto fonte usque ad Iordanem per duas leucas, *Capharnaum* appellatur.

De fonte isto ad XX passus supra mare Galilee est locus, ubi post resurrectio- 9
nem suam stetit Ihesus in littore, septem discipulis piscantibus, dicens eis[167]): *„Pueri, num quid pulmentarium habetis?“* Ubi eciam in lapide[168]) uidi tria uestigia Domini Ihesu

a) *achynee* St. — b) *uellet* St. — c) *swanyr* St. — d) *chorannum* St.

factum est, ut post annum 1188 iterum a Saracenis capta sit arx Safed. V. Wilken Kr. IV. 244 sq. VII. 486—492. Robinson Pal. III. 589. Ritter XVI. 257.

158) *Cedes Neptalim*] Vandeveldius haec dicit: Now the village of Kades, on the hills N. W. of the Hûleh lake. V. v. d. Velde mem. p. 327. Cf. Robinson N. F. p. 481—484. Qui Burchardum h. l. commemorat. Ceterum apparet Burchardum recentem locum Kades non dicere.

159) *supra uiam — ad orientem*] Est via maris, quae dicitur § 14.

160) *De castro Sephet — in quo fecit sermonem*] De his Burchardi verbis exponens, Robinsonus Pal. III. 485 sq. docet, eum recentia cornua (Karûn) Hattîn errore habuisse pro monte, in quo sermonem fecerit Dominus. Sedvid. Mag. Thietmari peregrinationem I. 31 not. 51 p. 5.

161) *Matheum*] V. Matth. cap. V—VII.

162) *Sanyr et Hermon*] Deut. III. 8. 9 mons Hermon dicitur Sanir e Vulg., Senir ap. Luth. Forma Sanyr recenti Sa'irah, quam invenimus apud Robinsonum II. 623 nota 2, cognata fortasse est.

163) *tabula siue mensa*] V. Robinson Pal. III. 486 not I. Sed nemo negabit, verba haec a glossatoris manu margini ascripta falso loco in contextum, quem dicunt, verborum intrusa esse.

164) *fons uiuus muro circumdatus*] Est recens 'Ain Tîn.

165) *coracinum*] De his Burchardi verbis disserit Ritter XVI. 307. — Coracinus est sparus chromis (petit castagneau, castagnollo). V. Oken Allgem. Naturgesch. VI. 225.

166) *Iosephus*] B. J. III. 10, 8.

167) *dicens eis*] Est Ev. Ioh. XXI. 5.

168) *in lapide*] Lapis ille nunc Hadschar en-Nasrâni nuncupatur. V. Robinson N. F. p. 449 et p. 467, van de Velde Memoir p. 225.

lapidi impressa in die beati Augustini[169]), cum ibi essem, sed cum postea in festo annunciationis[170]) redissem, Sarraceni lapidem illum detulerant de loco illo.

10 Inde ad decem passus est locus, ubi egressi discipuli de naui uiderunt prunas[a]) positas et piscem superpositum et panem[171]). [Uocatur autem a Christianis tabula siue mensa] [172]).

11 De loco isto ad unam leucam contra orientem est *Capharnaum*[173]) ciuitas, quondam gloriosa, sed nunc est ualde uilis, uix habens septem domos pauperum piscatorum. Et est uere[b]) in ea impletum illud uerbum Domini Ihesu: „*Et tu, Capharnaum, si in celum ascenderis, usque ad infernum mergeris*“[174]).

12 De isto loco ad duas leucas Iordanis fluuius mare Galilee ingreditur, in cuius littore ulteriori uidentur adhuc ruine ciuitatis *Corrozaym*[175]) supra mare Galilee.

13 De loco isto, scilicet Corrozaym, ad unam leucam incipit ascensus montis *Sanyr*[c])[176]), siue Seyr secundum quosdam, et[d]) introitus Ydumee[177]).

14 Inde ad tres leucas est *Cedar*[178]) ciuitas, gloriosa et firmo loco sita, in monte Sanyr, ad orientem. Et per hanc ciuitatem transit uia, que, ut dictum supra[179]), transit per littus maris Galilee, et ducit ad occidentem, sicut dicitur in Tobia[180]). In Ysaia[181]) autem uia ista uocatur *uia maris*[182]) *trans Iordanem Galilee gencium*. *Uia maris* dicitur, quia omnino procedit in littore maris. *Trans Iordanem* additur, quia ducit trans Iorda-

a) *prunas* om. St. — b) *fere* St. — c) *swanyr* St. — d) *seyr secundum quos deus et* St.

169) *in die beati Augustini*] Est dies XXVIII m. Augusti. Et animadvertas, quaeso, Burchardum h. l. diem tantum, non annum quoque indicasse.

170) *in festo annunciationis*] Diem igitur annunciationis, qui est d. XXV m. Martii, post diem beati Augustini, qui est d. XXVIII m. Augusti, commemorat scriptor. Quod quum ita sit, sequitur, eum minimum biennium in terra sancta fuisse.

171) *prunas — panem*] Sunt haec apud Ioh. XXI. 9.

172) *Uocatur autem a Chr. tab. s. mensa*] Haec quamquam glossa sunt, huic tamen textus loco magis quam superiori illi conveniebant. Etenim non ubi praedicavit Dominus, sed ubi cum discipulis comedit, erat locus, quem *ad mensam* appellat Mag. Thietmarus, cuius peregrinationem vide I. 26 nota 48 p. 5.

173) *Capharnaum*] Vandeveldius, Ritteri a partibus stans, recens Tell Hûm, non Khân Minîjeh antiquum Capernaum esse censet contra Robinsonum, qui in altero etiam libro, inscripto *Neue bibl. Forschungen* p. 461 nota 4, sententiae suae, quam olim iam tulerat, inhaeret. Carolus a Raumer adhuc sub iudice litem esse censet. Equidem Rittero accesserim, quia Burchardi verba *ad unam leucam contra orientem* quadrant in Tell Hûm, quod Robinsono ipso auctore horae spatium abest ab 'Ain Tîn; hora autem aequat Burchardi leucam. Vid. van de Velde Memoir p. 301 sq. Ritter XV. 339—344. v. Raumer p. 116—118.

174) *mergeris*] Commixti sunt h. l. loci duo: Matth. XI. 23 et Lucae X. 15.

175) *Corrozaym*] Chorazin antiqua, Kerâzeh ruinae, „a mass of ruins“ quas dicit Vandeveldius p. 304. Cf. Robinson N. F. p. 467. Sed his contraria dicit Burchardus, qui *in ulteriori litore* ponit Corrozaym, ut sint fortasse parietinae *'Aradsch*, quas commemorat Vandeveldius.

176) *Sanyr*] Cf. v. Raumer p. 216.

177) *introitus Idumee*] Dissentit Carolus a Raumer p 240.

178) *Cedar*] Hanc urbem Carolus a Raumer prope lacum Phialam (recentem Birket er-Râm), sitam fuisse coniicit. Neque erat, quod Raumerus p. 216 Burchardo, quem Sanutus descripsit, neglecto, Sanutum tantum auctorem citaret: v. Mar. Sanuti Tors. secreta fidel. cruc. lib. III parte XIV c. III pag. 246.

179) *ut dictum est supra*] § 7.

180) *in Tobia*] I. 1.

181) *Ysaia*] IX. 1.

182) *uia maris*] V. Ritter XV. 271. 335.

nem in regionem, que dicitur Aram. *Galilee gencium* dicitur, quia Galilea ibidem in Iordane terminatur.

Ab isto autem loco, ubi Iordanis mare influit Galilee, usque Cedes Neptalim sunt 15
quatuor leuce. In medio loco inter eas est alia medietas aquarum Maron, de qua dictum est supra [183]. Transit autem Iordanis per medium huius uallis aquarum Maron [a]), et egrediens de ipsa dirigit cursum contra orientem primo, deinde contra austrum, et sic mare ingreditur Galilee.

De ciuitate Corrozaym et ostio fluuii Iordanis quatuor leucis contra aquilonem 16
est *Sueta* [b]) [184]) ciuitas, unde in Iob dicitur Baldad Suithes [c]) [185]). Iuxta eam est *piramis beati Iob* [186]) ad orientem.

In planioribus locis [d]) sub ciuitate ista uersus ciuitatem Cedar consueuerunt con- 17
uenire Sarraceni de Aram [e]) et Mesopotamia et Hamath [f]) [187]) et Syria, de Moab et Ammon et tota terra [g]) orientali circa fontem Phiale, de quo dictum est supra [188]), et habere nundinas [189]) toto tempore estatis propter locorum amenitatem et erigere tentoria diuersorum colorum, que in ciuitate Cedar existentibus in monte pulchrum generant prospectum ualde. Que *tabernacula Cedar* in Canticis [190]) appellantur.

De ciuitate Corrozaym [191]) quatuor leucis contra orientem est ciuitas *Cedar*, in 18
monte alto sita, quam Iosephus appellat *Camelam* [192]) pro eo quod mons, in quo sita est, ad modum cameli dispositus in principio longior in modum colli et capitis cameli, in medio gibbum habens, ut dorsum, incipiens in fine in modum caude declinare.

Hic nota [h]), quod, sicut dictum est supra [193]), tota terra circa [i]) Iordanem in littore 19
eius [k]) orientali appellatur *Traconitidis regio* siue *planicies Libani* usque ad montem Hermon et Bosra. Littus uero Iordanis occidentale appellatur *Galilea gencium* [194]), siue *Yturea* [195]) siue [l]) *Kabul*, siue *Decapolis*, et uia maris transit per medium eius, ab Accon scilicet procedens per *uallem terre Aser*, que nunc *sancti Georgii* [m]) [196]) appellatur, in sinistro habens ciuitatem Sephet, et per littus maris usque Cedar, ad montana scilicet Traconitidis regionis, super quam [n]) est terra Aram [o]) [197]). Unde dicit quedam glossa: „*Uir erat in terra*

a) *maron ï* St. *et* h. — b) *swecha* St. — c) *baldach surches* (i. e. suithes) St. — d) *locis* om. St., habet h. — e) *aron* St. *aran* h. — f) *haman* St. — g) *terra* om. St., habet h. — h) *nota* om. St, habet h. — i) *circa* om. St., habet h. — k) *e* (est) St. *eius* h. — l) *cū Kabul siue caplis* St. *siue kabul siue decapolis* h. — m) *georii* St. *georgii* h. — n) *quem* St. *quam* h. — o) *aran* St.

183) *de qua dictum est supra*] III. 7.

184) *Sueta*] Suite. Cf. v. Raumer p. 225.

185) *Baldad Suites*] V. Iob. II. 11, ubi Lutherus habet: *Bildad von Suah.*

186) *piramisb. Iob*] Cf. supra III. 6. Hiobi sepulcrum prope Damascum monstratur peregrinatoribus. V. Ritter XVII (2). 1335.

187) *Mesopotamia et Hamath*] Tametsi et cod. St., et Marinus Sanutus p. 246 v. 43 habent Haman, corrigendum erat in *Hamath*. V. Ritter XVII (2). 996.

188) *supra*] III. 6.

189) *In planioribus locis — habere nundinas*] Planicies Medan forum dicitur. v. Ritter XV (2). 1019.

190) *in Canticis*] I. 5.

191) *De ciuitate Corrozaym et q. s.*] Quum eadem iam supra § 13 et 14 dicta sint, haec usque ad verba *caude declinare* glossa fortasse est a margine illapsa.

192) *Camelam*] Apud Iosephum IV. 1, 2 Gamala dicitur, non Camela. Cf. Ritter XV (1). 349.

193) *dictum est supra*] III. 7.

194) *Galilea gencium*] Cf. v. Raumer p. 104.

195) *Yturea*] Cf. v. Raumer p. 207.

196) *uallem terre — sancti Georgii*] Haud scio an sit recens regio *esch-Schâghûr*. Quod si ita est, vocabulum Schâghûr e nomine sancti Georgii ortum esse videtur.

197) *Aram*] Cf. Ritter XVII (2). 1334 de Damasco Aram vocata.

Hus [198]), *nomine Iob.* Glossa: Aram, pater Syrorum, qui condidit Damascum et Syriam, genuit Hus, conditorem Traconitidis regionis. Hic inter Celesyriam et Palestinam tenuit principatum. Que terra ab eo terra Hus est dicta. Unde: uir erat in terra Hus siue in regione Husitidis."

Hanc [199]) habuit Philippus tetrarcha, sicut et Ytuream, que est citra regionem Iordanis ad occidentem usque ad montes Sidoniorum et Tyriorum et Acconensium, que Pheniciam ab ipso diuidunt, tam in ista tercia diuisione, quam in precedenti secunda, et terminatur in Libano ad aquilonem, in Iordane ad orientem, in mari Galilee ad meridiem, in montibus Phenicie ad occidentem.

HIC INCIPIT QUARTA DIUISIO.

1 V. Quarta diuisio incipit ab Accon et procedit directe contra orientem iuxta castrum Sephet, illud relinquens ad sinistram. Transit inde in littore maris Galilee ante ciuitatem, que dicitur Capharnaum, ante locum, ubi Dominus Matheum uocauit de telonio, cuius domus et locus sessionis [a]) hodie ibi cernitur in strata regia. Inde ultra riuum Iordanis ad montana Hermon conscendit.

Sunt autem in hac diuisione ciuitates iste.

2 Prima post Accon ad quinque leucas est casale [b]), quod dicitur [200]) *Sangeor*, ubi idem sanctus creditur fuisse natus [201]). Et est situm inter montana, in ualle pingui ualde et fertili et amena. Que amenitas protenditur usque ad mare Galilee. Et fuit uallis sortis Aser [202]) usque iuxta Sephet per decem fere leucas. Et propter eius amenitatem ad litteram dici poterat illud Genesis XLIX [203]): *Aser pinguis eius panis et prebens delicias regibus.* Quod utique uerificatum fuit in sorte tribus huius.

3 Inde ad quatuor leucas contra austrum fere, sed declinando aliqualiter contra orientem est uilla *Naason* [204]) de tribu Neptalim, in ualle sita. De qua legitur in Tobia.

a) *locus et domus sessionis* St. — b) *in* casale St. *est* casale h.

198) *in terra Hus*] Terra Hus, Husitis est Uz Veteris Testamenti. Cf. v. Raumer p. 246 sq.

199) *in reg. Husitidis. Hanc*] Traconitidis *regionem* h. l. cum Gaulanitide confundit Burchardus. Cf. v. Raumer p. 68 nota 198.

200) *casale quod dicitur Sangeor*] Distantia locorum a scriptore indicata ducit ad urbem Ramah, quae nunc Râmeh est, sita in regione esch-Schâghûr. i. e. Sangeor, sancti Georgii, tamenetsi sanctus Georgius nunc arabice sonat el-Khudr. V. Ritter XVI. 772 et cf. Wilbrandum de Aldenborch II. 3, 1 p. 25 et quae ibi annotavimus. Docet quidem Wilkenius (Kr. VII. 598) sanctum Georgium esse Lyddam, sed Ludda infra commemoratur a Burchardo.

201) *idem sanctus — natus*] Sanctus Georgius, crucesignatorum patronus, vulgo Lyddae s. Diospoli natus esse fertur. V. Ritter XV. 952; XVI. 550 sq.

202) *uallis sortis Aser*] Cf. IV. 19.

203) *Genesis XLIX*] v. 20.

204) *est uilla Naason*] Tobiae I. 1 in Vulgata, qua nunc utuntur catholici, haec exstant: *Tobias, ex tribu et civitate Nephtali, quae est in superioribus Galilaeae supra Naason, post viam, quae ducit ad occidentem, in sinistro habens civitatem Sephet.* — Sed vetus Italica s. Vulgata antiqua I. 709 ex editione Sabaterii haec habet: *Liber sermonum Thobi, filii Thobiel, — ex tribu Nepthalim, qui captivus abductus est — ex Bihel civitate, quae est in dextera parte Edisse, civitatis Nepthalim, in superioribus Galilaeae contra Naasson, post viam, quae ducit in occidentem, ex sinistra parte Raphain.* Quarum duarum interpretationum utram sequatur Burchardus, colligitur ex iis, quae dicit infra V. 17: Vulgatam novam sequitur. Sed quaeritur, ubi fuerit Naason? Quam Carolus a Raumer p. 114 nota 30 eandem quam Hazor fuisse suspicatur, Willermi Tyrensis testimonio nixus, qui historiae libro XXI cap. XXVIII pag. 1014: *Salahadinus,*

Inde ad tres leucas contra austrum est *Dothaym*[205], ubi Ioseph inuenit fratres 4
suos, situm sub monte Bethulie[206] ad unam leucam, opidum ualde amenum, in uineis,
oliuetis et ficubus habundans et pascuis pinguibus.
Ibidem adhuc in campo ostenditur *cisterna*, in quam missus est *Ioseph*[207]. Quam 5
eciam ibi uidi iuxta uiam, que de Galaad[208] ueniens coniungitur in Bethsayda[209] cum uia, que de Syria ducit in Egyptum. Ascendens de Dothaym iuxta montem Bethulie et inde per campum Esdrelon[210] procedens sub monte Tabor ad sinistram per campum Magedo[211] ascendit montem Effraym[212], uenit in Ramathaym Sophim[213], per Gazam ducit in Egyptum. Per hanc uiam uenerunt Hismahelite, qui emerunt Ioseph.

De ista uilla[214] legitur quarto Regum[215], quod Syri in ea uallauerunt Helizeum, qui eos inde duxit ad medium Samarie, que distat inde fere per unam dietam[216].

inquit, *ad urbem properat Tyberiadensem: inde per oppidum Sephet, per urbem antiquissimam Naason ad praedictum Toronum cum suis pervenit.*" Haec Guilielmi Tyrii verba Raumeri opinione explicanda sunt iis, quae habet graeca Tobiae interpretatio: *ἐκ Θίςβης — ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ὑπεράνω Ἀσώρ.* Coniicit enim ex verbis *ὑπεράνω Ἀσώρ* male divisis factam esse scriptionem: *ὑπερ(α)νωασωρ*, *ὑπερ(α) Νωασωρ.* — Cui sic obstitererim. Primum. Naas*on* cum litera finali *n* non est Naas*or*, quod terminatur litera r. Deinde vereor ne graecum vocabulum *Ἀσώρ* ex sola coniectura editoris apocryphorum ortum sit, quum Sengelmanno quidem teste Graecae et I et II praebeant *Ἀσὴρ* s. *Ἀσσήρ.* Vid. *Heinr. Sengelmann* Das Buch Tobit. Hamburg 1857. Quae quum ita sint, mea quidem sententia e contrario ex vocabulis *ὑπὲρ Ναάσων* siue *Ναάσσων* orta est scriptio *ὑπεράνω Ἀσὴρ* sive *Ἀσσὴρ.* Nomen Nahasson s. Naason quamvis saepius inveniatur, ut Exodi VI. 23, viri tamen, non loci nomen est; trito igitur vulgatoque nomini Asser locum reliquisse videtur, ita ut ex scriptione *ὑπὲρ Ναάσων* s. *Ναάσσων* facta sit depravata lectio: *ὑπεράνω Ἀσὴρ* s. *Ἀσσήρ.* Quodsi quaeras, ubinam sita sit Naason, hoc tantum pro certo affirmare ausim, Ritterum falli, qui XV (1). 250 villam Naason recenti pago *Nasâr* convenire iacit. Nasâr enim multo longius septentrionem versus situm est, quam quod possit respondere Willermi Tyrensis auctoritati, qua inter Tibnîn et Safed interfuerit necesse est. Denique quem locum Burchardus Naason nuncuparit, ignoro, nisi forte Bethulia cum Safed confusa et urbe Saphet multo longius, quam fieri debebat, meridiem versus posita eandem cum Guilielmo Tyrio urbem Naason inter Saphet, quae eius ex sententia est Bethulia, et Tibnin interesse putavit. Exstitit igitur, si quid video, antiquissima urbs Naason, quae non est Hazor, sed hebraice sonat נַחְשׁוֹן.

205) *Dothaym*] Antiqua urbs Dothan, recens Tell Dothan, quae a Samaria 12 millia passuum septentrionem versus abesse fertur, Burchardi ex sententia erat prope recentem Khân Dschubb Iûssuf a Safed meridiem versus sita. De vera urbe Dothan v. van de Velde memoir p. 308, Robinson Pal. III. 576, N. F. p. 158, denique v. Raumer p. 138.

206) *sub monte Bethulie*] Qui nunc dicitur Sanûr: v. van de Velde Mem. p. 298. Burchardus autem errore dicit montem, in quo arx Saphet condita est.

207) *cisterna, in quam missus est Ioseph*] Burchardus eundem, quem etiam nunc ferunt, locum pro cisterna Iosephi errore habens, recens Khân Dschubb Iûssuf adiisse videtur. Sed v. Robinson Pal. III. 576. N. F. p. 158.

208) *Galaad*] Gilead. Cf. Genes. XXXI. 48.

209) *Bethsayda*] Bethsaida antiqua est recens Khân Minîjeh, non et-Tell, quae est Bethsaida Iulias. Duae enim Bethsaidae sunt. V. v. Raumer p. 109 sq., van de Velde memoir p. 297.

210) *per campum Esdrelon*] Esdraelon, Esdrelom est Iesreel. Cf. v. Raumer p. 35.

211) *campum Magedo*] Megiddo. V. II Chron. 35, 22. Cf. v. Raumer p. 35.

212) *montem Effraym*] Ephraim. V. v. Raumer p. 37.

213) *Ramathaym Sophim*] Haec urbs Ramathaim Zophim Vandeveldii sententia est recens er-Râmeh, antiqua Ramah Samuelis, nunc diruta. V. van de Velde Memoir p. 341. Cf. v. Raumer p. 197.

214) *De ista uilla*] Dothaym.

215) *quarto Regum*] IV Reg. VI. 13—19.

216) *unam dietam*] Eusebio auctore sunt XII millia pass. rom. Cf. v. Raumer p. 138.

6 Nota tamen, quod Dothaym non solum est uilla, sed eciam contracta [217]) ab illa uilla dicta, qui illi ab antiquo adiacet, sita in terra campestri, inter montes hinc inde non multum altos, irrigua fontibus et ideo pascuosa, et alendis pecoribus apta.

7 De Naason II leucis contra orientem, de Dothaym fere ad tres[a]) contra aquilonem est ciuitas *Neptalim*, de qua fuit Tobias [218]), firmo ualde loco [b]) sita. Habet enim ab occidente montem altum ualde et penitus inascensibilem, nisi a parte orientis per breue spacium. Hanc puto tempore excidii secundum Iosephum [219]) Iotapatam [220]) dictam. In qua idem Iosephus obsessus fuit a Romanis et captus, ut ipse testatur. Nunc *Syrin* [221]) dicitur, et distat de Sephet parum plus quam leucam.

8 De Neptalim per duas leucas in angulo maris Galilee, ubi idem [c]) ab aquilone curuari incipit contra austrum, sita est *Bethsayda* [222]), ciuitas Andree et Petri et Philippi. Nunc uix habet sex domos, iuxta uiam, que de Syria ducit in Egyptum [223]). Habuit antiquitus aqueductus [224]) de fluuio, quem Iosephus [225]) uocat *paruum Iordanem* [226]), qui medio loco inter ipsam et Capharnaum ingreditur mare Galilee. Huius uestigia adhuc apparent.

9 Inde duabus leucis contra meridiem est *Magdalum* [227]), castrum Marie Magdalene, cuius domum adhuc uidi ibidem et intraui. Situm est in littore maris, distans a Bethu-

a) Verba *fere ad tres* ex codicibus vratisl. recepimus, omissa, ut videntur, a St. — b) *firmo loco ualde sita* St h. — c) *ut ibidem* St. *ubi idem* h.

217) *contracta*] Italicorum *contrata*, Francogallorum *contrée*, Anglorum *country*. Contracta Dothaym haud scio utrum sit recens Ard-Asseiferah prope Saphet, an Merdsch el-Ghurruk prope veram urbem Dothan.

218) *Neptalim, de qua fuit Tobias*] Cf. not. 204. *Urbem* quidem Naphthali Tobiae natalem sola Vulgata Tob. I. 1 tradit, discrepantibus et Itala vetere, et Graecis duabus et Lutheri interpretationibus. Namque Itala vetus habet urbem *Bihel*, Tobiae patriam, quam Graecae I et II nominant *Θίσβην* s. *Θίβην*, Lutherus nomen urbis omittit. Sed haec omnia vana sunt atque irrita. Graeca enim verba *ἐκ Θίσβης* (*Θίβης*) *τῆς Νεφθαλὶ* orta sunt ex hebraïcis מִתּוֹשָׁבֵי, quod et Hebraeus Munsteri, et Hebraeus Fagii ex antiquiore, ut videtur, fonte haustum servavit. Hebraeus Munsteri dat: וְהִיא הָיָה מִתּוֹשָׁבֵי עִיר נַפְתָּלִי, Hebraeus Fagii: טֹבִית־אֲשֶׁר הָגְלָה מִתּוֹשָׁבֵי מֵאֶרֶץ נַפְתָּלִי.

Patet igitur, interpretem graecum vocabulum מתשבי (ex habitatoribus) male legisse, accipiens illud pro nomine urbis *Thisbe*, iisdem scripto literis. Accedit quod nomen הַתִּשְׁבִּי etiam invenitur 1 Reg. XVII. 1. Recte igitur coniecit Henricus Sengelmann (Das Buch Tobit p. 72). Quod autem ad vocab. Bihel attinet, ab Itala vetere oblatum, hoc ex *Θίσβη* s. *Θίβη* depravatum esse videtur. Quae quum ita sint, restat, ut urbem Neptalim s. Naphthali Tobiae patriam investigemus. Quod quamvis difficillimum sit, fieri tamen potest, ut aenigma illud solvatur, si animadvertamus ad locum recentem *Sirîn*, qui facile componitur cum eo, quod Burchardus habet, nomine *Syrin*.

219) *secundum Iosephum*] B. J. III. 7.

220) *Iotapatam*] Iotapata antiqua, recens Dschefât. V. van de Velde Memoir p. 326. Cf. v. Raumer p. 115 nota 32. Burchardus tamen aliam dicit, quum Dschefât a Kaukab occidentem versus spectet.

221) *Syrin*] Fortasse recens Sirîn. Cf. notam 218 extr. et v. Vandeveldii tab. s. 5.

222) *Bethsayda*] nunc Khân Minîjeh. Cf. v. Raumer p. 109; van de Velde memoir p. 297.

223) *iuxta uiam q. d. in Egyptum*] V. Ritter XV (1). 335.

224) *aqueductus*] V. Robinson N. F. p. 453 sq.

225) *quem Iosephus*] Ant. VIII. 8, quae commentatur Ritterus XV (1). 213 sqq.

226) *paruum Iordanem*] Est 'Ain Tabîghah.

227) *Magdalum*] antiqua Magdala, recens el-Medschdel, i. e. turris. Cf. v. Raumer p. 118.

lia[a]) III leucis fere contra uulturnum[b]). Et habet a parte occidentis et aquilonis planiciem magnam et pascuosam.

Et nota, quod ista quarta diuisio non habet uillas aliquas amplius citra mare Ga- 10
lilee, sed in alio eius littore sunt ciuitates et castella plura ad hanc diuisionem pertinencia in terra Gerasenorum [228]), que huic[c]) directe est opposita.

In hac sunt ciuitates plures, ut Gerasa, Gadera [229]), Pella [230]), Sueta, a qua 11
fuit Baldach Suithes[d]) [231]), Theman [232]), a qua Eliphaz Themanites, et plures alie.

Gerasa tamen ciuitas in littore maris sita Galilee, sub monte Seyr, contra Tiberia- 12
dem [233]) fere, sed modicum declinans ad aquilonem. Et erat de tribu Manasse dimidia, que ultra Iordanem sortem acceperat.

Et nota, quod terra ista ultra mare Galilee montuosa est ualde, ut mihi uidetur, 13
quia eam non intraui. Et erat de regno regis Basan [234]) pro parte. Hec pro parte[e]) aliqua dicitur mons Seyr, quia Esau ibi habitauit, ut statim [235]) dicetur. Dicebatur insuper alibi mons Sanyr[f]) [236]), quia ille erat in ea. Item dicebatur mons Hermon [237]), quia similiter illic erat. Et ita pro diuersis locis et montibus diuersis[g]) erat terra ista nominibus appellata; tota tamen cessit in partem dimidie tribus Manasse [238]), sed nunquam eam possedit, quia filii Esau habitant in ea pro parte usque in presentem diem. Appellantur communiter Sarraceni, quia nec ritu nec lingua discrepant ab eis, nisi forte tonsura et uestitu.

Hoc sciendum tamen, quod adhuc est alius mons *Seyr* [239]) siue *Edom* contra de- 14
sertum maris rubri, de quo dicitur Genesis [240]) XIV, quia Chodorlahomor[h]) et alii reges cum eo percusserunt Chorreos[i]) [241]), qui habitant in monte Seyr. Qui tunc utique non dicebatur mons Seyr, quia Esau, qui Seyr dictus est, et a quo mons iste appellatur, nondum erat natus. Unde per anticipationem creditur esse dictum. Item Deuteronomii [242]) II: „*Transibitis per terminos fratrum uestrorum, filiorum Esau, qui habitant in Seyr, et timebunt uos.*“ Hoc primo dictum fuit filiis Israel uenientibus de Egypto, cum essent in Cades[k])

a) *ab eculia* St. — b) *walturnum* St h. — c) *Iocasanorum que hinc* St. — d) *swices* s. *swites* St. — e) *pro parte het pro parte aliqua* St. *Hec* om. h, nos restituimus. — f) *swanyr St.* — g) *diuersa* St. *diuersis* h. — h) *chodolohemor* St. — i) *Choreas* St. — k) *in eadem barne* St. *cades barne* h.

228) *in terra Gerasenorum*] Cf. v. Raumer p. 219.

229) *Gadera*] Gadara antiqua, apud Lutherum Geder, in Vulg. Gader, nunc vocatur Um-Keis. V. van de Velde Memoir p. 311. Cf. Ritter XV (1). 375—384.

230) *Pella*] nunc est Tubakât Fahel, vel Kefr Bîl. V. van de Velde mem. p. 339, Ritter XV (2). 1025—1028, v. Raumer p. 222 nota 343.

231) *Suithes*] הַשּׁוּחִי ap. Hiob. II. 11; populus Arabiae petraeae, componendus fortasse cum provincia *Σακκαία* apud Ptolemaeum V. 15 a Batanaea ad orientnm versus sita. Cf. Gesenii lex. שׁוּחַ. Et vid. in Vandeveldii tab. geogr. sect. 4 „*Shuka:* large ruins: *Saccaia.*“

232) *Theman*] nunc Maan dicitur: vide v. Raumer p. 245. Ritter XV (1). 127.

233) *Gerasa — contra Tiberiadem*] Hanc cum Apheca confundere videtur scriptor. Gerasa enim nunc Dscherasch est, quae non contra Tiberiadem, sed multo ea longius septentrionem versus sita est. Vid. van de Velde p. 314, Ritter XV (2). 1077—1094, von Raumer p. 219.

234) *Basan*] V. v. Raumer p. 206 regni Basan de finibus agentem. Et cf. Vandeveldii tabulam geogr. sect. 4.

235) *statim*] § 15.

236) *Seyr — Sanyr*] Cf. II. 10.

237) *mons Hermon*] V. Deut. III. 8. 9.

238) *dimidie tribus Manasse*] Cf. v. Raumer p. 211.

239) *alius mons Seyr*] Est recens Dschebâl s. esch-Schera. V. v. Raumer p. 240.

240) *Genesis XIV*] v. 1—6.

241) *Chorreos*] Horitas. Vid. Deut. II. 12.

242) *Deuteronomii II*] v. 4.

Barne, uenturis ad montem Seyr, qui est iuxta[a]) *Cades Barne*[243]), ubi tunc erant. Sed certum est, quod terminos huius montis Seyr, qui est supra mare Galilee, nunquam acceperunt[b]) filii Israel, cum exirent de Egypto, quia iste mons Seyr coniungitur cum Damasco, quo nunquam peruenerunt.

Alius autem mons Seyr, de quo legitur[c])[244]), coniungitur cum deserto Pharan[245]). Quem longo tempore circuierunt[246]) filii Israel prohibiti a Domino eum intrare. Et de illo monte Seyr dicitur eciam Deuteronomii II[247]): *In monte Seyr olim habitauerunt [filii Israel pro eis]*.

In isto autem monte Seyr, qui est iuxta mare Galilee et montem Galaad[248]), habitabat Esau eo tempore, quo Iacob rediit de Mesopotamia Syrie. Dicitur enim Genesis XXXVI[249]), quia[d]) Esau[250]), qui habitabat cum patre suo absque dubio in Bersabee, assumptis omnibus, que habebat, abiit in regionem alteram: nulli dubium quin ad istam. Et separatus est a fratre suo. Unde et Iacob redeunti de Mesopotamia occurrit iuxta uadum Iaboc, quod ab austro adiacet terre isti. Et Genesis XXXII[251]) dicitur, quod, cum Iacob transiuisset Phanuel, *ortus est ei sol*. Et infra[252]): *Eleuans autem oculos uidit uenientem Esau.* Qui locus (scilicet *Phanuel*)[253]) ostenditur hodie eodem nomine, non longe a *Sochoth*[e])[254]) ultra Iordanem ad orientalem plagam, ubi legitur[255]) postea immediate uenisse. Et est locus idem in pede montis Seyr, qui adiacet mari Galilee, cum ille mons Seyr, in quo olim habitauerunt Chorrei, pro quibus nunc ibidem habitant filii Esau, per plures dietas distet a loco isto, a quo non poterat subito uenisse Esau pro fratre suo uidendo, quia longe ultra mare mortuum distat, fere per quinque dietas. Hec diuersitas filiorum Esau et habitationum diuersitas uidetur mihi accidisse[f]) ex eo, quod Esau plures habuit uxores, et ita filii, quos habuit de filia Ysmahel, sorore Nabaioth, habitauerunt in monte Seyr, qui est iuxta desertum Pharan, in confinio illo, ubi habitauit socer eius Ysmahel, de quo dicitur Genesis XXI[256]), quod factus est uir gnarus sagittandi et moratus in solitudine Pharan, ubi legitur ipse et eius posteri conseruari. Duxit autem Esau alias uxores absque hijs, quas prius habuerat, inter quas una erat Oolibama, filia Ane, filie Sebeon Euey. Iste Eueus filius erat Chanaan, et habitabat absque dubio

a) *iuxta* om. St., habet h. — b) *accesserunt* St. *acceperunt* h. — c) *de quo loquitur* St. *de quo ibi loquitur* h. — d) *qui esau* St. *quod esau* h. Vocabulum *quia* e coniectura dedi. — e) *asacht* St. — f) *uidetur mihi accidisse et habitationum diuersitas* St. Quae suo quidque in loco posuimus.

243) *Cades Barne*] De Cade Barnea cf. IX. 19.

244) *de quo legitur*] Genes. IV. 6. Verbum *legitur* e coniectura dedimus.

245) *Pharan*] Phârân, Paran. V. Ritter XIV. 270. et Tischendorf Aus d. heil. Lande p. 48 sqq.

246) *Quem longo temp. circuierunt*] V. Deut. II. 1.

247) *Deuteron. II*] Quem versum dicat, nescio, nisi XII, qui vix quadrat.

248) *montem Galaad*] Gilead, Dschebel Dschil'ad, montem 'Oscha. Vide Vandeveldii tabulam geogr. sect. 6.

249) *Genesis XXXVI*] v. 6.

250) *quia Esau*] Graecum ὅτι e latinitate ecclesiastica non omitti, sed vocabulo *quia* exprimi vix est quod dicam.

251) *Et Genesis XXXII*] v. 31.

252) *Et infra*] Gen. XXXIII. 1.

253) *Phanuel*] Pnuel. V. v. Raumer p. 223, Ritter XV (1). 477.

254) *Sochoth*] Sukkot, Succoth, Suchoth. Cf. Ritter XV (1). 446—448, v. Raumer p. 224. 228. Sed vid. imprimis Vandeveldium, qui (Memoir p. 350) recens Sŭkkûth, quod minus 1 hora abest a Wadi Maleh, componit cum antiquam Succoth, quippe quae una sit, non duplex.

255) *ubi legitur*] Gen. XXXIII. 17: Et Iacob venit in Socoth.

256) *de quo dicitur Genesis XXI*] v. 20.

in partibus Scythopoleos [257]) in Galilea iuxta montes Gelboe non longe a mari Galilee. Cui loco uicinus est ualde mons alius Seyr [258]), in quo habitabat tempore illo, cum Iacob rediret de terra Mesopotamia. Et ita de facili ibi poterat occurrere fratri suo, quod et textus tacite uidetur innuere. Dicitur enim [259]) Genesis XXXII, quod recedente Laban a Iacob ille pergebat cepto itinere, et obuios habuit angelos Dei, et dixit: *Castra Dei sunt hec, et appellauit nomen loci Mahanaym* [a]) [260]), *id est castra* (qui locus est hodie sub monte Galaad in tribu Gad), et de loco isto misit nuncios ad fratrem suum, qui eciam ibidem ad eum redierunt. Unde et infra [261]) dicitur, quod *separauit munera fratri suo* de gregibus suis et misit per manus nunciorum. Et dicitur ibi [262]): *Precesserunt* [b]) *itaque munera, ipse uero adhuc mansit in castris* (hoc est in Mahanaym) *nocte illa, cumque mane surrexisset, transiuit uadum Iaboc* (qui eciam hodie ostenditur ibi), *et ecce! uir luctabatur cum eo* et cetera. Et infra [263]): *uocauitque nomen illius loci Phanuel.* Qui locus est hodie super torrentem Iaboc similiter in tribu Gad. *Ortusque est ei sol, cum transisset Phanuel* [264]). Et sequitur [265]): *Eleuans autem oculos uidit uenientem Esau* etc. Ecce loca nota, ubi uenit ad eum Esau. Que sunt omnino uicina monti isti Seyr, qui est supra mare Galilee.

Est adhuc tercius mons *Seyr* in finibus Azoti et Ascalone, qui asscriptus fuit tribui 16
Iuda [266]) in distributione terre, sed qualiter sic sit dictus, non recolo me legisse. Habitatores tamen loci illius Ydumei dicti sunt, sicut et alii posteri Esau ab Edom Ydumei dicebantur. Unde Antipater et filius eius Herodes Ascalonita Ydumei [267]) dicebantur.

Et hec de hac materia dicta sufficiant.

Terminatur autem mons iste in sorte tribus Gad [268]), in monte Galaad, contra locum illum, ubi non longe a montibus Gelboe iuxta ciuitatem Bethsan Iordanis fluuius mare Galilee egreditur. Et deinceps littus Iordanis orientale est duarum tribuum et dimidie usque ad campestria Moab sub [c]) monte Abarim [269]) in Sethim [270]) contra Iericho. Ultra uero contra austrum procedendo in littore [d]) eodem Iordanis est terra *Moab* usque ad Petram deserti, que nunc Krach dicitur. Postea pars quedam terre Ammon succedit, quamdiu durat mare mortuum, et sic circuit [e]) littus eius australe usque ad montem Seyr, qui coniunctus est deserto Pharan iuxta Cades Barne, habens a latere desertum Sinay et mare rubrum.

a) *manaym* St. — b) *processerunt* St. — c) *me asub* St. — d) *in littore* om. St., habet h. — e) *creauit* St. *circuit* h.

257) *Scythopoleos*] Cf. v. Raumer p. 134.

258) *est ualde mons alius Seyr*] prope montem Galaad.

259) *Dicitur enim Genesis XXXII*] v. 2.

260) *Mahanaym*] recens Maneh, ut fertur, ad Wadi Serka. V. v. Raumer p. 221, Ritter XV (2). 1003. 1039.

261) *unde et infra*] Gen. XXXII. 13—16.

262) *Et dicitur ibi*] Gen. XXXII. 21—24, sed non ipsis verbis.

263) *et cetera. Et infra*] Gen. XXXII. 30.

264) *Ortusque — Phanuel*] Gen. XXXII. 31.

265) *Et sequitur*] Gen. XXXIII. 1.

266) *Seyr — Iuda*] Cf. v. Raumer p. 98 sq. Ritter XIV. 1082. V. Iosuae XV. 10.

267) *Ascalonita Ydumei*] Est hoc nomen dynastiae s. familiae regum, ita ut Herodes quamvis Ascalone oriundus Idumaeus dici posset.

268) *sorte tribus Gad*] V. v. Raumer p. 211.

269) *Abarim*] nunc Urukaraije, Tarfûjeh, Ghuweiteh. V. v. Raumer p. 62 not. 166. Vandeveldii tab. s. 8.

270) *in Sethim*] Arboth-Moab, Arabah, Abel hasch-Schittim, locus acaciarum. V. Ritter XV (1). 145. 482; v. Raumer p. 233.

INCIPIT SECUNDA DIUISIO QUARTE ORIENTALIS.

1 VI. In secunda diuisione quarte orientalis primo post Accon procedendo contra euroaustrum ad quatuor leucas de Accon est *Chana Galilee*[271]), ubi Dominus conuertit aquam in uinum. Et ostenditur ibidem hodie locus, ubi steterunt sex ydrie et triclinium, in quo erant mense.

Sunt tamen hec loca, sicut omnia alia fere, in quibus Dominus est aliquid operatus, sub terra, et descenditur ad ea in cryptam per plures gradus, sicut est locus annunciationis et natiuitatis et ista Chana Galilee et plura alia, que ostenduntur sub terra. Cuius[a]) rei aliam non inuenio rationem, nisi quod per frequentes destructiones ecclesiarum, in quibus erant loca ipsa, ruine sunt super terram exaltate, et sic qualitercunque eis complanatis alia edificia desuper sunt constructa. Christiani uero deuotionem habentes uisitandi loca ista et uolentes ad uera loca, ubi res est gesta, peruenire, oportuit, ut loca eruderarent[b]) ad gradus faciendos, ut sic ad ea peruenirent. Et ideo fere omnia loca ista quasi in cryptis[c]) uidentur esse. Chana Galilee ab aquilone montem habet[d]) altum et rotundum. Et est in decliui[e]) latere eius sita. Sub se uero contra austrum habet campum et planiciem ualde pulchram, quam Iosephus appellat *Carmelion*[272]), usque in Sephoram[f]), fertilem nimis et amenam[g]) ualde.

2 De Chana Galilee duabus leucis contra meridiem fere, in uia, que de Sephora[h]) Tiberiadem ducit, est uilla quedam[273]), *Ruma*[i]) nomine, in qua Ionas propheta dicitur sepultus fuisse[274]). Uilla ista est sub monte[275]) sita, qui de Nazareth[k]) ueniens includit predictam uallem Carmelion a parte australi.

3 De Ruma[l]) ad unam leucam et fere dimidiam contra orientem est uilla grandis quondam, ut uidetur, nomine *Abelmeula*[m])[276]), de qua legitur in Iudith, quod Holofernes

a) *cui* St. *cuius* h. — b) *erudaerent* St. *eruderarent* h. — c) *scriptis* St. — d) *habere* St. *Habet* e coniectura posuimus. — e) *cliuii* St h. — f) *Sephorum* St. — g) *amenum* St h. — h) *sepharo* St. i) *Roma* St h. Quod emendavi. — k) *Nazareht* St. — l) *Roma* St. *ruina* ed. veneta. — m) St. habet *eulina*. — Cod. Bern: *Beelma*. Editio Veneta: *Abelmeulam siue Belmam*.

271) *Chana Galilee*] Nullus dubito, quin Burchardus viserit veram antiquam Canam, quae est recens Khirbet Kâna sive Kana el-Dschelîl, non Kefr Kenna. Nec minus persuasum habeo, integram hanc et veram Burchardi scriptionem esse; tribus enim libris vratislaviensibus confirmatur. Id quod Robinsono, Pal. III. 448 nota de ipsa vera Burchardi scriptione, quae sit, dubium haerentem, responsum volumus. Cf. van de Velde Mem. p. 301. Robinson N. F. p. 826. Quamquam enim Khirbet Kana s. Kana el-Dschelîl Robinsono auctore Accone abest 5 h. 35′, quum Burchardus quatuor tantum leucas numeret, nihilo tamen secius distantia pagi Kefr Kenna, quam habitatores ipsi antiquam Canam esse tradunt, quum 7 horas 50′ Accone absit, etiam minus in numerum IV leucarum convenire apparet.

272) *Iosephus appellat Carmelion*] Iosephus ὄρος quidem Καρμήλιον commemorat, vallem non commemorat. — Planicies est el-Battauf. Cf. Ritter XVI. 765 et Vandeveldii tabulam geogr. sect. 3.

273) *Ruma*] Rumah est II Reg. 23, 26. V. Iosephi B. J. III. 7, 21. Nunc vocatur Harûmah s. Khirbet er-Rumi. V. van de Velde Mem. p. 345; Ritter XVI. 765.

274) *Ionas p. sepultus fuisse.*] In pago el-Mesched, non Rumae monstratur Nebi Iunas, sepulcrum Ionae: v. Ritter XVI. 680.

275) *sub monte*] i. e. Tell (colle) Rumah.

276) *Abelmeula — Iudith*] In libro Iudithae VII. 3 commemoratur „locus qui dicitur Belma". Sed III Reg. XIX. 16 mentio fit Abel Meholae, quam Abelmehula, Abelmeula aliter scribunt. Quum igitur, quae Abel Meholae facta sunt, de eadem villa, quae Iudithae VII. 3 memoratur, dicta velit scriptor: patet eum Belmam cum Abelmehola errore confundere. Sed quaeritur, utrum Belmam adierit, an Abelmeholam, an neutram? Belma est recens Khirbet Belameh, Beled Scheich Mansûr, quae a Dschenîn

uadens contra Bethuliam uenit secus eam. Et sic oportebat, quia propter difficultatem locorum uia alia illuc esse non poterat. De hac uilla creditur oriundus fuisse Heliseus propheta, sicut dicitur III Regum. Et est in contracta illa, que uocatur Dothaym, distans de ista uilla per mediam leucam contra occidentem. Sunt in ea columpne multe marmoree et ruine magne, que omnia ostendunt eam esse gloriosam. Et est in loco alto et firmo sita.

De Abelmeula[a])[277]) ad unam bonam leucam est *mons Bethulie*[278]), ubi Iudith oc- 4
cidit Holofernem. Qui mons per totam fere Galileam uidetur, pulcher ualde et munitus[b]). Sunt adhuc in eo plura edificia et ruine plures. In fine montis adhuc[c]) castellum pro tuitione montis est factum. Ibi adhuc sunt indicia castrorum Holofernis in campo prope *Dothaym*[279]) et uallis, in qua se lauit Iudith et quam gyrauit in Bethuliam redeundo. Hoc, quantum potui, inuestigaui diligenter. Mansi enim in Dothaym una nocte.

De Bethulia ad duas bonas leucas supra mare Galilee inter orientem et austrum 5
est ciuitas *Tiberias* gloriosa Galilee, a qua mare Galilee mare Tiberiadis dictum aliquociens inuenitur. Hec antiquitus dicebatur *Cenereth*, et ab ea mare *Cenereth* dicebatur. Que postmodum ab Herode tetrarcha Galilee instaurata ad honorem Tiberii Cesaris Tiberias est appellata. Est autem longa ualde, iuxta littus maris per longum sita. Et sunt in eius australi parte balnea medicabilia et ruine multe, et magne palme multe crescunt ibi, et sunt ibi uinee et oliueta, et terra pinguis ualde.

Hic nota, quod in hac ciuitate (Tiberiadis scilicet) terminatur regio, que *Decapolis* appellatur. Dicit enim dominus Iacobus de Uitriaco, patriarcha ierosolimitanus et romane sedis legatus[280]), in libro suo, quem de conquestu huius terre fe-

a) *abelina* St. — b) *minutus* St. *munitus* h. — c) *ad hoc* St.

horae dimidium meridiem versus distat. Hanc Burchardus non visit. Abel Meholam cum recente Wadi el Maleh prope Beisan componere non recusat Ritterus XV (1). 432. Nec dissentit ab eo Vandeveldius, qui Khirbet esch-Schûk prope Wadi Maleh antiquam Abel Meholam esse coniicit. Mihi quidem in mentem venit Kalât Melha s. Maleh, quod in Vandeveldii tabula geogr: ad Wadi Maleh appositum, nomini Meholae magis etiam respondere videtur. Denique cf. v. Raumer p. 131, qui mentionem init duorum locorum, Abel Meholae et Abelmeae, „villulae inter Neapolim et Scythopolim" Eusebio auctore sitae. Sed Abelmea est Belma, quae et ipsa inter Neapolim et Scythopolim sita est. — Restat ut addamus, Burchardum nec Belameh, nec Kal'ât Melha adiisse videri.

277) *De Abelmeula*] Hoc loco vulgo legitur Abelina, quam lectionem Veneta excepta supra quoque § 3 habent editiones. Apographum hamburgense (h.) praebet abelina, sed margini ascriptum est: uel belma. Nos diu haesitabamus, dum Staphorstiani quum per se auctoritate, tum literis *eu* in scriptione *eulina* persuasi, lectionem *Abelmeula* praeferremus.

278) *mons Bethulie*] Bethulia est recens Sanûr. V. v. Raumer p. 136 not. 107. Cf. Robinson N. F. p. 443, van de Velde p. 228. Burchardus autem Safed dicit, non Sanûr. V. Robinson III. 576. 586 sq.

279) *prope Dothaym*] Burchardi sententia Dothaym, i. e. Dothan, est Khân Dschubb Iûsuf. Sed verum Tell-Dothân est multo longius ad meritiem situm prope Sanûr. V. van de Velde Mem. p. 307. Robinson Pal. III. 576.

280) *Dominus Iacobus de Vitriaco patriarcha ierosolimitanus et romane sedis legatus*] Iacobus de Vitriaco patriarchatu hierosolymitano nunquam functus est. Electus quidem est, sed munus sive recusavit, sive a curia romana non confirmatus nec legati papalis officio solutus esse videtur. Vid. Histoire littéraire de la France XVIII. 212. Erravit igitur Burchardus, sed magis erravit Staphorstius, qui in Historia ecclesiae Hamburgensis Partis I volumine III p. 355 ex iis, quae apud Burchardum VIII. 4 leguntur: *Dicit enim — patriarcha*, efficit, Burchardum Iacobi de Vitriaco tanquam aequalis mentionem facere. Atvero monachus Hierosolymae versans quomodo poterat ignorare

„*Nemini dixeritis uisionem* etc.“ [297]). In pede eius orientali [298]) descendit torrens Cison ille, in quo Barach [299]) pugnauit contra Sisaram, et uicit eum et fugauit.

Torrens iste *Cison* [300]), collectus de aquis pluuialibus montis Tabor et Hermon, descendit contra mare Galilee, et intrat illud [301]) iuxta castrum *Belueir* [302]), quod fuit hospitale sancti Iohannis.

10 De monte Tabor unam leucam contra eurum est uilla *Endor* [303]), in monte sita [a]) *Hermonio* [b]) *modico*. Qui Hermonium non est mons per se, sed quasi tumor quidam ueniens de monte Hermon contra montem Tabor et illi se coniungens. Et in eo est uilla Endor sita, de qua dicitur in psalmo [304]): *Disperierunt in Endor*. In hac uilla mansit mulier habens pythonem, que ad instanciam Saul Samuelem suscitauit, ut dicitur primo Regum [305]). Qui sepultus est in Ramathaym Sophim fere ad duas dietas de loco illo.

11 De Nazareth duabus leucis, de monte Tabor plus una contra austrum est mons *Hermon minor* [306]), in cuius latere aquilonali est ciuitas *Naym* [307]), ante cuius portam Dominus filium uidue suscitauit.

Et extenditur mons iste in longitudine fere quatuor leucis contra mare Galilee, et terminatur non longe a loco illo, ubi Iordanes fluuius egreditur a mari Galilee.

INCIPIT TERCIA DIUISIO QUARTE ORIENTALIS.

1 VII. In tercia diuisione quarte orientalis, que procedit contra notum, primo post Accon occurrit prima pars montis *Carmeli* ad quatuor leucas de Accon. Ubi locus est, in quo Helias propheta occidit sacerdotes Baal, in torrente Cison, ut dicitur III Regum [308]). Qui eciam ibidem post modicum spacium mare magnum ingreditur unam leucam a ciuitate Caypha, sed fere tres a ciuitate acconensi.

Et nota de isto torrente *Cison*, quod, licet in rei ueritate uideatur et dicatur esse unus, dupliciter tamen accipitur, quia dupliciter currit. Aliqua enim pars eius currit contra orientalem ad mare Galilee, aliqua currit contra occidentem ad mare magnum. Et hec diuersitas cursus huius ex eo contigit, quod mons Tabor et mons [Hermon] [309]), cum non longe distent ab inuicem, transmittunt ad se inuicem tumorem quendam, ut uideantur quasi continuari in pede montis utriusque. Qui [c]) tumor maior est ex parte

a) *in monte sita* om. St. — b) *hermonium* St. — c) *quia* St. *qui* h.

297) *uisionem*] V. Matth. XVII. 9.

298) *In pede eius orientali*] V. Ritter XV (1). 392.

299) *in quo Barach*] V. Ritter XV (1). 247.

300) *Torrens iste Cison*] Kischon Hebraeorum, recens Keisûn, s. Nahr el-Mechatta (Makatta) V. van de Velde Memoir p. 329, Ritter XV (1). 19. 296, v. Raumer p. 44.

301) *descendit — et intrat illud*] Minime, sed mare magnum intrat. Cf. quae ad VII. 1 annotavimus.

302) *Belueir*] Belvoir, quod Carolus a Raumer cum recente Kafr el-Kamah, alii cum Kaukab el-Hawa componunt. V. von Raumer p. 108, Wilken Kr. IV. 245 nota 50, Ritter XV (1). 403 sq.

303) *Endor*] nunc Endûr. V. van de Velde Memoir p. 310, v. Raumer p. 112.

304) *in psalmo*] 82 (83) v. 11.

305) *primo Regum*] 28, 7 sqq.

306) *Hermon minor*] nunc Dschebel Dahi. V. van de Velde Memoir p. 321.

307) *Naym*] Naïn, nunc Nein. V. v. Raumer p. 119, van de Velde Memoir p. 336.

308) *Regum*] XVIII. 40.

309) *et mons [Hermon]* Pro vocab. Hermon Burchardus aut scripsit, aut scribere debebat Gelboe (i. e. Gilboa). Hermon enim et longe distat a monte Tabor, neque Hermonem inter et Taborem interiacet Hermon minor s. Hermonium, ut in sequentibus tradit scriptor; id quod, si corrigimus Gelboe, optime quadrat. Est h. l. sphalma aut librarii, aut Burchardi. Uncis igitur inclusimus vocab. Hermon.

montis Hermon et uocatur *Hermonium*, de quo dictum est supra[310]), in quo est sita uilla Endor. Et impedit iste tumor, ne aque pluuiales, que cadunt in utroque monte, descendant ad plagam unam omnes, sed pars una descendit contra orientem et ingreditur in mare Galilee[311]) non longe a ciuitate Bethsan. In hoc torrente Cison pugnauit Barach cum Sisara, ut dicitur Iudicum V[312]). Alia pars descendit contra occidentem ad mare magnum. Et in hoc torrente Cison Helias interfecit sacerdotes Baal, ut dicitur III. Regum[313]). Ad istam tamen partem, que contra occidentem fluit, colliguntur aque multe de monte Effraym et de locis Samarie propinquis[a]) et de toto campo magno Esdrelon et Cayn monte et Magedo.

De loco interfectionis sacerdotum Baal ad tres leucas contra austrum est castel- 2
lum montis Cayn, *Caymon* dictum[b])[314]), in pede extremi montis Carmeli, ubi[c]) Lamech Cayn sagitta interfecit, ut dicitur Genesis IV[315]): *Occidi uirum in uulnus meum.*

De Cayn monte III leucis contra austrum est *Magedo*[316]), quod nunc *Suburbe*[d]) 3
dicitur, ubi mortuus dicitur Ochosias, rex Iuda, quem Iehu[e]), rex Israel, uulnerauerat iuxta Iesrahel in ascensu Gaber, quando Ioram, regem Israel, sagitta interfecit et proici fecit in agrum Naboth[f]) Iesrahelite. In hoc eodem Magedo occisus est Iosias, rex Iuda, a Pharaone, rege Egypti, quando proficiscebatur ad flumen Eufratem.

Et nota, quod *campus Magedo*[317]) et Esdrelon et planicies Galilee unum sunt et 4
idem, sed nomina alia omnia quieuerunt, et appellatur nunc communiter *campus Fabe*[318]) a quodam castello *Faba* dicto, quod distat a ciuitate Afech quantum ter potest iacere arcus. Est autem in rei ueritate *campus Galilee*, que cincta est ab oriente mari Galilee

a) *propinquos* St. *propinquis* h. — b) *castellum montis dictum in pede* St. *castellum montis Caym* h. Cf. Ed. venet. XI. 8, quae habet *Caymoth*. — Editt. autem annorum 1536 et 1704 habent *castrum Cain*. — c) *ubi Lameth ut dicitur Cayn sagitta interfecit ut dicitur Gen.* St. — d) *Suburbe* St. *Sulube* h. *Subimbre* Editt. a. 1536 et 1704. — *Sybule*. B. — e) *Iheu* St. — f) *magnum naboch* St.

310) *de quo dictum est supra*] VI. 10.

311) *ingreditur in mare Galilee*] Idem supra VI. 9 dixit Burchardus; quare errorem hoc quoque loco exstantem non possumus quin ei ipsi, non librario imputemus. Cisonis fontes praecipui oriuntur ad pedem septentrionalem et occidentalem montis Tabor, intrat autem in mare mediterraneum, non in lacum Tiberiadis. Cison orientalis fortasse est recens Nahr Dschalûd, quod prope Bethsean exit, sed in Iordanem, non in mare Galilaeae s. lacum Tiberiadis. V. Ritter XV (1). 416. XVI 416. 691; Vandeveldii tabulam geogr sect. 5.

312) *ut dicitur Iud. V*] c. IV v. 15 sqq. et cap. V.

313) *III Reg.*] XVIII. 40.

314) *castellum montis Cayn Caymon dictum*] Duabus imprimis rationibus permoti nomen *Caymon*, in codicibus omissum, restituimus. Primum nos movit recens nomen el-Kaimûn. Deinde, quod Vandeveldio auctore Iudithae VII. 3 legitur, Kaymon, tametsi Augusti dedit: *Κυαμῶνος*, et cum Vulgata latina Lutherus *Chelmon*. Editio veneta, ut diximus, habet *Caymoth*, quod satis prope accedit ad formam Caymon. — V. van de Velde Mem. p. 326. Recens Kaimûn antiquum Iokneam esse fertur. Nomen *Caymon* nihil aliud est quam *Cayn mons*. Vocabula *Cayn Caymon* propter eorum similitudinem excidisse videntur, praecedente insuper vocabulo *montis*.

315) *Genesis IV*] v. 23. Sed verbum *occidi* h. l. significat tempus futurum, non perfectum; quo totum interpretationi illi fundamentum subtrahitur. Accedit, quod mons Kaim Hurmul, cui narratio illa vulgo attribuitur, multo longius septentrionem versus ad Orontem situs est.

316) *Magedo*] Megiddo, nunc Tell Metsellim. V. van de Velde memoir p. 333 sq. Alii antiquam urbem Legionem, recentem el-Lejjûn s. Ledschûn cum urbe Megiddo consociant.

317) *campus Magedo*] Nunc est Merdsch-Ibn-Amir. V. v. Raumer p. 35.

318) *campus Fabe*] Cf. v. Raumer 35 nota 48; ubi Burchardus citandus erat, non Sanutus, qui hausit tantum ex Burchardo.

et Iordane[a]), ab austro monte[b]) Effraym et Samaria, ab occidente partim monte Effraym[c]), partim monte Carmelo, ab aquilone montibus Phenicie et Libano. Et uidetur[d]) habere campus iste in longitudine X leucas fere, in latitudine VI uel amplius; in partibus aliquibus fertilis supra modum in frumento, uino[e]) et oleo, et habundans omnibus bonis mundi, ita quod uidetur mihi, quod terram non uiderim meliorem, si demeritis et peccatis nostris non impedientibus eam possent colere[f]) Christiani.

5 De monte Cayn contra orientem duabus leucis et amplius casale *Mesrha*[g]) [319]) est, in torrente Cison, per unam leucam a pede montis Hermon.

6 De Mesrha unam leucam contra austrum est castellum, quod dicitur *Faba* [320]); ad cuius latus occidentale extra uiam, que ducit Iesrahel, ad dextram ostenduntur ruine ciuitatis *Afech*[h]) [321]), quantum ter potest iacere arcus, extra uiam, ubi Syri pugnauerunt contra Achab, regem Israel, quando dixerunt: „*Dii moncium sunt dii eorum; pugnemus cum eis in uallibus*" [322]).

7 De Afech ad unam leucam ad orientem, ad sinistram extra uiam, que ducit Iesrahel, in latere australi montis Hermon [323]) ciuitas *Sunam* [324]) ostenditur, in[i]) quam frequenter ire solebat Heliseus[k]), uadens de Carmelo ad Galgala uel Iordanem. Erat enim illa planior uia eunti in Iericho, ubi cum filiis prophetarum morabatur, uadens de Carmelo per Sunam in Bethsan et inde per campestria Iordanis usque ad Galgala. Unde et IV. Regum [325]) dicitur, quia [326]), cum uellet ire ad Iordanem, oportebat eum transire per Sunam, et hac occasione eam frequentabat. De ipsa eciam ciuitate eadem mulier mortuo filio suo uenit ad eum in montem Carmeli, qui distat per quatuor leucas de loco isto. Huius filium Heliseus suscitauit. Ibi castra metati sunt Philistiim, quando Saul uenit in Gelboe. De ista ciuitate Sunam fuit Abisach Sunamitis, que senem regem Dauidem calefecit dormiens in sinu eius.

8 De Sunam duabus leucis contra orientem, sed parum declinando ad austrum est *Bethsan* [327]) ciuitas inter montem Gelboe et Iordanem, dimidia tamen leuca a Iordane, in cuius muro Philistiim suspenderunt cadauera Saul et filiorum eius in monte Gelboe occisorum. Dicebatur aliquando *Scythopolis*, ut dicit Iosephus [328]), sed nunc ab omnibus Bethsan appellatur. Et est locus delicatus multum.

a) *Iordanem* St. *Iordane* h. — b) *montem* effr. St. — c) Verba *partim monte effraym* om. St., habet h. — d) *et iudei habere* St. *uidetur* habere h. — e) *uineo* St. *uini* h. — f) *collere* (tollere) St. — g) *mescha* St. *mesrha* h. — h) *affeht* St. — *i*) Hoc vocab. *in* omisisse videntur St h. — k) *frequenter ire hyliseus* St. *frequentare* h.

319) *Mesrha*] recens el-Mesra'ah. V. Ritter XVI. 695 et Vandeveldii tabulam geogr. sect. 5.

320) *Faba*] nunc quoque dicitur el-Fûleh, i. e. faba. V. Robinson Pal. III. 411 et imprimis notam 1 paginae 412. Cf. v. Raumer p. 112.

321) *Afech*] antiqua Apheca, recens el-'Afûleh. V. van de Velde memoir p. 286. Quatuor exstant eiusdem nominis urbes; hic dicitur ea, quae est in tribu Isaschar.

322) *in uallibus*] V. III (I). Regum XX. 23.

323) *australi montis Hermon*] supple minoris, quem Hermonim s. Hermonium aliter appellant. Est recens el-Dahi.

324) *Sunam*] Sunem, rec. Sûlem. V. van de Velde Mem. p. 349 s. v. Shunem; v. Raumer p. 124.

325) *IV Regum*] IV v. 8.

326) *quia*] ὅτι, latinitate ecclesiastica pro accusativo cum infinitivo usurpatum.

327) *Bethsan*] rec. Beisan. Cf. van de Velde Mem. p. 297, v. Raumer 134.

328) *ut dicit Iosephus*] Ant. XII. 8. 5 XIII. 6. 1.

Supra hanc contra occidentem est mons *Gelboe*, extendens se contra occidentem 9
usque Iesrahel ad duas leucas.

De Bethsan ad duas leucas contra occidentem oritur fons magnus, duabus leucis 10
supra Bethsan, qui dicitur *fons Iesrahel*[329] primo Regum[330], ubi Philistiim posuerunt castra sua, cum essent in Gelboe, inter ipsum fontem et Bethsan.

De fonte isto ad modicum, fere quantum bis potest iacere arcus, est ciuitas *Ies-* 11
rahel[331], in loco aliquantulum eleuato sita, quondam una regalium ciuitatum in Israel, sed hodie uix habet XXX domos. Et dicitur hodie *Zaraein*[a] [332], et est in pede montis Gelboe ad occidentem sita. Ante cuius introitum adhuc ostenditur ager Naboth Iesrahelite. Et distat duabus leucis modicis a ciuitate Sunam, que est ab ipsa contra aquilonem in latere australi montis Hermon[333].

Isti duo montes, scilicet mons Hermon et mons Gelboe, ita[b] sunt dispositi, ut mons Gelboe sit ab austro et Hermon ab aquilone, et duarum modicarum leucarum spacium sit inter eos. Longitudo uero eorum protenditur ab oriente in occidentem, et terminantur ab oriente ambo in Iordane, longi duabus leucis uel plus.

In planicie uero intermedia multi et magni[c] habiti sunt conflictus. Ibi enim pugnauit Gedeon contra Madian; item Saul contra Philistiim; item Achab contra Syros. Modernis eciam diebus Tartari[334] ibidem conflixerunt[d] cum Sarracenis.

[Nota autem de isto monte Hermon, quod adhuc alius mons eiusdem nominis su- 12
pra[e] Traconitidem iuxta montem Sanyr[f], qui est multo maior et alcior isto; et ille est, de quo scriptura in multis locis loquitur, non iste][335].

In planicie uero, que est inter montes istos, incipit *conuallis*, que dicitur *illustris*[336] 13
propter sui amenitatem et fertilitatem, et extenditur a loco isto per totum descensum Iordanis usque ad mare mortuum. Antequam subuerteret Dominus Sodomam et Gomorram, erat *conuallis illustris*, que irrigabatur *sicut paradisus et sicut Egyptus*, ut dicitur Genesis XIII[337].

Iesrahel autem pulchrum habet prospeculum per totam Galileam usque ad Car- 14
melum et montes Phenicie montemque Tabor et Galaad et ultra Iordanem et totum montem Effraym usque ad Carmelum.

a) *zanachon* St. *Sanachim* h. *Charety* Ed. Ven. — b) *ita* om. St., habet h. — c) *multi et multi et magis* St. *multi et magni* h. Fortasse legendum est: *multi et a multis et magni.* — d) *construxerunt* St. *conflixerunt* h. — e) *supra infra* (?) *traconitidem* St. *supra regionem Trac.* h. — f) *swanir* St.

329) *fons Iesrahel*] V. 1 Sam. 29, 1. Nunc 'Ain Iesreel. V. Ritter XVI. 415 sq.

330) *primo Regum*] Sam. 29, 1.

331) *Iesrahel*] antiqua Iezreel, recens Zer'în s. Ser'în. Cf. v. Raumer p. 140 sq.

332) *Zaracin*] V. scripturae diversitatem. Emendationem nostram audaciorem tuemur auctoritate Guillermi Tyrii et Caroli a Raumer. V. v. Raumer p. 140; Guillermum Tyr. p. 1037, qui l. XXII c. 26 Iesreel parvum Gerinum vulgari appellatione dici testatur, ex quo recentius Zaraein facile nasci poterat.

333) *montis Hermon*] i. e. minoris s. Hermonii, recentis Dahi.

334) *Tartari*] Die 3. m. Sept. anno 1260 s. 1258 ad 'Ain Dschalûd (fontem Goliadis) Ketboga duce victi sunt Tartari s. Mogoli, regnante Hulagu Khane. V. Wilken Kr. VII. 416, Rehm Handbuch der Geschichte des Mittelalters Vol. IV Partem III pag. 91.

335) *Nota autem — non iste*] Glossa haec est, eaque inutilis, quum iam supra III. 11 mons Hermon satis accurate describatur.

336) *conuallis illustris*] Vallis illustris erat longe inferius prope Zoar. Cf. v. Raumer p. 240.

537) *Genesis XIII*] v. 10.

15 Iter[a]) de monte Galaad uersus Iesrahel est in latere australi montis Gelboe per uiam planam de Iordane per Enon[b]) et Salim[338]). Ubi erat Iohannes baptizans. Et per hanc uiam uenit Iehu de Ramatha[c]) Galaad[339]), quando dixit speculator: „*Uideo globum*“[340]). Nec uerum est, quod dicunt quidam, quod nec ros nec pluuia ueniat super montes Gelboe[341]), quia, cum in die beati Martini[342]) essem ibi[d]), uenit super me pluuia ita, quod usque ad carnem fui madefactus. Sed et uallis de ipsis pluuiis repleta fuit aquis[e]). Uerum est tamen, quod in quibusdam locis petrosi sunt et aridi et steriles, sicut alii montes Israel.

16 De Iesrahel quatuor leucis contra austrum est *Ginnin*[f])[343]) opidum, muratum[g]) quidem, sed collapsum, situm in pede montis Effraym. A quo opido incipit Samaria et terminatur Galilea. De Ginnin[h]) usque Iordanem sunt fere septem leuce contra orientem.

Et illi parti ab austro coniungitur terra *Taphue*[344]), que habet montes ualde altos.

17 De Ginnin[i]) contra austrum quatuor leucis est ciuitas *Sebaste*, que quondam *Samaria* dicebatur, cum caput esset decem tribuum regni, quod Israel dicebatur[k]), nunc

a) *item* St. *iter* h. — b) *Hermon* St h. — c) *iheu de ramath* St. — d) *Martini essem uenit ibi* St. *essem ibi venit* h. — e) *sed et uallis de ipsis pluuiis repleta fuit de ipsis aquis* St. *fuit aquis* h. — f) *gynnyn* St. — g) *mutatum* St. *muratum* h. — h) *De gyrum* St. — i) *gynnyn* St. — k) *cum caput esset decem tribuum reg. q. israel dicebantur.* St.

338) *Enon et Salim*] V. Ev. Ioh. III. 23, ubi Vulgata habet Aennon. Scriptionem codicum correximus.

339) *Ramatha Galaad*] Ramatha Gilead s. Ramath Mizpe est rec. es-Szalt. Cf. v. Raumer p. 232, van de Velde memoir p. 343. De Ramoth Galaad v. IV (II) Regum IX. 4.

340) *dixit speculator — globum*] V. IV (II) Regum IX. 17.

341) *pluuia — Gelboe*] Cf. Mag. Thietmari peregr. c. II p. 7.

342) *in die beati Martini*] Supra cap. IV § 9 dies quidem beati Augustini et festum annunciationis commemorantur, anni non adduntur. Similiter Wilbrandus de Aldenborch I. 14. 1 noctem Caeciliae commemorat, annum non commemorat. Itaque medio aevo moris fuisse videtur, in temporibus definiendis dies tantum, non annos quoque scribere. Quae nostra sententia vereor ne valde labefactetur discrepantibus editionum aliquot scriptionibus. Veneta enim anni 1519 et Reineccii anni 1593 haec habent: *At certe hoc non est verum; nam in festo divi episcopi Martini montem ipsum ascendi, et adeo pluit, quod usque ad carnem madefactus descendi. Insuper eadem vallis inundavit descendentibus aquis. Alio insuper tempore super ipsum Gelboe dormiens sub diro cum aliis multis rore perfusi fuimus supra modum. Et id quidem contigit in Omnium Sanctorum festo. anno salutis* 1283. — Pro quibus verbis editio antverpiensis anni 1536 haec praebet: *Nec est verum, ut quidam putant, neque rorem, neque pluuiam descendere super montes Gelboë, quum in memet ipso anno* 1283 *et pluuiam et rorem in illo monte sim expertus.* Hanc anni 1536 recensionem Bosquierius anno 1624 secutus esse dicitur, quem excepit Ioannes Clericus anno 1707. Vid. pag. 177. Id quod errore deceptus negavit Staphorstius in Hist. eccl. hamb. parte I vol. III pag. 353. Ergone annum quoque ab ipso Burchardo ascriptum statuemus? — Minime. Obstat librorum trium, qui Vratislaviae asservantur, manuscriptorum auctoritas, obstat editio Canisii. Scriptio illa fortasse nihil aliud est nisi inventum Chrysostomi Iavelli, quem secuti editores posteriores et ipsi annum 1283 textui, quem dicunt, suo inseruerunt. Nec male coniecit Iavellus, quum ex iis, quas Burchardus tangit, rebus gestis sequatur, eum scripsisse post annos 1260, 1263, 1268, 1271, et ante annos 1291, 1285. Vide quae praefati sumus. Fieri quoque potuit, ut annus ille 1283 tralaticius esset, quem Iavellus alicubi nactus in usum suum converterit et retinuerit hominum ex ore exceptum.

343) *Ginnin*] Antiqua En-Gannîm, recens Dschenîn. V. van de Velde p. 310; v. Raumer p. 112.

344) *terra Taphue*] antiqua Thapuah, recens Belad Tafue. V. v. Raumer p. 148.

peccatis exigentibus nec unam habet domum, nisi duas ecclesias, constructas quidem in honore sancti Iohannis baptiste, sed de una, que principalis erat et sedes cathedralis, Sarraceni fecerunt sibi mahomeriam[a]), et maxime de sepulcro eiusdem beati Iohannis baptiste, quod de marmore fuit factum ad instar Sepulcri Dominici, ubi idem sanctus inter Heliseum et Abdiam[345]) prophetam fuerat sepultus. Ista ecclesia est in latere montis posita, in descensu. Sarraceni autem beatum Iohannem multum honorant post Christum et beatam uirginem, de ipso magna sencientes. Dicunt enim Christum ueraciter esse Uerbum Dei, Deum tamen esse negant. Beatam uirginem dicunt de Spiritu Sancto concepisse, uirginem peperisse et uirginem permansisse. Iohannem uero dicunt magnum et sanctissimum prophetarum fuisse. Machometum dicunt nuncium Dei fuisse et ad se tantum a Deo missum. Hoc legi in alcorano[346]), qui est liber legis eorum. — Alia ecclesia est in supercilio montis, ubi erat palacium regis. Hanc greci inhabitant monachi, Christiani, qui me benigne receperunt et pauerunt. In ecclesia ista ostendunt iidem Greci locum, ubi Iohannem incarceratum fuisse dicunt et decollatum ab Herode; quod ego friuolum dico, quia chronica[347]) et Iosephus[348]) et legende sanctorum et Magister in historiis et historia[b]) ecclesiastica[349]) communiter dicunt et concorditer eum in Macherunta[350]), que hodie Haylon dicitur et est ultra Iordanem, quam et uidi [eum][c]) fuisse decollatum. Preterea Herodes iste, qui Iohannem decollauit, erat tetrarcha Galilee et regionis trans flumen, que est terra Galaad siue duarum tribuum, et nichil potestatis habuit in Samaria, quia illa erat de procuratione Pilati, sicut Ierusalem et Iudea, unde Iohannem nec incarcerare potuit, nec decollare, quia nichil habuit ibi iuris. Decollato tamen eo in Macherunta, ut dictum est, corpus eius a discipulis in Samaria est humatum inter prophetas predictos, caput uero in Ierosolimis est sepultum. Tales autem ruinas non uidi in terra sancta, sicut in Samaria, cum tamen multas et magnas uiderim, nec fuit ita disposita ciuitas, sicut Magister in historiis uidetur uelle super uerbo isto: *Si sufficere poterit puluis Samarie pugillis*[d]) *omnis populi, qui sequitur me*[351]). Uidetur sentire, quod murus ciuitatis et superficies montis fuerunt equales, et desuper edificia constructa; quod non erat, immo murus ciuitatis erat in pede montis, munitus ualde turribus fortissimis, et mons interius paulatim surgens in altum et circumsitus edificijs, sicut botrus aliquis uuis consitus et erectus, crescens paulatim in acumen. Regia uero erat supra in ipso monte, pulchra nimis, ubi uidentur adhuc columpne marmoree multe nimis, que

a) *mameriam* St. — b) *historiarum* St. h. — c) *eum* St. h., quamquam praecessit: *eum in Macherunta*. — d) *pugillus* St.

345) *Abdiam*] V. Robinson Pal. III (1). 369 nota 1; et Raumerum, qui Burchardo auctore utitur, p. 144.

346) *Hoc legi in alcorano*] Arabice igitur scisse videtur Burchardus.

347) *quia chronica*] V. annotationem sequentem numero 349.

348) *Iosephus*] Ant. XVIII. 5, 2.

349) *Magister — ecclesiastica*] De Petro, qui cognomen habebat Comestoris s. Manducatoris, et qui honoris causa, ut hic, Magister historiarum appellabatur, cf. praeter Graessium et Ioecherum Staphorstium parte I vol. III p. 201. Locus a Burchardo citatus est in Petri Comestoris historia scolastica, quae prodiit Argentinae anno 1503, ubi lit. D 2 haec leguntur: *Chronica et XI liber historie ecclesiastice tradunt Ioannem in castello Arabie trans Iordanem, dicto Macheronta, vinctum et truncatum.* V. cap. LXXIII historiae evangelicae.

350) *Macherunta*] Machaerus antiqua nunc Mkaur dici fertur. V. v. Raumer p. 231.

351) *Magister in historiis — sequitur me*] V. Petri Comestoris Historiam scolasticam ad III Regum cap. XXXVII (v. 4). Locus biblicus est III Regum XX. 10.

sustentabant palacia et deambulatoria. Et in circuitu montis infra sub regia et sub mansionibus nobilium in loco, ubi erat platea communis siue forum rerum uenalium, adhuc fere per totum circuitum montis inueniuntur columpne marmoree stantes intrinsecus, que continebant testudines platearum, quia platee ciuitatis testudinate erant secundum morem terre sancte. Breuiter dico, quod magis non potest dici de ciuitate ista, que ad tantam miseriam nunc deuenit, ut rei ueritate sit ortus olerum, sicut Achab, rex eius, facere uoluit de uinea Naboth Iesrahelite, eo quod esset prope domum suam. Et reuera nunc[a]) iusto Dei iudicio non solum uinea ipsa, sed et palacium ipsum regis est in ortum olerum commutatum. Situs huius ciuitatis ualde pulcher erat; erat enim inde prospectus usque ad mare Ioppes et Antipatridam et Cesaream Palestine, per totum quoque montem Effraym usque Ramathaym Sophim et ad Carmelum maris iuxta Accon. Et habundat fontibus et ortis et oliuetis et bonis omnibus, que requirit mundus iste.

18 De Samaria quatuor leucis contra orientem sita est *Thersa* [352]) ciuitas in monte alto. In qua reges Israel ante constructionem Samarie aliquanto tempore regnauerunt. Et erat in sorte Manasse.

19 De Thersa sex leucis contra orientem in uia, qua itur ad Iordanem, est terra *Taphue* [353]), que inter ceteros montes habet unum ualde altum. Hec similiter fuit de sorte Manasse, et protenditur usque ad campestria Iordanis contra Macherunta.

20 De Samaria duabus leucis contra austrum iuxta uiam, que ducit Sichem, in monte alto ad dextram est *Bethel* mons, in quo Ieroboam, filius Nabath, posuit unum de uitulis aureis, quibus peccare fecit Israel [354]). Sarraceni corrupte appellant locum istum ***Bothil***, nescientes dicere Bethel.

21 Inde ad dimidiam leucam ad sinistram super uiam est alius mons alcior priore, qui uocatur *Dan* [355]), supra ciuitatem Sichem, in quo dicunt quidam, quod alius uitulus aureus positus fuerit, sed quidam dicunt, quod in *ciuitate* Dan [356]), que nunc Belinas siue Cesarea Philippi uocatur. Et hoc uidetur Ieronimus [357]) pocius uelle. Eligat quis, quod uoluerit, certum tamen est, quod mons iste Dan uocatur.

22 Inter istos duos montes sita est ciuitas *Sichem* [358]), hodie *Neapolis* dicta, amenitate nimia et deliciis habundans, sed munita non est, nec muniri potest ullo modo, nec aliud

a) *non* iusto St. *nunc* iusto h. — b) *antipatriam* St.

352) *Thersa*] antiqua Thirzah, cf. Iosuae XII. 24. De hoc Burchardi loco singulariter disputat Vandeveldius Memoir p. 353, qui Tarza villam adhuc inveniri docet, quamquam in tabula sua geographica recentem Thalûsam cum Thirza componit. Cf. v. Raumer p. 149.

353) *terra Taphue*] Cf. quae annotavimus supra numero 241. Ritterus XV (1. 474 perperam legit *Thaphne* pro *Thaphue* s. *Taphue*. Carolus a Raumer p. 149 nota 140 c Burchardi verba commentatur.

354) *Bethel — fecit Israel*] V. III (I Reg. XII. 28. 29. Urbs Bethel nunc Beitin esse fertur, quam tamen h. l. non dici apparet. Etenim Burchardi mons Bethel supra, non infra recens Nabulus investigetur necesse est. Cf. Robinson Pal. II. 339 sq., v. Raumer p. 161, et imprimis Ritter XVI. 642, ubi nomina Luz et Bethel regione eadem, quam Burchardus adiisse videtur, Wilsonus audivisse dicitur.

355) *qui uocatur Dan*] Quaeritur, quem montem dicat Burchardus? quoque sensu accipienda sint verba *supra ciuitatem Sichem?*

356) *ciuitate Dan*] Hanc nunc prope Banias in Tell el-Kâdi invenisse sibi videntur. Quod quum ita sit, erravit fortasse Burchardus, cuius sententia Dan in ipsum Belinas convenit.

357) *Ieronimus*] V. S. Hieronymi opera, edita Paris. 1704, tomo III p. 1444 in Amos Prophetae caput VIII v. 13. 14.

358) *Sichem*] Videas Caroli a Raumer egregiam de hac urbe commentationem p. 144—148 et eius tabulam geogr.

restat, nisi quod hostibus accedentibus ad portam unam, habitatores fugiant per aliam, si fuerint pauciores. Est autem in ualle media sita, inter montes altissimos, ita ut intus iactare possit aliquis cum lapide manuali.

De porta eius australi, quantum fere bis potest iacere arcus, est *fons Iacob* [359]), in 23
uia, que ducit Ierusalem, ubi sedes Domini; super puteum potum petiuit a Samaritana.

Supra fontem istum ad dextram est mons excelsus, habens duo capita, quorum 24
unum mons *Garizim*, aliud *Ebal* appellatur. In monte Garizim edificato altari Iosue scripsit Deuteronomium, et benedicentes stabant et maledicentes, et de monte Ebal respondebant, ut preceptum fuit Deuteronomii XXVII [360]). Supra montem Garizim ostenditur adhuc fanum antiquissimum, Iouis Olympiaci hospitale [a]), quod ad instar templi [361]) Ierosolimorum edificauerat Sanaballath [b]) [362]), dux regionis trans flumen, genero suo Manasse, qui uoluit esse summus pontifex. Et permansit idem templum ibi usque ad destructionem factam per Romanos, et uestigia eius et ruine adhuc uidentur. Hunc montem et hoc templum creditur demonstrando innuisse mulier de Samaria [c]) [363]), quando dixit Domino: „*Patres nostri in monte hoc adorauerunt.*“

Ad sinistram fontis huius est opidum quoddam magnum ualde, sed desertum, quod 25
credo fuisse *Sichem antiquam* [364]), quia ruine magne sunt ualde ex palaciis marmoreis et columpnis mirabilibus, distans de fonte et mansione Iacob quantum bis potest iacere arcus, et amenissimo loco situm, nisi quod aquis caret; nec uidi alias locum tam fertilem et fecundum. Distat autem a ciuitate, que Neapolis dicitur, iactu [d]) duorum arcuum. Et hanc Neapolim puto fuisse opidum *Thebes* [365]).

a) *pharum antiquissimum Iouis olimpiaci hospitale* St. *olym pyaci hospitale* h. Fortasse vocabulo *olympiaci* cancellato scribendum est: *fanum antiquissimum Iovis hospitalis.* — b) *sanabalach* St. — c) *Samaria* St. *samaritana* h. Vid. Ev. Ioh. IV. 7: Venit mulier *de Samaria* haurire aquam. — d) *de* iactu St.

359) *fons Iacob*] puteus Iacobi nunc est Bîr es-Sâmirîjeh. V. Robinson Pal. III 329—335.

360) *Deuteronomii XXVII*] v. 11 sqq.

361) *Iouis olympiaci — ad instar templi*] Vocabula *olympiaci*, quod pro *olympii*, *hospitale* quod pro *hospitalis* positum est, emendare non audebamus, ne Burchardi ipsius culpam in librarium inclinaremus. Sed nemo negabit, adiectivum *olympiaci*, quod pertinet ad urbem Olympiam, h. l. confusum esse cum cognomine Iovis Olympii a monte Olympio repetito, et e Iove hospitali, *Διῒ ξενίῳ*, factum esse Iovis hospitale s. hospitium. Haec enim exstant II Maccab. VI. 2: *Μολῦναι δὲ καὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν, καὶ προςονομάσαι Διὸς Ὀλυμπίου, καὶ τὸν ἐν Γαριζὶν, καθὼς ἐτύγχανον οἱ τὸν τόπον οἰκοῦντες, Διὸς Ξενίου.* Confunditur igitur (qui tertius error est h. l. commissus) templum hierosolymitanum Iovis olympii cum eo, qui est in monte Garizim, Iovis hospitalis. Sed cf. quae margini ascripsimus.

362) *Sanaballath*] V. Iosephi Ant. XI. 7, 2; 8, 2. 4. Cf. v. Raumer p. 128.

363) *de Samaria*] Staphorstiani codicis auctoritate adducti vocabulum *de* ante *v. Samaria* excidisse putamus. Obversabantur enim, nisi fallor, Burchardi animo, quae sunt in Ev. Ioh. IV. 7: Venit mulier *de Samaria.*

364) *Sichem antiquam*] Pars quaedam antiquae urbis Sichem postmodum ex egregia Raumeri coniectura Sychar nuncupabatur. Qui p. 146 not. 131 a. Burchardo auctore utitur. Cf. Ritter XVI. 647, ubi citat Itinerarium Burdigalense, in quo commemoratur mons Agazaren. Nomen hoc *Agazaren* Rittero astipulantes e *Garizim* depravatum ducimus, sed etiam recens *Asgar* s. *Askar* literis g et z sive s permutatis, ut fieret Azgarem Asgarem, ex vocabulo Agazarem contractum esse videtur. Quod autem attinet ad nomen Sychar, illud ex primis syllabis nominum *Sichem* et *Garizim*, *Sich* et *Gar* conflatum esse suspicamur.

365) *Thebes*] Thebez antiquum, quod dicere videtur Burchardus, est Tubâs, 4 horas a Nabulus distans, quare hoc recens Tubâs Burchardus non adiit. Cf. Ritter XVI (1). 448, van

26 Huic fonti adiacet predium, quod dedit Iacob Ioseph, filio suo, extra fratres suos. Et est uallis longa et fertilis et amena nimis, et nescio eque magnam uallem illi similem in deliciis.

In Sichem sepulta sunt ossa Ioseph, allata illuc de Egypto.

27 De Sichem quatuor leucis contra austrum iuxta uiam euntibus Ierusalem ad dextram est *Lebna*[366]) casale, pulchrum ualde. Est tamen alia ciuitas in tribu Iuda[367]) Lebna dicta, sed ista fuit de tribu Effraym[a]).

28 De Lebna quinque leucis contra austrum est opidum *Machmas*[368]), magnum satis, quod fuit terminus tribus Effraym contra austrum. Nunc dicitur *Bira*[369]). Et fuit diebus istis milicie templi[370]). Iuxta latus eius australe sunt termini inter tribum Effraym et Beniamin.

29 De Machmas contra austrum ad unam leucam est *Gabaa Saulis*[371]), ubi oppressa fuit uxor Leuite, que uenit de Bethleem, pro qua fere tota tribus Beniamin deleta fuit. De ista fuit oriundus Saul, filius Cis, primus rex Israel.

30 De Gabaa ad unam leucam contra austrum est uilla *Rama*[372]), in monte sita, ad sinistram euntibus in Ierusalem, extra uiam non longe. De hac creditur dictum Ieremie[373]): *Uox in Rama audita est.*

De Rama ad duas leucas contra austrum est ciuitas gloriosa *Ierusalem*, de qua ad presens nichil scribo, uolens redire per Sichem, et primo ciuitates colligere de angulo montis Effraym et resumere que dimisi[b]).

Nota tamen, quod plures sunt uille in terra sancta, que dicuntur Rama: una iuxta Tecuam[c])[374]) uia, que est inter eam et Ebron[d])[375]), alia in tribu Nepta-

a) *de tribu iuda* St. *effraym* h. — b) *diuisi* St. *dimisi* h. — c) *tecmam* St. *tecuam* h. — d) *uia que est intra ebron* St. *qua itur ebron* h.

de Velde mem. p. 352, sed vide ante omnia quae p. 146 nota 131a profert Raumerus, qui etiam specialem urbis Sichem tabulam libro suo addendam curavit.

366) *Lebna*] Libonah antiqua, recens Khân Leban s. Lubbân. Vid. v. Raumer p. 190 num. 124.

367) *in tribu Iuda*] Libnah antiqua est recens 'Arâk el-Menschijeh, ut docet Vandeveldius p. 330. Cf. v. Raumer p. 190 n. 123.

368) *Machmas*] Sic etiam nunc appellatur. Est antiqua Michmasch. Neque tamen est recens Bireh, ut putat Burchardus. V. van de Velde Mem. p. 334. Ritter XVI. 523 sq.; von Raumer p. 193.

369) *Bira*] Beeroth, Biroth, Beer, urbs tribus Beniamin, recens el-Bireh. V. Ritter XVI. 323. Robinson Pal. II. 345—348. Qui h. l. bis citat Burchardum. Cf. notam praecedentem, et Robinson Pal II. 329 nota 1, et v. Raumer p. 179 nota 92a et num. 187.

370) *Et fuit diebus istis milicie templi*] Attendas ad verba *diebus istis*, quae equidem sic interpretor: Tunc, quum in urbe Machmas morabar, i. e. circa annum 1283, erat templariis, quibus nunc, quum haec scribo, non amplius est. — Sed quaeritur, quando Machmas s. Biram amiserint templarii.

371) *Gabaa Saulis*] antiqua Gibeah, recens Tuleil-el-Fûl. V. van de Velde Mem. p. 315. Quod fortasse confunditur cum Rama, quo non superius, ut sectione 30 innuitur, sed inferius situm est. Cf. v. Raumer p. 177 n. 90.

372) *est uilla Rama*] recens er-Râm. Cf. annotationem praecedentem. V. van de Velde p. 342.

373) *dictum Ieremie*] XXXI. 15. Sed vide versionem antiquam, Italicam, quam dicunt, veterem ex edit. Sabaterii II. 698, ubi est: Uox *in Rhama* audita est; pro quibus Vulg. habet: Vox *in excelso* aud. est.

374) *Rama: una iuxta Tecuam*] Rameh prope Hebron sita a Teku'a longe abest. Sed dicitur h. l. desertum Thecuae, quod progreditur usque ad Hebron. V. v. Raumer p. 197 n. 238a, Ritter XV (1). 630.

375) *uia que est inter eam et Ebron*] Verba *inter eam et* e coniectura dedimus.

lim[376]), non longe a castro Sephet tercia est ista; quarta Silo[a]), que similiter Rama[377]) dicitur. *Rama* autem *excelsum* interpretatur, et reuera omnes iste uille in collibus excelsis sunt site.

De Sichem igitur procedendo contra austrum ad Iordanem primo ad quatuor leu- 31
cas est *Emon*[378]) opidum, ualde bonum, ameno loco situm, habundans omnibus bonis mundi. Et fuit de sorte Effraym.

De Emon ad quatuor leucas contra orientem, in descensu montis Effraym[b]), dua- 32
bus leucis a Iordane in campestribus est *Phesech*[379]) casale, ubi torrens *Carith*[380]) descendit de monte: in quo mansit Helias, quando corui deferebant ei cibum mane et uespere.

De Phesech ad unam leucam ad sinistram uersus terram Taphue[c]) est castrum 33
Doch[381]), in quo Ptolemeus[d]), filius Abobi, insidiose cepit Simonem Machabeum. In loco isto multum plane uidetur terra Galaad et duarum tribuum et dimidie, terra Esebon et montana Moab, mons Abarim[e]) et Phasga[f]) et Nebo.

Et descenditur hic in campestria Iordanis. Et sunt loca plana usque in Iericho et ultra per totum descensum Iordanis usque ad mare salinarum[g]). Montes eciam Abarim et Phegor et Phasga sunt directe contra locum istum et ultra Iordanem. Sciendum eciam, quod ab ortu Iordanis sub monte Libano usque ad desertum Pharan fere per C miliaria et amplius ipse Iordanis in utroque littore campos latos et amenos habet. Et postea idem campi circumdantur montibus altissimis hinc inde usque ad mare rubrum.

De Phesech fere contra austrum, sed tamen declinando, parum ad orientem ad 34
quinque leucas est locus *Galgale*[h])[382]), ubi longo tempore castrametati sunt filii Israel transito Iordane. Et fuerunt ibidem quidam ex eis circumcisi.

De Galgalis ad dimidiam leucam eundo in Iericho ad dextram ultra uiam est 35
mons *Quarentena*[i])[383]) dictus, ubi Dominus quadraginta diebus et noctibus ieiunauit, al-

a) *quarta est ista, quinta sylo* St. *tercia* (sed e correctura) *est* [*ista*] (sed cancellatum) *ramathaim* (in margine ascriptum) *quarta sylo* h. — b) Verba *De Emon ad IV leucas — montis Effraym* om. St., habet h. — c) *thepue* St. — d) *phelcmes filius abothi* St. — e) *abraym* St. — f) *pasca* St. — g) *siluarum* St. *salinarum* h. — h) *gagale* St. — i) *aurentena* St.

376) *alia in tribu Neptalim*] Haec est antiqua Ramah, recens Ramleh. V. Iosuae XIX. 29. 36; v. Raumer p. 197 nota 239; van de Velde mem. 341.

377) *Silo que similiter Rama*] Hac de re geographi tacere videntur.

378) *Emon*] Villa Emona, Hemona, memoratur Iosuae XVIII. 24 e Vulgata. Quae hebraice dicitur הָעַמֹּנִי. Sed ubi sit, quaeritur.

379) *Phesech*] antiqua Phasaëlis, recens Tell Fasâil s. el-Audscheh. Cf. Robinson N. F. p. 384; van de Velde Mem. p. 339. Scriptionem Phesech tuemur formis el-Phascha, el-Phosszeyie, quas citat Ritter XV (1). 458. Carolus a Raumer h. l. Burchardi auctoritate utitur.

380) *Carith*] antiquum Cerith, recens 'Ain Fasâil, de quo v. III (I) Regum XVII. 3—7. Ad hunc ipsum Burchardi locum allegamur a Vandeveldio p. 339.

381) *Doch*] Δὼκ, Doc, commemoratur I Maccab. XVI. 15. 'Ain Dûk etiamnum monstratur. Hic rursus Burchardum auctorem sequuntur Ritter XV (1). 460, v. Raumer p. 166.

382) *locus Galgale*] His Burchardi verbis utitur Ritter XV (1). 541. *Locus* Galgalae, non urbs, memoratur etiam a Iosepho Ant. I. 4, 11. Ad formam nominis *Galgale* quod attinet, medio aevo dicitur *Galgala*, *Galgalae*, numero singulari feminini generis, et *Galgala*, *Galgalorum*, numero plurali generis neutrius. Antiquitus *Gilgal* dictum esse constat. Ceterum Vandeveldius in tabula geogr. sect. 5 loco recenti Moharfer ascribit nomen Gilgal, quod Robinson Pal. II. 533 in recentem er-Riham convenire putat. Burchardus neutrius horum a partibus stare videtur, quum locum Galgale illis superius ponat. Vid. sectionem 35 ineuntem.

383) *Quarantena*] nunc Karantal.

tus nimis et difficilis ad ascendendum. Sed temptatus est in alio monte[384]), qui per tres leucas distat ab isto, supra in deserto, a latere Bethel et Hay australi.

36 Subter Quarentenam fere quantum bis potest iacere arcus oritur *fons Helisei*[385]) et effluit, cuius aquas sanauit Heliseus, quia amare erant et steriles. Hic fluit iuxta locum Galgale a parte australi[386]), et impellit magna molendina, et postea diuisus in riuos plures rigat calamellas et ortos et iardinos usque in Ierieho et infra, et influit in Iordanem.

37 Iuxta Galgala ad dimidiam leucam contra austrum est uallis *Achor*[387]), sub monte, ubi lapidatus fuit idem Achor pro furto anathematis.

38 De Galgalis contra orientem ad unam leucam *Iericho* sita est, quondam gloriosa; nunc uix octo habet[a]) domos, et sunt ibi uestigia uilis uille, et omnia monumenta sacrorum locorum in ea penitus sunt deleta.

39 De Iericho duabus leucis ad Iordanem est *capella in honore sancti Iohannis baptiste*[388]) facta, ubi creditur Dominus baptizatus. Credunt tamen quidam iuxta Salim hoc factum esse, sed ecclesie solemnitas huic contradicit.

Que facta sunt in Iericho, satis sunt nota, et ideo scribere nolo ea.

40 De Iericho duabus leucis iuxta mare mortuum est *Bethagla*[b])[389]), ubi filii Israel planxerunt patrem suum Iacob mortuum, quando eum tulerant de Egypto. Distat autem ad unam leucam de Iordane. Et habitant ibi monachi greci.

41 De Iericho tribus leucis, id est una de capella sancti Iohannis ad Iordanem[390]), est *mare mortuum*, quod eciam lacus aspalti[c]), id est bituminis uel mare salis dicitur. Istud diuidit Arabiam et Iudeam. Et est in littore[d]) orientali terra Moab et Ammon et mons Seyr, de quibus dictum est supra[391]), et extenditur usque Cades Barne et desertum Pharan.

42 Ostenditur circa medium eius in littore orientali *Mons real*[392]), quod antiquitus *Petra deserti*[e])[393]) dicebatur, nunc uero *Krach*[394]) dicitur, munitum ualde, quod Baldewi-

a) *habet octo* St. — b) *bethagla* St. *Beth Hagla* est scriptura Vulgatae. — c) *De Iericho III leucis i.* (id est) *Iordane et capella sancti Iohannis et mare mortuum quod eciam locus asp.* St. *De Iericho tribus leucis de Iordane est capella* h. — d) in littore *eius* h. — e) *petrus deserti* St.

384) *in alio monte*] Cf. Mag. Thietmari peregrinationem XI. 10 et annotationem 374.

385) *fons Helisei*] nunc 'Ain es-Sultân.

386) *Hic fluit — a parte australi*] Quod si ita est, non potest locus Galgale convenire in recentes er-Ribam vel Moharfer, a quibus septentrionem, non meridiem versus fluit fons Elisaei.

387) *uallis Achor*] V. Ritter XV (1). 541.

388) *capella i. h. s. Iohannis baptiste*] V. Ritter XV (1). 536 sqq.

389) *Bethagla*] Antiqua Beth-Hagla nunc aut 'Ain Hadschla, aut arx Hadschla diruta esse videtur. V. Ritter XV (1). 544, von Raumer p. 159; van de Velde Mem. p. 296.

390) *De Iericho — ad Iordanem*] Huic libri loco valde afflicto et fere perdito pro viribus mederi conabamur.

391) *de quibus dictum est supra*] I. 4.

392) *Mons real*] Mons regalis est recens Schôbek.

393) *Petra deserti*] Tres urbes Petras fuisse contendit Raumerus, quarum duae Petrae deserti nominatae sint. V. Raumer p. 412—417. Robinsoni autem sententia olim una tantum Petra, et una tantum Petra deserti, quae sit Kerek, exstitit. V. Robinson Pal. III. 767. Illud quidem inter omnes, qui nunc sunt, geographos constat, Petram deserti non fuisse Montem regalem, ut errore captus scribit Burchardus. Carolum a Raumer si sequaris, Petram edomiticam in recentem Wadi Mûsam, unam vero Petram deserti, moabiticam, in antiquum Rabbath Moab s. Areopolim, alteram in Kir Moab s. Kerek (Crac) convenire statues. Robinsonus contra negat Rabbath Moab s. Areopolim fuisse Petram deserti, in eo tamen cum Raumero consentit, quod et ipse Petram deserti cum Kerek componit. Cf. Mag. Thietmari peregr. p. 37. c. XV. 2.

394) *nunc vero Krach*] Krach, Crac, est arabicum Kerek, i. e. turris. Neque igitur mi-

nus [395]), rex Ierusalem, edificauit pro regno Ierusalem dilatando, sed nunc Soldanus [396]) tenet illud et reponit ibi thesaurum tocius Egypti et Arabie.

De Krach ad duas dietas contra uulturnum [a]) est *Areopolis* [b 397]), nunc *Petra* dicta [398]), 43
metropolis tocius Arabie secunde, de qua dictum est supra. Olim tamen *Ar* dicebatur, et erat in torrente *Arnon* sita, in confinio Moabitarum et Ammonitarum et Amorreorum.

In eodem littore est locus, ubi Balaam fuit ductus in montana Moab, ut maledice- 44
ret filiis Israel.

De Ericho quinque leucis contra africum est *Segor* [399]) opidum, sub monte En- 45
gaddi [400]), inter quem et mare mortuum est et *statua salis* [401]), in quam secundum Genesin [402]) uxor Loth fuit uersa. Pro qua uidenda multum laboraui, sed dixerunt mihi Sarraceni, quod locus non esset tutus propter bestias et serpentes et uermes; et maxime propter Bodwinos, qui loca illa inhabitant, fortes et mali nimis. Ista retraxerunt me, quod non processi. Comperi tamen postea, quod non erat ita.

Habet autem *mare mortuum* in latitudine, que protenditur ab oriente in occiden- 46
tem, VI leucas, in longitudine uero, que protenditur ab aquilone in austrum, dixerunt mihi Sarraceni, ad quinque dietas [403]), semper sinuans et tenebrosum, sicut caminus inferni. Multa scribuntur et dicuntur a diuersis de mari isto, que pertranseo tanquam multis nota; hoc tamen sciendum, quia, quod oculis meis uidi et plures alii mecum, secure dicere audeo, quod de uapore huius maris tota *conuallis* illa, que dicebatur *illustris* [404]), et iure sic erat, a fine huius maris, qui est in deserto Pharan, usque supra Iericho ad dimidiam dietam fere reddita est inutilis, ita ut nec gramen proferat, nec germen aliquod omnino per totam latitudinem suam, que quinque uel sex aliquando est leucarum, nisi iuxta ciuitatem Iericho, ubi canne mellis et iardini et orti rigantur de fonte Helisei. Et est [c]) tremendum pro certo Dei iudicium, qui per tot secula annorum

a) *walturnum* St. — b) *areapolis* St. — c) *et o tremendum* St h.

rum est, etiam Montem regalem interdum dici *Kerek* esh-Schôbek, ita ut per se non iniuria Mons real h. l. dicatur esse Krach. Sed Kerek quoties cum Petra deserti coniungitur, fere est Kir-Moab. V. van de Velde Memoir p. 329.

395) *Baldewinus*] Balduinus I anno 1115 condidit Montem regalem. V. Robinson Pal. III. 120—122.

396) *nunc Soldanus*] Montem regalem anno 1188 expugnavit Saladinus. Burchardi autem temporibus eum tenuisse videtur Malek al Mansur Kalawun, Sultanus Aegypti, qui regnavit ab anno inde 1279 usque ad annum 1290. V. Wilken Kr. VII. 652; Friedr. Rehm Geschichte des Mittelalters Partem II Sect. III p. 94 sq. et tabulam genealogicam VI ad l. V c. 2 § 3 p. 88.

397) *Areopolis*] antiquum Ar-Moab, Rabbath-Moab, recens Rabba. V. v. Raumer p. 237, van de Velde memoir p. 287.

398) *nunc Petra dicta*] Haec Burchardi verba confirmant Raumeri sententiam, qui Areopolim etiam Petram dictam contendit contra Robinsonum. V. annotationem 393.

399) *Segor*] Segor, si nomen spectes, est antiqua Zoar, Bela, sed Burchardus dicit recentem Mar-Sabam, quae longe superius sita est, quam Wadi el-Kerak s. Wadi ed-Dera'ah, quod est antiquum Zoar. Cf. v. Raumer p. 200.

400) *Engaddi*] Vid. quae annotavimus infra ad sect. 52. Mons Usdûm h. l. confunditur cum alio monte longe superius sito.

401) *statua salis*] Statua illa nunc longe inferius ad finem, quae ad Africum sita est, maris mortui ostenditur. Cf. Ritter XIV. 1056. XV (1). 733.

402) *secundum Genesin*] XIX. 26.

403) *Habet autem mare mortuum — ad quinque dietas*] Mare mortuum patet in latitudinem milliaria $2\frac{1}{2}$, in longitudinem 10. V. v. Raumer p. 55.

404) *conuallis illustris*] V. Gen. XII. 6.

peccatum adeo persequitur Sodomorum, quod eciam terra ipsa penas soluit per millia tot annorum!

A dextris insuper et a sinistris montes steriles sunt et aridi uel barbare habitationis per stadia longa terrarum[405]), ubi uapor idem pertingere potest uento impellente.

Dicunt quidam Iordanem aquas suas isto mari non miscere[a]), sed priusquam illuc ueniat, a terra absorberi; sed Sarraceni pro certo dixerunt mihi, quod intrat et exit[406]), sed post modicum spacium ab exitu suo a terra absorbetur.

Excrescit autem mare illud interdum de resolutione niuium de Libano et aliis montanis, de inundatione Iordanis et torrentis Iaboc et Hermon et Zared[b])[407]) et de[c]) pluuiis cadentibus in Galilea, monte Galaad, terra Moab et Ammon et Seyr, de quibus omnibus aque descendunt per Iordanem ad mare istud. Inuenitur eciam in eo bitumen collectum de fundo ipsius, quod uento agitante adheret sibi mutuo et appulsum littoribus tollitur in magna quantitate, et est medicinale et forte, et non soluitur nisi[d]) menstruo sanguine, et appellatur glutum iudaicum. Unde et lacus Iudee, lacus[e]) aspalti, i. e. bituminis appellatur. Dicitur enim Genesis XIV[408]), quia[f]) uallis siluestris, que nunc est mare salis, habebat puteos multos bituminis. Et hodie sunt plures in littore eius. Et est semper piramis erecta iuxta quemlibet puteum, quas oculis meis uidi. Et hec de isto mari dicta sufficiant.

47 De Galgale loco, de quo dictum est supra[409]), tribus leucis, de fonte Helisei tantundem, contra aquilonem, in montanis, a latere aquilonali Quarentene est *Hay*[410]) ciuitas, quam expugnavit Iosue, rege eius interfecto, ut dicitur Iosue VIII[g]).

48 De Hay ad unam leucam fere contra aquilonem, aliquantulum declinando ad occidentem est *Bethel*[411]) ciuitas, que quondam *Luza* dicebatur, in tribu Beniamin, ubi Iacob uadens contra orientem, quando fugit a facie Esau, fratris sui, lapidem capiti supponens obdormiuit, et uidit scalam stantem super terram et cacumen eius tangens celos et cetera, que dicuntur ibi, et erexit lapidem in titulum, et appellauit nomen istius *Bethel*. Errant autem, qui hoc dicunt Ierosolimis factum esse, quia illo tempore in Ierusalem regnauit Melchisedech. Et erat ciuitas gloriosa, nec fuit necesse, quod Iacob ibi in campo dormiret, maxime in monte Moria, qui tunc fuit et est hodie iuxta[h]) ciuitatem. Preterea huius facti indicia hodie in isto Bethel demonstrantur: et lapis erectus in titulum, et sepulcrum Debbore, nutricis Rebecce, subtus in ualle. Dicunt tamen quidam Ierusalem Bethel dictam, uersibus illis fatue inherentes:

Solima, Luza, Bethel, Ierusalem, Iebus, Helia,
urbs sacra Ierusalem dicitur atque Salem.

A quibus libenter discerem, in quo loco Ueteris uel Noui Testamenti testimonium habeant Ierusalem Luzam uel Bethel dictam, nisi forte templum uelint *Bethel*, id est *domum Dei*

a) *miseri* St. *misceri* h — b) *zareht* St. — c) *et pluuiis*, omisso voc. *de* St. — d) *ubi* menstr. St. — e) *lacus idem* h. — f) *qui* St. *quod* h. — g) *Iosue eius VI* St. — h) *iuxta* St. *intra* h.

405) *per stadia longa terrarum*] longe lateque.

406) *et exit*] Vix est, quod dicam, Burchardum errare.

407) *Zared*] Cf. Num. XXI, 12 (venerunt ad torrentem Zared) et Deut. II. 13. 14.

408) *Genesis XIV*] v. 10.

409) *de quo dictum est supra*] s. 34.

410) *Hay*] Ai, rec. Tell el-Haschar prope Beitîn. V. van de Velde mem. p. 282, v. Raumer p. 152.

411) *Bethel*] nunc Beitin. Cf. v. Raumer p. 160 sq.

appellare. Preterea super illud Genesis[412]): „*Reuersus est Abraham per iter*[a]), *quo uenerat in Bethel*“, dicit glossa Ieronimi[413]), qui locum uidit: *Bethel est ciuitas duodecimi ab Ierusalem lapidis*, *iacens in tribu Beniamin*, *ad dextram euntibus Neapolim.* Que est Sichem, iuxta Luzam, que est in tribu Effraym, et proxima diuisio inter tribum Beniamin et Effraym transit in medio.

De Bethel ad unam leucam contra aquilonem uersus Rama, que eciam Silo dici- 49
tur, est *palma Debbore*, uxoris Lapidoth[b])[414]), que iudicauit Israel, et Barach misit ad pugnandum contra Sisaram in monte Tabor.

De Bethel duabus leucis, una de Ierusalem, non longe a Rama Beniamin[415]) est[c]) 50
Anathoth[416]), uiculus sacerdotum modicus, a quo Ieremias propheta exstitit oriundus.

Iuxta Anathoth inter orientem et austrum incipit desertum illud, quod est inter 51
Ierusalem et Iericho. Quod nunc *desertum Quarentene*[417]) dicitur, et extenditur usque supra Galgala[418]) et usque ad desertum contra Tecuam[419]) et Engaddi.

Iuxta mare mortuum, in littore eius occidentali, de Segor ad unam leucam est 52
ascensus montis *Engaddi*[420]), in quo aliquando inuenitur Dauid latuisse, cum Saul persequeretur eum.

In circuitu montis illius et in ipso erat quedam *uinea balsami*[421]), sed tempore He- 53
rodis Magni Cleopatra, regina Egypti, in odium ipsius Herodis fauente Antonio transtulit eam in Babyloniam Egypti[422]). Hanc similiter uidi, cum uenissem in Egyptum ad Soldanum, qui fecit me duci in illam, et de ligno balsami tuli in magna quantitate, et baptizatus fui in fonte, de quo irrigatur. Dixerunt mihi cultores eius, quod a meridie sabbati usque ad lune diem boues nullo modo trahere uolunt aquam ipsam, eciamsi in frusta[d]) conciderentur.

Ortus habet in longitudine quantum bis potest iacere arcus[e]), in latitudine iactum lapidis uel plus. Et colitur uinea balsami in Egypto nisi a Christianis. Et rigatur de quodam fonte, in quo beata uirgo dicitur sepe puerum Ihesum baptizasse.

Sunt tamen adhuc surculi uinearum ualde nobiles in Engaddi, sed non colunt eos Sarraceni, et Christiani non habitant ibi, qui colere possint eos.

Sub Engaddi iuxta mare mortuum sunt arbores pulcherrime, sed fructus earum 54
quando discerpitur, intus fauilla et cinere plenus inuenitur.

a) *pariter quo* St. — b) *palma delbore uxoris dilapidate que indicauit* St. *palma delbore uxoris lapidoth* h. — c) *est* om. St. — d) *eciamsi frustra* St. *in frusta* h. — e) *arcus* om. St., habet h.

412) *super illud Genesis*] XIII. 3.

413) *glossa Ieronimi*] V. Hieronymi opera edita Francof. et Lips. t. III p. 176 A. Sed haud scio an hunc locum dicat Burchardus.

414) *palma Debbore uxoris Lapidoth*] *Debbora* pro *Debora* etiam in Vulg. invenitur. V. Iudicum IV. 4. 5.

415) *Rama Beniamin*] V. v. Raumer p. 197 num. 147.

416) *Anathoth*] nunc 'Anâta est, quam tamen Burchardus dicere non videtur. V. van de Velde mem. p. 284, v. Raumer p. 154.

417) *desertum Quarentene*] V. v. Raumer p. 52 not. 118a.

418) *supra Galgala*] antiqua Gilgal, 10 stadia orientem versus Hiericunte.

419) *contra Tecuam*] Tecoa antiqua, recens Tekû'a.

420) *montis Engaddi*] Montem Engaddi Burchardus cum recente 'Ain Dschidi non componit. Cf. v. Raumer p. 202. Cf. IX. 12.

421) *uinea balsami*] V. Robinson Pal. II. 537 not. Iosephi Ant. XV. 4, 1. 2. Denique von Raumer p. 87 not. 13.

422) *Babyloniam Egypti*] Cf. Mag. Thietmari peregr. p. 34 c. XII.

55 Montes Engaddi alti sunt ualde, et sunt mirabilis dispositionis, prerupti rupibus et uallibus, ita quod non uidi similes, qui eciam uidentibus incuciant horrorem.

56 De Ierieho quatuor leucis contra occidentem, uia, que ducit in Ierusalem, ad sinistram Quarentene est castrum *Adommim* [423]), ubi ille, qui descendit ab Ierusalem in Ierieho, incidit in latrones. Quod modernis temporibus multis contigit ibidem, et ab effusione frequenti sanguinis locus ille nomen accepit. Est enim horribilis uisu et periculosus ualde, nisi aliquis uadat sub conductu.

57 De Adommim duabus leucis contra occidentem est *Bachurim* [424]), de tribu Beniamin, de quo fuit Semey, filius Gera[a]), qui maledixit Dauid, quando fugit a facie Absalon, ut dicitur II Regum [425]). Et est castrum satis pulchrum et in monte alto situm.

58 Subtus uero in ualle contra orientem in uia regia de Adommim est *lapis*, qui uocatur *Beon* [426]), filii Ruben, magnus in modum clibani, et uidetur esse marmor.

59 De Bachurim contra occidentem, quantum bis potest iacere arcus, loco procliuiori est *Bethania* [427]), castellum Marthe et Marie. Ante cuius introitum minus quam iactus sit lapidis, iuxta cisternam in campo ostenditur locus, ubi Domino Bethaniam uenienti primo occurrit Martha et postea Maria ab ea uocata.

In Bethania adhuc ostenditur domus Simonis leprosi, in qua cum eo recubuit Dominus Ihesus. Item domus Marthe, in qua fuit sepius hospitatus. Que hodie est ecclesia in honore ipsarum facta. Item sepulcrum Lazari, de quo resuscitatus fuit, non longe ab ecclesia. Ubi est facta capella marmorea [428]) ualde decens et pulchra et monumentum ipsum marmore tectum[b]), in quod[c]) ego eciam descendi. Sarraceni multum honorant sepulcrum istud propter miraculum resuscitationis ibi factum a Domino.

60 Recedendo de Bethania nondum uidetur Ierusalem propter montem olìueti interpositum, sed ascenditur[d]) primo tumor quidam terre, et uidetur pars quedam ciuitatis dilecte cum monte Sion. Eya Deus, quot deuote lacrime sunt in illo loco fuse uidentium[e]) ibi exultationem uniuerse terre, ciuitatem regis magni! O quanta erat exultatio, uidere locum glorie Tue, bone Ihesu, cum locus ignominie Tue et confusionis cum tanto tripudio uideatur! Sed omissis[f]) omnibus ad Ierusalem quantocius ueniamus.

61 Descenditur igitur de monte, et iterum ciuitas dilecta occultatur. Item sub latere orientali montis olìueti iuxta *Bethphage*, que ad iactum lapidis dimittitur[g]) ad sinistram, sub monte offensionis, in ualle, uiculus ualde paruus, ascenditur per latus australe et giratur mons olìueti. Uenitur ad locum, ubi Dominus asinum ascendit, et continuo resplendet ciuitas cum templo et ecclesia Sancti Sepulcri et sanctis locis ceteris. Uenitur ergo ad descensum montis olìueti, ubi turbis precedentibus et sequentibus et clamantibus: „Osianna filio Dauid!“ et letantibus benedicto eius aduentu, Ipse uidens ciuitatem

a) ***filius gemini*** St. — b) *rectum* St. *tectum* h. — c) *quo* St. *quod* e coniectura dedimus. — d) ***ascendit*** St. *ascenditur* h. — e) *uidē* St. *uidere* h. *uidentium* e coniectura dedimus. — f) ***obmissis*** St h. — g) *diuiditur* St. *dimittitur* h.

423) *Adommim*] Adummîm, recens Kal'at ed-Dem dirutum. Aliam tamen urbem dicere videtur Burchardus. — Cf. van de Velde Mem. p. 282, v. Raumer p. 152.

424) *Bachurim*] Haec urbs, Schubertum si sequaris, est recens Abu Dîs; quod tamen in dubium vocat Robinson Pal. II. 312 nota 4. Cf. Ritter XV (1). 487; v. Raumer p. 158 et Vandeveldii tabulam geographicam sect. 6, ubi ascriptum est *Betabudison*.

425) *II Regum*] XVI. 5.

426) *lapis Beon*] V. Numer. XXXII, 3.

427) *Bethania*] nunc el-'Asirîjeh. Cf. v. Raumer p. 274.

428) *capella marmorea*] De claustro, quod

fleuit amarissime super illam. Procedamus ergo, et inter locum orationis eius in agonia et locum captiuitatis eius in Gethsemani transeamus torrentem Cedron et sequamur, si quomodocunque concedatur nobis uenire in Golgatha, ubi steterunt fixi in cruce fluentes sanguine pedes eius; moriamur ibi cum Christo, ut cum Eo pariter resurgamus!

IERUSALEM.

VIII. *Ierusalem* igitur, ciuitas Dei Summi, de qua dicta sunt et dicuntur cottidie 1
gloriosa, sita est in terra montuosa. Montes enim sunt in circuitu eius. Habet uero[a])[429]) per circuitum terram fertilem et bonam, preterquam contra orientem et Iordanem. Distat ab Accon XXXVI leucis[b]), que est contra aquilonem, a Sebaste siue Samaria XVI, de Sichem XIII, de Nazareth[c]) XXXVII. He[d]) omnes sunt contra aquilonem. De Ioppe XIII. Hec est fere occidentalis, paruum tamen aquilonalis. De Iericho VII. Hec est orientalis. De Bethlehem II, de Tecua VIII, de Ebron VIII. He[e]) sunt contra austrum.

Est autem in decliui[f]) montis sita dupliciter, et ab austro uidelicet et ab occidente; ab austro sita in latere montis Sion, immo partim in ipso monte, partim in eius descensu. Descendit autem longitudo eius ab ipso monte Sion, se extendens contra aquilonem. Ab occidente uero habet montem *Gion*[430]), et dependet ab ipso eius latitudo contra orientem usque ad torrentem Cedron siue uallem Iosaphat, quod idem est.

Est ciuitas[g]) bene magna, ut infra dicetur. Et non est, ut quidam fabulantur, in alio loco sita, quam[h]) fuit tempore Passionis Dominice, argumentantes pro parte illa, quod, cum Dominus fuerit extra portam passus et nunc ipse locus sit intra menia ciuitatis, ideo sit in alio loco sita. Isti nesciunt, quid loquuntur[i]), et uolunt ea scire, que non uiderunt. Situs enim huius ciuitatis est et semper fuit, quod manente templo Domini intra muros ciuitatis stultum fuisset, immo omnino impossibile eam ad locum alium transferre propter locorum munitionem ex omni parte, cum[k]) similem munitionem non posset habere alibi quoquomodo. Est tamen in rei ueritate in latitudine ampliata, et non in longitudine, et[l]) manet tota ciuitas antiqua cum monte Sion intra muros[m]) et inhabitatur, sed nunc hoc tempore pauci sunt admodum habitatores pro tante capacitate ciuitatis, quia habitatores eius sunt quasi continue in timore[431]). Dispositionem tamen eius antiquam[n]), quantum potui, indagaui.

a) *enim* St. *autem* h. — b) *ab Accon XXXVI leucis* h. et codd. vrat. — c) *dana. zarcht* St. *de Nazareth* h. — d) *hec* St h. — e) *hec* St h. — f) *decliuo* St. *decliui* h. — g) *Et* ciuitas St. *Et est* civitas h. *Et* in *est* e coniectura mutavimus. — h) Verba *quam fuit tempore — ideo sit in alio loco sita* om. St. — i) *locuntur* St. — k) *cum* om. St. — l) *sed* St. *Et* e coniectura dedi. — m) *muros ī habitatur* St. *et habitatur* h. — n) *ante quam potui indagaui* St.

nunc est, monialium vid. Robinson Pal. II. 310, qui Burchardum disertis verbis citat.

429) *Habet uero*] Vocabulum *uero* e coniectura dedimus.

430) *Gion*] Nomen Gion apud Burchardum primum inveniri censet Robinson Pal. II. 25. Monti Gion s. Gihon alium ac Burchardus locum assignat Toblerus in tabula geogr. libri inscripti Die Siloahquelle. Burchardus enim occidentem, Toblerus meridiem versus ponit eum. Sed videas de hoc Burchardi loco Tobleri zwei Bücher Topographie von Jerusalem und seinen Umgebungen. Berol. 1853 sq. Vol. II p. 12 sq. et C. W. M. van de Velde Plan of the town and environs of Ierusalem constructed from the English Ordnance-Survey and measurements of Dr. T. Tobler. With Memoir by Dr. Titus Tobler. 1858 Gotha. Qua in tabula Iebel Deir Abu Tôr, qui est mons Gihon, meridiem versus spectat.

431) *continue in timore*] Hoc fere loco in priore, quam Burchardus ipse curavit, recensione ad fidem codicum vratislaviensium haec adduntur: „Vbicunque enim sibi placuerit, quilibet eligit mansionem, eo quod plures domus vacant. Videtur autem mihi (et in hoc mihi

Erat quippe antiquitus, sicut hodie est, mons *Sion* pro parte supereminens ciuitati, capax ualde, qui eciam per se satis magnam uidetur posse facere ciuitatem. Qui mons inicium habens a porta[a]) aquarum[432]) siue fontis Siloe contra orientem facit semicirculum per circuitum contra austrum usque ad occidentem, ubi erat turris Dauid. Et erat per totum istum circulum rupes prerupta et arcus similiter istius semicirculi, qui appellabatur *Mello*[433]), circa cuius repletionem inter montem Sion et ciuitatem inferiorem leguntur reges Iuda plurimum laborasse[434]). *Turris* uero *Dauid* sita est contra occidentem in quodam colle ipsius prerupte rupis competenter eminenti, et uorago ipsa, que uenit a parte australi montis Sion. sequens[b])[435]) eam usque ad occidentem, ubi tetigit rupem turris Dauid, statim curuabatur inclinando se ab occidente contra orientem, gyrans ipsam turrim. Et ita erat turris in rupe et in quodam angulo uoraginis illius constituta. Uallis autem siue uorago, que ipsam cingebat, diuidebatur in duas ualles profundas, quarum una procedebat contra aquilonem, alia contra orientem. Et iste due ualles faciebant alium angulum. oppositum angulo, in quo erat turris Dauid sita, et iste angulus erat de ciuitate inferiori, sicut infra dicetur.

Uallis igitur illa, que de turre Dauid descendebat, procedebat utique in latere aquilonali montis Sion usque ad montem *Moria*[c]), in quo erat templum, separans a monte Sion ipsum montem Moria et totam inferiorem ciuitatem. Et descendebat uorago ista adhuc ultra usque in torrentem Cedron per locum, ubi nunc est porta aquarum, inter montem Sion et palacium Salomonis, quod edificatum fuit in parte australi montis Moria Et ita uorago ista antiquitus ex omni parte cingebat montem Sion. Hec[d]) erat ciuitas Dauid. Uerum nunc uorago ista tota[e]) est repleta, possunt tamen adhuc eius uestigia aliqualiter deprehendi.

a) *parte* St. *porta* h. — b) *figens* St. *cingens* h. Edit. Ven. — c) *Maria* passim St. — d) *h^c* St. *hic* h. — e) *nota* St

consenserunt, qui mecum ibi fuerunt et utraque nouerunt), quod Ierusalem amplior multo sit et longior, *quam antiqua ciuitas magdeburgensis, quam includit murus circuiens de sancto Ambrosio* (siue *Georgio*, ex alia scriptione) *usque ad nouam ciuitatem exclusiue.*" Burchardus igitur Magdeburgum frequentavit. Idem efficitur ex iis, quae in eadem priore recensione ad fidem cod. vrat. b. annotantur ad cap. VI. 7: „Quod spacium melius estimare potui, quia sepius illud pertransiui. *Videtur mihi esse sicut de Magdeburg in Barboy.*" Apparet, Barbium quoque notissimum fuisse Burchardo. Qui haud scio an non ex comitibus barbiensibus, quorum genti nomen *Burchardi* usitatum fuisse videtur, oriundus fuerit, quum cognomen *de Monte Sion* ab aliquo claustro repetitum esse possit.

432) *a porta aquarum*] Porta aquarum, si Robinsonum sequaris, non erat in exteriore urbis parte, in moenibus, sed templi ad aram pertinuisse videtur, occidentem versus sita. V. Robinson Pal. II. 118. Qui si verum vidit, errat Burchardus, qui portam aquarum alio nomine portam fontis Siloae appellans, meridiem versus spectare putat, ponens eam *inter montem Sion*, ut infra dicit, *et palacium Salomonis.* Porta fontis Siloae est eadem, quae porta stercoris, in meridionali moenium parte. V. Tobler Topogr. v. Ierus. I. 152. 163. Cf. Robinson Pal. II. 121 not. 123.

433) *Mello*] Hebr. מִלֹּא, Mello, habet Vulg. Cf. Ritter XVI. 364. 390. V. Tobler Top. v. Ierus. I. 20 sq. not. 2; p. 87. 187. Gesenii sententia est pars arcis, et significat *vallum.* V. I Reg. XI. 27: quia Salomon aedificavit Mello, et coaequavit voraginem civitatis David. II Chron. XXXII. 5: instauravit Mello in civitate David. II Sam. V. 9: et aedificavit per gyrum a Mello et intrinsecus.

434) *laborasse*] V. I Reg. XI 27.

435) *sequens*] Emendatione, quam fecimus, *sequens*, et locorum situi, et vocabulorum formis magis consultum volebamus, quum scriptio *cingens* minus prope accedat ad formam codicis St. *figens*, quam *sequens.*

Secunda uorago, siue uallis, que diuidebatur ab ista sub turre Dauid, sicut dictum est supra, contra aquilonem procedebat, et faciebat fossatum ciuitatis a parte occidentis circa totam longitudinem ciuitatis usque ad finem eius in parte aquilonis. Et super eam pertotum [436]) erat interius rupes eminens, quam Iosephus appellat *Acram* [437]), super quam erat murus ciuitatis positus, qui cingebat ab occidente ciuitatem usque ad *portam Effraym* [438]), et ibi curuabatur iterum contra orientem usque ad *portam anguli* [439]), que erat constituta in angulo ciuitatis, qui [a]) erat contra angulum aquilonis et orientis. Et ibi iterum murus curuabatur de aquilone per orientem contra austrum extra aream templi, includens illam et domum regis et portam fontis siue aquarum iuxta montem Sion ad orientem. Et iste erat ambitus ciuitatis. Rupes autem illa, super quam, ut dictum est ante, ex parte occidentis erat murus [b]) ciuitatis edificatus, erat [c]) eminens ualde, et maxime in angulo, ubi occidentalis pars muri coniungebatur cum aquilonali [d]). Ille enim locus magis erat eminens, et ibi [e]) erat edificata *turris*, que dicebatur *nebulosa* [440]), et castellum ualde firmum, cuius adhuc ruine sunt ibi. Et uidetur inde Arabia et Iordanis et mare mortuum et alia loca multa, quamuis quidam uolunt dicere, quod turris nebulosa fuerit iuxta templum: quod oportunitas loci et decliuitas non admittit. De ista rupe, ex parte occidentis, ut dictum est, uehementer alta, dependebat latitudo ciuitatis, inclinans paulatim usque ad murum orientalem, qui [f]) erat super torrentem Cedron, ubi ciuitas ipsa erat tunc et est hodie demissior [g]), unde et ibi sordes ciuitatis per portam sterquilinii defluebant in torrentem Cedron.

Extra uoraginem autem siue uallem sepius supradictam ex parte occidentis, ad sinistram exeuntibus de *porta ueteri* siue *iudiciaria* [441]) fuit Dominus transfixus, et post passionem eius longo tempore uorago illa repleta est, et murus alius circumductus a turre Dauid usque ad portam [h]) Effraym, que nunc beati Stephani appellatur.

Uides itaque, quod ab austro mons Sion, de occidente uero rupes illa, que erat pars montis Gion, qui contra occidentem in altitudine plurimum se extendit [442]), supereminebant urbi, et sub ipsis duobus montibus contra orientem et aquilonem tota ciuitas quasi in decliui montis latere dependebat.

Mons *Moria*, in quo templum Domini et palacium regis edificata erant [443]), ali-

a) *que* St. *qui* h. — b) *murus* om. St., habet h. — c) *et* erat St h. Copulam *et* delevimus. — d) *aquiloni* St. *aquilonali* h. Cf. II. 20. — e) *ubi* St. *ibi h.* — f) *que* St. *qui* h. — g) *dimissior* St. — h) Verba *Dauid — portam* om. St., habet h.

436) *pertotum*] Francogallorum *partout*. V. Fr. Diez Grammatik der romanischen Sprachen Part. II p. 288.

437) *quam Iosephus app. Acram*] Ioseph. B. J. I. 1, 4. Cf. V. 6, 1. Robinson Pal. II. 45 sqq.

438) *usque ad portam Effraym*] Porta Ephraim est porta Stephani. V. Tobler Topogr. v. Jerus. I. 149. 163. notam.

439) *portam anguli*] V. Robinson Pal. II. 116. 2 Chron. XXV. 23. Tobler Topogr. v. Jerus. I. 163 notam.

440) *turris — nebulosa*] Turris nebulosa est turris Tancredi. Rittero auctore Burchardo soli nominis huius notitiam debemus. V. Ritter XVI. 369. Toblerus, apud quem turris nebulosae mentionem non invenimus, de turre Tancredi exponit in libro inscripto Topogr. v. Jerus. I. 69. 71. Cf. quoque Tobleri tabulam geogr. inscriptam: Plan von Jerusalem, wie es zur Zeit der Kreuzfahrer war, additam libro eius, qui est de fonte Siloae.

441) *de porta ueteri siue iudiciaria*] Hanc portam alio nomine portam villae fullonis vocatam esse censet Robinson Pal. II. 119. Cf. Tobler Topogr. v. Jerus. I. 163 notam.

442) *montis Gion, qui contra occidentem — se extendit*] Cf. notam 540 ad VIII. 6.

443) *mons Moria — edificata erant*] Cf. Robinson Pal. II. 85.

quantulum erat alcior ciuitate. Quod patet ex situ templi et atriorum, secundum quod Iosephus dicit[444]). Et describuntur singula in historiis. Que loca nunc omnino sunt complanata et fere demissiora[a]) tota ciuitate. Depositus enim fuit mons per Romanos et missus in torrentem Cedron cum omnibus ruinis templi et atriorum. Quod hodie palam est uidere. Area uero templi quadrata est, habens in longitudine et latitudine plus quam iacere potest arcus. Templum uero, quod nunc in ea edificatum est, adheret muro ciuitatis fere. Quod non fecit uerum et antiquum templum, quia atria quatuor erant intermedia, sed modo non distat a muro et[b]) torrente Cedron, nisi forte centum pedibus.

Non longe ab area templi contra aquilonem, scilicet minus quam iactus sit lapidis, est *porta uallis*[445]), quia per eam descendebatur in uallem Iosaphat. Dicebatur eciam *porta gregis*[446]), quia per eam introducebantur greges ad immolandum[c]) in templo. Huic adherebat turris, quam quidam putabant *turrim nebulosam* uel *Ananeel*[447]), sed erat turris *Phaselus*[448]). Cuius adhuc apparent uestigia.

Intrantibus autem portam uallis siue gregis statim ad sinistram iuxta aream templi occurrit *piscina probatica*[449]), in qua Nathinei[d])[450]) lauabant[e]) hostias, et sic eas sacerdotibus presentabant in templo offerendas. Hec adhuc quinque porticus habuisse demonstratur, in quibus secundum Iohannem iacebant infirmi exspectantes aque motum.

Ad dextram uero uie predictam portam intrantibus in ecclesia *sancte Anne*[451]) ostenditur alia piscina grandis, que dicebatur *piscina interior*[452]). Quam fecit Ezechias hoc modo. Obturauit[f]) superiorem fontem aquarum Gion, et aduertit aquas eius subter ad occidentem turris Dauid per uallem paulo ante dictam, incidens ferro petram, sicut dicitur Ecclesiastico[453]), et inducens aquas per medium ciuitatis in piscinam istam, ut in obsidione haberet aquam populus ad bibendum, et eos non possent Assyrii prohibere.

a) *dimissiora* St h. — b) *et* om. St. *a muro torrentis Cedron* h. — c) *in molandum* St. — d) *Nachanei* St. — e) *laniabant* St. *lauabant* h. Ed. Ven. — f) *obdurauit* St. *obturauit* h.

444) *secundum quod Iosephus dicit*] Ios. B. J. VI. Ant. XV. 11. 3.

445) *porta uallis*] Porta uallis est recens Bâb el-Asbât. V. Tobler Topogr. v. Jerus. I. 170. Robinson Pal. II. 116 sqq. not. 3. In Vandeveldii tamen tabula geogr. urbis sanctae anni 1858 scriptum est: Bâb es-Sobât.

446) *porta gregis*] Porta gregis Toblero auctore est porta Stephani, quam ipse in ichnographia Hierosolymorum medii aevi occidentem versus positam voluit, e regione portae vallis Iosaphat, quae orientem versus spectat. Constat autem et ab ipso Toblero ad amussim definitur antiquus et recens portae Stephani s. Bâb Ho'tta (i. e. portae leonum) situs orientalis. Quamobrem Toblerus ipse decernat, velim, inter Burchardum, qui portam gregis cum porta vallis, et eos, qui cum porta Stephani componunt. V. Tobler Topogr. v. Jerus I. 149.

447) *Ananeel*] Hananeel. V. Tobler Topogr. v. Jerus. I. 163.

448) *Phaselus*] Turrim Phasaeli occidentem, non orientem versus sitam fuisse docet Toblerus Topogr. v. Jerus. I. 83. Fallitur igitur Burchardus.

449) *piscina probatica*] Haec pro Bethesda antiqua vulgo habetur, sed nullo iure. V. Tobler Denkblätter p. 53 sq. Robinson auctor est, Burchardum primum piscinae probaticae mentionem inire. V. Robinson Pal. II. 137 nota. Est autem recens Birket es-Serâin.

450) *Nathinei*] De Levitis et Nathinaeis cf. I Chron. IX. 2.

451) *in ecclesia sancte Anne*] Quam nunc Salâhîjeh dicere videntur. V. Vandeveldii ichnogr. Hierosol. Cf. Tobler Top. v. J. I. 426 sqq.

452) *piscina interior*] V. Robinson Pal. II. 137 notam 2 et Vandeveldii ichnogr., ubi *Bath* (balneum) pictum est prope Bâb Ho'tta.

453) *Ecclesiastico*] XLVIII. 19.

Fontem uero aquarum Gion[454]), qui non distabat ab agro fullonis[455]), duxit in *superiorem piscinam*[456]), que est super natatoria Siloe. Hanc Achaz inceperat, sed non perfecerat. De hac piscina et de hoc fonte dictum est illud Ysaie[457]): „*Egredere ad extremum aqueductus superioris piscine in uia agri fullonis.*“ Est enim ista piscina et dicitur superior respectu natatatorie Siloe, quia ipsa natatoria Siloe de ista piscina et de fonte Siloe recipit aquam tanquam inferior[458]).

Et nota de diuersitate istarum piscinarum et nominibus earum. Prima et precipua piscina in Ierusalem erat *piscina probatica*, quinque porticus habens. Hanc fecit Salomon pro ministerio templi. De hac dictum est supra. Secunda fuit iuxta illam contra aquilonem in ecclesia sancte Anne, et dicebatur *interior*. Hanc fecit Ezechias. De hac dictum est paulo ante. Tercia *natatoria Siloe*, et erat sub monte ol1ueti et sub monte Sion prope Acheldemach, et habebat aquam de fonte Siloe. Hanc eciam fecit Ezechias. Quarta[a]) erat *superior piscina*, de qua dictum est. Hanc similiter perfecit Ezechias. Et si alicubi inuenias, quod ista quarta piscina fuerit in ciuitate, non est uerum, immo omnino impossibile. Scio, quod super „*onus uallis*[459]) *uisionis*“ dicitur et legitur, quia ista piscina superior fuerit[b]) in ciuitate et habuerit[c]) aquam de fonte Siloe: quod nullo modo esse potest, cum ciuitas alcior sit fonte Siloe plus quam CCCC cubitis, et aqua non possit per tantam altitudinem fluere sursum. Uerum tamen est, quod habet aquam de ipso fonte Siloe et de fonte inferiori Gion[d]), quia est extra ciuitatem sub ipsis fontibus non longe a natatoria Siloe. Alias piscinas non uidi, nec legi fuisse in Ierusalem uel esse antiquitus, nisi forte aliquis uelit *mare eneum*[460]), quod in facie templi erat, inter piscinas computare. Bercilia[e]) quedam tamen propter balnea[f]) facta sunt modernis diebus in ciuitate non longe a domo patriarche et hospitalis sancti Iohannis, de quibus non fit mentio in scriptura[460b]).

Uallis eciam *Iosaphat* cingebat ciuitatem, ex parte orientis sub monte olıueti descendens. Que licet adhuc sit satis profunda, multum tamen est impleta[461]). Romani enim, ut dicit Iosephus[462]), ab ea parte ciuitatem oppugnantes incisis oliuis et arboribus aliis aggeres inde facientes eam impleuerunt[463]). Postea insuper capta ciuitate ruinas atriorum et templi complanato monte Moria, ut de cetero locus[g]) iterum muniri non posset, Helius Adrianus[464]) fecit omnia proici in torrentem Cedron et ciuitatem aspergi

a) *quatuor* St. *quarta* h. — b) *fuit* St h. *Fuerit* e coniectura dedi. — c) *habuerit* St. *haurit* h. Ed. Ven. — d) *gygon* St. — e) *berchylia* St. — f) *balena* St. — g) *locum* St. *locus* h.

454) *Fontem uero aquarum Gion*] V. Tobler Top. v. Ierus. II. 61.

455) *ab agro fullonis*] Cf. Iesaiae VII. 3, XXXVI. 2; II Regum XVIII. 17.

456) *in superiorem piscinam*] Est recens Birket el-Mamillah. V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 62 sqq. Robinson Pal. II. 129 sqq. Apparet autem hanc Burchardum h. l. non dicere, sed eam, quam Toblerus dicit Oberteich Siloah. V. Tobler Die Siloahquelle p. 23 sqq. Cuius rei omnem dubitationem expellunt ipsius verba scriptoris, qui infra: „*fons Siloe*, inquit, *de quo per aqueductum fluit aqua in piscinam superiorem et in natatoriam Siloe.*“

457) *Ysaie*] VII. 3.

458) *quia ipsa — inferior*] Dicit inferiorem, quam Toblerus vocat, piscinam Siloah. V. Tobler Die Siloahquelle p. 32 sqq.

459) *onus uallis*] V. Iesaiae XXII. 1.

460) *mare eneum*] V. II Sam. VIII. 8; II Regum XXV. 13.

460[b]) *Bercilia — scriptura*] De hoc Burchardi loco vide quae laudat Toblerus in (Pseudo-) Antonino Martyre, quem edidit, pag. 66. Ceterum *bercile* est Francogallorum berceau.

461) *multum — est impleta*] Negat hoc Toblerus Top. v. Jerus. II. 20 sq.

462) *Iosephus*] B. J. V. 2.

463) *Romani — impleuerunt*] Hanc opinionem totam refellit Tobler Die Siloahq. p. 183 —186.

464) *Helius Adrianus*] Aelius Hadrianus.

sale. Hec omnia existenti illic ad oculum patent. *Sepulcrum* enim *uirginis gloriose*[465]), quod est in ualle Iosaphat, non quidem in eius profunditate, sed in pede montis olиueti, parum tamen super uallem et in superficie erat[466]) tempore habitationis Ierusalem ante subuersionem, nunc[a]) est longe sub terra, adeo quod ecclesia ipsa cum sit multum alta et[b]) testudinata, tota nunc sit sub terra et omnino cooperta, et uallis desuper tota plana, ut uia sit super ecclesiam ad eundum. Est tamen in superficie terre quoddam edificium ad modum capellule factum, quod cum[c]) interius descenderis[d]) per gradus plurimos, sub terra in ecclesiam ipsam[e]) ad sepulcrum uirginis gloriose peruenies[f]). Et credo, quod sunt LX. Est autem sepulcrum in medio chori contra altare, marmoreum et mirifice decoratum. Et ego fui in ecclesia ipsa, et uidi sepulcrum. Ecclesia tamen multum humida[467]) est interius, quia torrens Cedron[468]) est sub ipsa repletionibus supradictis coopertus, et quando fuerit inundatio aque pluuiarum, ipse torrens, qui adhuc in antiquo suo meatu sub repletionibus ipsis currit[g]), erumpens replet ecclesiam in tantum, quod sepe per ostium[h]) capelle superius posite per omnes gradus exuberans exit[i])[469]) aqua. In cimiterio uero ipsius ecclesie non longe ab eius ostio hauritur aqua ab indigenis de fonte quodam, qui in Nehemia[470]) *fons draconis*[471]) dicitur, ante portam uallis siue gregis. Ecclesia autem beate uirginis lumen habet intus de fenestris orientalibus contra montem olиueti positis, ubi bene potest secundum loci dispositionem lux accedere diei.

Non longe ab ostio huius capelle, que ducit ad ecclesiam contra orientem, uidelicet L pedibus, est ostium alterius ecclesie, que uocatur *Gethsemani*[472]), ubi erat ortus, quem introiuit Dominus cum discipulis suis, in latere montis, adherens cuidam rupi concaue de monte dependenti, sub[k]) qua rupe discipuli sedebant, quando dixit eis Dominus: „*Sedete hic, donec uadam illic et orem.*“ Et ostenditur adhuc ibidem locus sessionis eorum. Ibidem eciam ostenditur locus, in quo tentus fuit a turbis, Iuda cum osculo tradente. Et uidetur impressio caluarie eius superius in rupe dependente et liniamenta[473]) uerticis et

a) *non* St. *nunc* h. — b) *et* om. St. — c) *cum* St. *tamen* h. — d) *descendens* St h. — e) *ecclesia ipsa* St. *ecclesiam ipsam* h. — f) *peruenies* om. St. *peruenitur* h., sed in margine! — g) *currens* St. *currit* h. — h) *hostium*, *hostio* passim St. — i) *erit* St h. *exit* Cod. Bern. — k) *cum* St. *sub* h.

V. Robinson Pal. II. 203. Tobler Die Siloahquelle p. 183.

465) *Sepulcrum — virginis gloriose*] nunc Dschesmânijeh s. Sitti Mariam. V. Tobler Die Siloahquelle p. 143—191. Robinson Pal. I. 388 not. 1.

466) *parum tamen — superficie erat*] De hoc Burchardi loco v. Tobler Die Siloahq. p. 183.

467) *Ecclesia humida*] De his Burchardi verbis v. Tobler Die Siloahquelle p. 186.

468) *quia torrens Cedron*] Cf. Tobler Die Siloahq. p. 185, ubi ipsa Burchardi verba tractantur.

469) *exuberans exit*] Negat hoc Toblerus, hunc ipsum locum et citans et refellens in libro inscripto Die Siloahquelle p. 185.

470) *in Nehemia*] II. 13.

471) *fons draconis*] V. Tobler Die Siloahq. p. 2. Ritter XVI. p. 371. 443. Toblerus auctor est fontem draconis convenire in fontem Mariae, citans varios scriptores annotatione 3 paginae II. Burchardus vero h. l. eundem fontem, quem Toblero Die Siloahquelle p. 170 nota 5 referente alii quoque peregrinatores collaudarunt, fonte Mariae aliquanto superius e regione portae vallis Iosaphat situm dicit. Est idem fons, quem commemorant Helfricus, Briemlius, Lusignanus, quem igitur a Burchardo iam commemoratum esse videmus. Quod fugit Toblerum, qui anno demum 1483 primam eius mentionem factam esse coniecit.

472) *Gethsemani*] V. Tobler Die Siloahq. p. 191—222. Forma Gethsem*ani* est graeca Γεθσημανῆ, per itacismum lecta, ut Iord*anis*, non Iord*anes*, ex graeco Ἰορδάνης a Burchardo et aliis formari videtur.

473) *liniamenta*] Si supra veram scriptionem coniectura assecuti sumus, hic quoque,

capillorum eius. Quam impressionem dicitur fecisse rupem apprehendendo, cum a turbis teneretur. Et nota, quod de ipso lapide nec puluis, ut ita dicam, deponi potest, cum tamen multum laborauerim ferreis instrumentis, ut inde mecum aliquid portarem, et tamen plene uidentur in eo impressiones predicte, ac si de pasta esset rupes ipsa.

De Gethsemani quantum iactus est lapidis contra austrum est locus, ubi auulsus ab eis orauit, *et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram*[474]. Ubi eciam similis lapis est, similes impressiones habens genuum et manuum eius.

Inter hunc locum et Gethsemani ante ecclesiam beate uirginis transit uia, qua ascenditur in montem olıueti et in Bethaniam et ad Iordanem.

De loco orationis[475] Domini plus quam iactus sit lapidis, contra austrum, in opposito templi et in pede montis olıueti, in ualle Iosaphat est sepulcrum[a] regis[476], habens superpositam piramidem ualde pulchram.

Sub monte Sion contra regiam Salomonis in occidentali latere uallis Iosaphat est *fons Siloe*[477], de quo per aqueductum[478] fluit aqua in piscinam superiorem et in natatoriam Siloe, quando fons ibidem habundat aquis; non enim fluit iugiter, sed interpolatim.

Ambe autem iste piscine sunt in pede montis Sion, inter ipsum et Acheldemach. Accedit insuper ad has piscinas eciam aqua de *fonte Gion*[b] *inferiore*[479], qui oritur sub agro fullonis iuxta locum stationis Rabsaces, ubi exprobrauit Domino[480].

Iuxta piscinas istas ad iactum lapidis ultra uallem in parte eius australi est *ager Acheldemach*[481], ubi est sepultura peregrinorum, empta XXX argenteis, quibus Iudas uendidit Dominum. Multa[c] sunt in agro isto sepulcra preciosa.

Infra piscinas istas et agrum Acheldemach contra orientem descendit[d] torrens *Cedron*[482] collectis insuper aquis, quas secum trahit de partibus superioribus, scilicet de Rama et Anathoth et sepulcro regine Iabenorum[e][483]. Et longe sub sepulcro beate uir-

a) *est sepulcrum* om. St, habet h. — b) *gyon* St. — c) *msta* St. *multa* h. — d) *descendens* St. *descendit* h. — e) *Iabanorum* St.

sicuti VI. 8, *liniamenta*, non *lineamenta*, scripsit Burchardus.

474) *decurrentis in terram*] V. Lucae XXII. 44.

475) *De loco orationis*] V. Tobler Die Siloahq. p. 208 sqq.

476) *est sepulcrum regis*] De quo v. Tobler Die Siloahquelle p. 304 sq.

477) *fons Siloe*] Hunc Burchardi locum commentatur Robinson Pal. II. 144. *Fons Siloe* est fons Mariae, quem libro saepe collaudato descripsit Titus Toblerus.

478) *per aqueductum*] Hunc anno 1846 Titus Toblerus ipse suis pedibus penetravit. Vid. Die Siloahquelle p. 7 sq.

479) *de fonte Gion inferiore*] Cf. quae supra VIII. 1 p. 142 exstant: *et de fonte inferiori Gion*. Est recens Birket es-Sultân, lacus Sultani. V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 69 et not. 9.

480) *Rabsaces — Domino*] V. Iesaiae c. XXXVI et XXXVII.

481) *Acheldemach*] Hakeldama.

482) *Cedron*] Kidron.

483) *sepulcro regine Iabenorum*] Sunt, quae vulgo feruntur, sepulcra regum. V. Robinson Pal. II. 188—194. Ioseph. B. J. V. 4, 2. Pausan. Descr. Graec. VIII. 16 in fine. — Ceterum Burchardi locum more suo ad verbum descripsit Marinus Sanutus Tors. secreta fidel. cruc. lib. III parte XIV cap. IX p. 255. Neque igitur erat, quod hunc, non Burchardum auctorem citaret Robinsonus Pal. II. 193. Antiqua quidem scriptio est *Iabenorum*, quam Sanutus quoque habet p. 255, qui paulo inferius p. 256 *Abigenorum* reginam dicit Helenam, oblitus, quae paulo ante a Burchardo descripsit. *Iabenorum* est i. q. Adiabenorum. Helena, Adiabenaeorum regina, regum Izatae et Monobazae mater, cum filiis ad Iudaismum

ginis auditur strepitus eius sub terra descendentis ad locum istum. Iunguntur ei insuper aque exeuntes de piscinis istis, et sic omnes descendunt in uallem *Gehennon*[484], que dicitur eciam locus *Tophet*[485]. In qua ualle est lapis *Zoheleth*. Ibidem est eciam fons *Rogel*[486], ubi Adonias[487] fecit conuiuium uolens regnare. Ibidem eciam sepultus fuit Ysaias, qui iuxta fontem Siloe serra fuit sectus[488]. Qui locus distat ab isto plus quam iacere potest arcus. — Et sunt loca illa amenissima et orti et uiridaria, et deliciis plena, et torrens Cedron rigat ea.

Super hunc locum est *mons offensionis*[489]. Et lucus fuit in ualle ista[490], et traiciebant[491] filios suos per ignem, et colebant idola ibi.

Hec de hiis, que sunt dicta circa ciuitatem, sufficiant.

2 Nota ergo, quod loca multa sancta sunt in ciuitate ad deuotionem excitancia, tot, quod dies non sufficit ad peragendum singula. *Ecclesia* tamen *sancti sepulcri*[492] tenet inter omnia principatum.

Ecclesia ista rotunda est, et habet per diametrum inter columpnas LXXIII pedes, preter absides, que habent per circuitum a muro exteriori ecclesie XXX pedes. Super sepulcrum Domini, quod est in medio ecclesie, est apertura rotunda[493], ita ut tota crypta[a]) sepulcri sit sub diuo.

Golgatana autem *ecclesia* adheret isti, et est oblonga, loco chori ecclesie sancti sepulcri adiuncta, sed parum demissior. Sunt tamen ambe sub uno tecto.

Spelunca, in qua est *sepulcrum Domini*, habet in longitudine VIII pedes, in latitudine similiter VIII, exterius undique tecta marmore, sed interius est rupes nuda, sicut fuit in tempore sepulture. Ostium ad hanc speluncam intrat[494] ab oriente, demissum ualde et paruum.

Tumba uero sancti sepulcri est ad dextram intrantis iuxta parietem ad septentrionem, de marmore grisei coloris, alta a superficie pauimenti tribus palmis, longa pedibus VIII, sicut est interius ipsa crypta[b]) siue spelunca, et ex omni parte clausa; nec lumen potest haberi intrinsecus ab extrinseco, quia fenestra non est, mittens lumen intus. Sed pendent IX lampades super sepulcrum Domini, ministrantes lumen intus. Alia

a) *scripta* St. — b) *scripta* St.

conversa Hierosolyma transmigravit Imperatoris Claudii temporibus. Cf. Ritter X. 252.

484) *Gehennon*] Hinnom. V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 39 sqq.

485) *Tophet*] Thaphet s. Tophet altare erat in valle Ge Ben Hinnom. V. Tobler Top. v. Jerus. II. 44, qui docet Burchardi sententiam, qui Tophet idem esse censet quod Gehennon, confirmari auctoritate Ieremiae VII. 32.

486) *fons Rogel*] Hunc Burchardi locum commentatur et in usus suos convertit Robinsonus Pal. II. 140 sq. Fons Rogel ab aliis Hiobo et Iacobo adscribitur: v. Tobler Top. v. Jerus. p. 59 sq.

487) *Adonias*] I Reg. I. 9.

488) *serra fuit sectus*] V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 205. De quercu Rogel, sub qua Iesaias sepultus fuisse dicitur, v. Tobler p. 203—207, quo teste nunc morus prope fontem Siloah monstratur tanquam, locus sepulturae Iesaiae. Inspice Vandeveldii ichnographiam, in qua morus illa lepidissime picta non desideratur.

489) *mons offensionis*] nunc Dschebel Baten el-Hawâ. Cf. Tobler Die Siloahq. p. 77—81.

490) *in valle ista*] Gehennon. Cf. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 45.

491) *traiciebant*] traducebant. Cf. Ezech. XX. 31.

492) *ecclesia sancti sepulcri*] Quam summa cum diligentia describit Toblerus libro inscripto: Golgatha, qui prodiit Fani Sancti Galli et Bernae 1851.

493) *apertura rotunda*] V. Tobler Golg. p. 125.

494) *speluncam intrat*] Fortasse legendum est *intratur*.

eciam spelunca est ante speluncam istam, eiusdem longitudinis et latitudinis et dispositionis intra et extra. Et uidentur iste due extra existenti esse una, sed cum intraueris, uidebis eas ab inuicem per medium separatas [a]). Intratur autem primo ista et demum alia, in qua est sepulcrum. In istam exteriorem intrauerunt mulieres, quando dicebant: „Quis reuoluet nobis lapidem?“ [495]) et cetera. Et iste lapis erat aduolutus ostio spelunce interioris, et iacet hodie magna pars eius ante ostium spelunce interioris, cui fuerat aduolutus, in medio istius. Alia uero pars eius translata est in montem Sion pro lapide supponendo altari. Quem eciam ibidem uidi.

Mons caluarie, in quo Dominus crucifixus est, distat a loco sepulcri per CXX pedes [b]) [496]). Et ascenditur ad locum, ubi crux infixa fuit rupi, per XVIII pedes [c]) [497]) a superficie pauimenti ecclesie. Scissio petre eiusdem, in qua crux fuit fixa, tante capacitatis est, ut caput meum. Et descendit longitudo eius de loco crucifixionis usque ad pauimentum inferius per XVIII pedes [d]) [498]), et color sanguinis Domini nostri Ihesu Christi apparet hodie in ipsa scissione petre. Et scissio ipsa erat sub manu eius sinistra. Altare eciam edificatum est iuxta eum locum manus sinistre, ualde decorum, de marmore. Ego dixi missam de passione et legi passionem secundum Iohannem in missa in loco ipso passionis Christi.

Pauimentum [e]) huius capelle stratum est de marmore totum, et parietes sunt tecti marmore et opere musiuo decorati de auro purissimo.

De caluaria contra orientem 24 pedibus est altare quoddam, sub quo est pars columpne, ad quam Dominus [f]) fuit flagellatus, illuc translata de domo Pilati, et sub lapide altaris est tecta, ita ut a fidelibus possit tangi, uideri et osculari. Est autem de lapide porfiritico subnigro, habens maculas rubeas naturaliter, quas credit uulgus tincturas [g]) esse sanguinis Christi.

Alia pars columpne dicitur translata esse Constantinopolim.

De altari columpne huius contra orientem ad X pedes descenditur per gradus XLVIII [h]) [499]) ad locum, ubi ab Helena fuit crux inuenta.

Et est ibi capella et due altaria longe infra terram.

Iste locus, in quo fuit crux defossa, uidetur mihi fuisse unum de fossatis ciuitatis, in quod cruces depositis corporibus misse fuerunt et desuper sordes ciuitatis comportate, donec per Helenam loco mundato crux est inuenta. Prope enim ciuitatem erat locus passionis et ortus in loco illo.

Locus uero, in quo stetit beata uirgo cum mulieribus aliis iuxta crucem, non fuit sub ipso brachio crucis ad aquilonem, sed ante faciem filii fere ad occidentem. Monstratur enim locus stationis eius contra faciem filii pendentis in cruce sub monte et rupe,

a) *eam — separatam* St. *eas — separatas* h. — b) *per* 700 *pedes* St h. *per CXX* habent codd. vrat. — c) *per ig pedes* St. Hoc ig ortum est ex numero 18. — d) *per igū* (i. e. 18) *pedes* St. *per XVIII pedes* h. — e) Ab hoc verbo in St. incipit versus novus, et margini adscripta sunt verba: *Hic introduc* — f) Vocab. *Dominus* om. St., habet h. — g) *picturas* St. *tincturas* h. — h) 98 St. XLVIII h.

495) *reuoluet nobis lapidem?*] Cf. Tobler Golg. p. 173.

496) *CXX pedes*] V. Tobler Golg. p. 28.

497) *rupi per XVIII*] Alii legunt XXVIII. V. Tobler Golg. p. 257.

498) *inferius per XVIII pedes*] Toblerus XXVIII pedes dare videtur. V. Tobler Golg. p. 341.

499) *per gradus XLVIII*] V. Tobler Golg. p. 308.

in qua crux fuit fixa[500]). Et ueneranter habetur a fidelibus. Quem eciam locum sepe uidi. Ipse eciam Christus faciem uertit contra occidentem pendens in cruce, non ad orientem[a]), ut uolunt quidam. Quod patet ex eo, quod uorago illa magna, de qua dictum est supra, que fuit ab occidente pro fossato ciuitatis, erat retro crucem, et in ipsam fuit crux proiecta et postmodum inuenta, ut dictum est ante.

Multa altaria sunt in ecclesia ista et decenter ornata.

Ante ostium occidentale huius ecclesie foris est locus, ubi *Maria Egyptiaca*[501]) orans ante imaginem beate uirginis, cum diuinitus remota fuisset, uolens intrare templum, consolationem per responsum beate uirginis recepit.

Inde procedendo contra turrim Dauid et montem Sion est locus, ubi ab Herode Agrippa fuit *beatus Iacobus decollatus*[502]). Deinde eundo in montem Sion reperies *domum Cayphe*[503]), in qua Iudei Christo illuserunt, et locum, in quo ipsum recluserunt usque mane, qui locus *carcer Domini*[504]) appellatur. Inde quantum iactus est lapidis, contra austrum, est locus, in quo *beata Maria*[b]) uirgo migrauit[505]) et habitauit, quamdiu[c]) uixit post ascensionem Domini. Huic loco prope est *cenaculum* grande, in quo Dominus cenauit cum discipulis[506]), pedes eorum lauit, corpus suum et sanguinem tradidit, post resurrectionem apparuit pluries, Mathias sorte electus est, Spiritus Sanctus datus est[507]), et multa gloriosa opera impleta sunt.

3 Et nota, quod ciuitas Ierusalem sita est in loco multum eminenti. Et de ea uidetur tota Arabia et mons Abarim[d]) et Nebo et Phasga[e]) et[f]) planicies Iordanis et Iericho et mare mortuum usque ad Petram deserti. Nec uidi ciuitatem uel locum, qui pulchriorem haberet prospectum. Ad ipsam autem ascenditur ab omni parte, quia sita est in loco alciori, qui est in terra illa, preter Silo[508]), que distat ab ea per duas leucas.

4 De magnitudine autem sancte ciuitatis sciendum, quod secundum Iosephum[509]) absque monte Sion habuit ambitus ciuitatis per gyrum XXXIII stadia. Cum ipso autem monte murus exterior, scilicet tercius murus, secundum eundem Iosephum habuit XC turres, singulis turribus per CC cubitus distantibus, hoc est[g]) per CCC pedes, qui faciunt LX passus, qui fuerunt inter turrem et turrem. Multiplicatis igitur LX passibus per XC turres exibunt passus 5400[h]), qui faciunt ambitum ciuitatis[i]). Cum igitur 125[k]) passus faciunt unum stadium, si diuiseris[l]) 5400[m]) per 125, exibunt 40[n]) sta-

a) Verba *non ad orientem* om. St. — b) *Maria* om. St., habet h. – c) *diu* St. *quamdiu* h. — d) *Arabum* St. Cf. VII. 33. — e) *Phasga* om. St. — f) *et* ante vocab. *planicies* om. St h. — g) *est* om. St., habet h. — h) 2400 St. 5400 h. — i) *citata* (cītatria) St. — k) 12 *passus* St. *centum viginti quinque* h. — l) *diuersi sunt* St. *diuiseris* h. — m) 1400 *per* 12 St. 5400 *per* 125 h. — n) 240 *stadia* St. 33 *stadia et passus* 25, *qui faciunt quinque miliaria et passus XXV*. h.

500) *Locus uero — crux fuit fixa*] V. Tobler Golg. p. 377.

501) *Maria Egyptiaca*] V. Tobler Golg. p. 378 sqq.

502) *Iacobus decollatus*] Nunc Deir Mar Iakûb. De hoc nostro loco v. Tobler Topogr. I. 359.

503) *domum Cayphe*] V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 156 sqq.

504) *carcer Domini*] Habs el-Messieh. V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 159 et 163.

505) *migrauit*] diem obiit. V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 104.

506) *cenaculum — discipulis*] Arabice dicitur el-Aschâ. V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 99. 105.

507) *Spiritus Sanctus datus est*] V. Tobler Top. v. Jerus. II. 100.

508) *Silo*] Silo antiqua est recens Seilûn, sed Burchardus dicit Nebi Samwil. V. Robinson Pal. III. 307.

509) *Iosephum*] B. J. V. 4, 3.

dia[510]), que faciunt V milliaria[511]; et iste fuit ambitus ciuitatis tempore euersionis, que facta est per Romanos, sicut dicit Iosephus. Sed postea Christiani ciuitatem amplificauerunt[a]), includentes locum sepulcri Domini. Dicit enim uenerabilis dominus et pater Iacobus de Uitriaco, ierosolimitanus patriarcha[512]), in libro suo, quem de conquesta terre sancte composuit, inter cetera ita scribens: „Est autem sepius nominata et sepe nominanda ciuitas secundum omnes eius partes in monte sublimi sita, muro ualido undique cincta, nec nimia paruitate angusta, nec magnitudine cuiquam fastidiosa. A muro namque usque ad murum habet distanciam quantum quater bonus potest iacere arcus, habens insuper a parte occidentali munitionem ex lapidibus quadris ex cemento et plumbo indissolubiliter compaginatam, que ex uno latere pro muro est ciuitati et turris Dauid appellatur. Ipsa eadem est, que a quibusdam eciam Antonii dicitur et montem Sion habet ab austro, in quo Dauid sibi habitaculum fecit, in quo eciam cum aliis regibus est sepultus. Et eam ciuitatem Dauid appellauit. Mons autem caluarie, in quo Dominus est crucifixus, a parte occidentis erat extra murum ciuitatis, sed Helius Adrianus ciuitatem ipsam per Titum et Uespasianum destructam reparauit et in tantum ampliauit, quod locum crucifixionis et sepulture intra murorum ambitum inclusit, omni situ eius manente ut prius.“ Huc usque uerba domini Iacobi.

Ceterum de portis eius et montibus circa eam positis et locis eius disseramus. 5

Prima igitur erat *porta Dauid*[513]). Que erat in latere montis Sion contra occidentem, ubi erat angulus ciuitatis inferioris oppositus[b]) turri Dauid, in loco illo, ubi due uoragines a se inuicem separabantur, quarum una contra aquilonem, alia procedebat[c]) contra orientem. Et erat ibi testudo[514]) facta ultra uallem contra portam, per quam erat exitus ciuitatis. Ad dextram huius testudinis *Iudas* in sycomoro quodam laqueo *se suspendit*[515]). Ista[d]) *porta* dicebatur *piscium*, quia per eam uia erat de Ioppe et Diospoli[e]) et maritima, unde ducebantur pisces. Dicebatur[f]) autem *negociatorum*, quia per eam uia erat in Bethlehem et in Ebron et Gazam et in Egyptum et Ethiopiam. Dicebatur eciam porta Dauid, quia turris Dauid et ciuitas eiusdem imminebant[g]) desuper.

Secunda porta ab ista fuit in eadem parte muri, respiciens scilicet occidentem,

a) *amplicauerunt* St. *ampliauerunt* h. — b) *in floris oppositis* St. *inferioris oppositus* h. — c) *procedebatur* St. *procedebat* h. — d) *ita* St. *ista* h. — e) *diaspoli* St. — f) *dicebantur* St. *dicebatur* h. — g) *imminebat* St h.

510) *exibunt* 40 *stadia*] Sunt 43 stadia et 25 passus, sed numerus corrotundatus esse videtur.

511) *V milliaria*] 8 stadia aequant unum milliarium romanum.

512) *Dicit enim — patriarcha*] Cf. quae de munere patriarchae h. l. errore Iacobo de Vitriaco adscripto annotavimus supra nota 280 ad VI. 5. Sed ex hoc nostro Burchardi loco, cui superiorem illum adderet licebat, Nicol. Staphorstius in historia ecclesiae hamburgensis partis I vol. III p. 355 efficere voluit, Burchardum Iacobi de Vitriaco tanquam vivi mentionem iniisse („von welchem unser Verfasser als einem noch lebenden redet“). In quo errare videtur. Quum enim tempus praesens verbi *dicit* nihil referat, Staphorstii sententia in eo niti videtur, quod hic pleno nomine, additis honorum, quos dicunt, titulis appelletur Iacobus. Sed cf. Wilbrandum de Aldenborch I. XXVII. 17, ubi Hermannus de Lugoune, quamvis vita defunctus, simili ratione pleno nomine appellatur. Neque intelligimus, cur non honoris et auctoritatis augendae causa scriptorem qualemcunque pleno nomine citare potuerit Burchardus.

513) *porta Dauid*] Nunc porta ioppensis, Bâb el-Khalîl, olim Bab el-Mihrâb. V. Tobler Topogr. v. Jerus. I. 144 sqq. 165 sq. 173.

514) *testudo*] V. Tobler Topogr. v. Jer. I. 211 not. 1.

515) *Iudas — se suspendit*] V. Tobler Top. v. Jerus. I. 211. 249.

sed ab hac distabat contra aquilonem, et dicebatur *uetus*[516]), quia fuit illic a tempore Iebuseorum. Dicebatur autem *iudiciaria*, quando[a]) ante eam iudicium agitabatur et, que iudicata iam erant per sentenciam, extra eam mandabantur executioni. Extra hanc fuit Dominus crucifixus, nam lithostratos[517]), locus scilicet iudicii, est intra muros ciuitatis iuxta eam. Huius porte uestigia adhuc apparent in muro ueteri ciuitatis; in nouo uero muro, qui includit sepulcrum Domini, respondet ei porta eodem nomine appellata. Et ducit in Silo et Bethoron et Gabaon.

Tercia porta est ab ista contra aquilonem, et dicitur *porta Effraym*[518]), quia per eam ad montem Effraym iter erat. In ea conueniebat nouus murus cum ueteri[519]), qui factus fuit propter[b]) sepulcrum Domini includendum. Dicitur nunc *porta sancti Stephani*, qui extra eam fuit lapidatus. Hec ducit in Sichem et Samariam et Galileam.

Quarta porta est ab ista contra orientem in angulo ciuitatis super torrentem Cedron, dicta *porta anguli*[520]). Dicta est eciam *porta Beniamin*[521]), quia per eam fuit uia in Anathoth et in Bethel et in desertum et ad ciuitates alias Beniamin.

Quinta porta erat contra austrum ab ista, et dicitur *sterquilinii*[522]) et *stercoris*, sita super torrentem Cedron. Et per eam descendebant tempore pluuie sordes ciuitatis in torrentem. Per istam similiter erat uia in desertum. Sed non erat porta ista multum populosa, quia loca contra eam posita erant barbare habitationis.

Sexta porta[c]) similiter contra austrum super torrentem Cedron, *porta gregis*[523]) dicta, quia per eam inducebantur greges, que in templo immolande erant, quia piscina probatica prope erat. Dicta fuit eciam *porta uallis*[524]), quia per eam in uallem Iosaphat erat uia. Et distat ab ea sepulcrum beate uirginis quantum iactus est lapidis. Huic imminebat turris, que dicebatur *Phaselus*[525]), ab Herode rege facta. Dicebatur eciam *porta fontis draconis*[526]), quia fons, qui dicebatur draconis, erat ante eam. Et per uiam hanc itur in montem oliueti et in Bethaniam et ad Iordanem.

Septima porta erat ab ista similiter contra austrum, dicta *porta aurea*[527]). Et erat

a) *quando* St. *quia* h. — b) *prope* St. *propter* h. — c) *Sexta porta ab ista* St. Sed libri typis expressi non habent verba *ab ista*.

516) *porta uetus*] V. Tobler Top. v. Jerus. I. 253—257. Qui, quo loco nunc ostenditur, nunquam portam fuisse censet. Cf. Robinson Pal. II. 119, qui eam nunc Serb arabice dici tradit.

517) *lithostratos*] Lithostratos medio aevo dicitur pro lithostrotos. V. Vulg. apud Ioh. XIX. 13. Cf. Tobler Top. v. Jerus. I. 222—227.

518) *porta Effraym*] Porta Ephraim est porta Damasci, Bâb el-Amûd, el-Ghorâb. V. Tobler Top. v. Jer. p. 148 sqq. not. 2, p. 173 not. 6. Robinson Pal. II. 117.

519) *murus cum ueteri*] V. Tobler Topogr. v. Jerus. I. 173 not. 6.

520) *porta anguli*] V. II Chron. XXV. 23. XXVI. 9. Robinson Pal. II. 116. 121 not. 3.

521) *porta Beniamin*] Robinsonum si sequaris, est porta Herodis: v. Pal. II. 171 not. 3. Nunc vocatur Bab es-Saheri.

522) *porta — sterquilinii*] V. Robinson Pal. II. 123 et Tobler Top. v. Jer. I. 178 not. 8. Qui de hoc Burchardi loco disputant. Cf. etiam Tobler Topogr. v. Jerus. I. 151 sq.

523) *porta gregis*] porta ovium. V. Tobler Topogr. v. Jerus. I. 175.

524) *porta uallis*] porta vallis Iosaphat, porta Stephani, Bab el-Asbât s. Sobât. Cf. Tobler Top. v. Jerus. I. 170. 175 not. 2.

525) *turris — Phaselus*] Turris Phasaeli non hic, sed occidentem versus prope Hippicum fuisse iam supra dictum est. V. Tobler Top. v. Jerus. I. 82.

526) *porta fontis draconis*] V. Robinson Pal. II. 117. Nehem. II. 13.

527) *porta aurea*] V. Tobler Top. v. Jerus. I. p. 155—159. p. 164, p. 176—178.

super torrentem Cedron similiter, sed in atrio templi. Hoc tamen scito, quod hec non erat porta ciuitatis, sed templi. Per eam siquidem erat uia de monte olíueti per compendium quoddam ultra uallem Iosaphat per testudinem quandam. Et intra istam erat *porta templi*, que dicebatur *speciosa*[a])[528]). De hac erat uia in Bethaniam et Iericho et Iordanem.

Octaua porta fuit a superiore similiter australis, super torrentem Cedron in ualle sita, inter montem Sion et montem templi. Et dicebatur *porta fontis Siloe* siue *porta aquarum*[529]), quia ducebat ad fontem et natatoriam Siloe et uallem Gehennon[b]) et Acheldemach et ad ortum regis. Ego pocius credo hanc fuisse portam sterquilinii secundum situm locorum, quam aliam supradictam. Nec credo, quod plures porte[c]) fuerint in Ierusalem, quia secundum ciuitatis situm non erant necessarie per totum circuitum montis Sion. Et si porta erat necessaria, tamen nullo modo esse poterat ibi[d])[530]), quia dispositio loci impediebat, qui undique preruptus erat.

Montes[531]) autem circa Ierusalem erant isti. 6

Ab orientali parte ciuitatis erat *mons olíueti*[532]), supra illam, maior et alcior ceteris montibus, qui erant circa illam. In[e]) eius summitate edificata est ecclesia in loco, ubi Dominus ascendit in celum. In cuius medio est locus ibidem et desuper apertura[533]), ut pateat locus eciam in aëre, per quem ascendit. Uerum est, quod lapis ille, in quo stetit[534]), quando ascendit, et qui uestigia eius impressa tenebat, positus fuit ibidem memoria[535]). Lapis uero ille positus est in obstructionem ostii orientalis sine calce, tamen et potest bene aliquis inmittere manum et tangere uestigia, sed non uidere. In latere huius ecclesie adheret capella quedam ad austrum, in qua spelunca[f]) sepulta[g]) est Pelagia[h])[536]), quondam famosa meretrix, quam Dominus postea graciam penitencie ei conferendo reliquit peccatoribus in exemplum. Dicitur, quod in peccato mortali existens inter tumbum eius et murum proximum non potest transire, sed nescio ueritatem; ego uidi multos transire.

In eodem monte contra austrum minus, quam iactus sit lapidis, est alia ecclesia, que *domus panis*[537]) dicitur, ubi Dominus discipulos docuit orare, et Dominicam Orationem in lapide ibi scripsit.

Mons offensionis[538]) contra austrum illi adiacet, competenter altus, sed per uallem

a) *sponsa* St. *speciosa* h. — b) *Iehennō* St h. — c) *partes* St. *porte* h. — d) *ibi* om. St h. — e) *Et* St. *In* editt. — f) *spelunca* St. om. h. — g) *sepulta* om. St. habet h. — h) *pelagiragia* St. Pelagia h. Fortasse legendum est: *Pelagia agia*, i. e. sancta. Cf. Ducange v. *agius*.

528) *porta templi que dic. speciosa*] el-Baha. V. Tobler Top. v. Jer. I. 159, 164, 500 sq.

529) *porta fontis Siloe siue aquarum*] Cf. quae annotavimus ad VIII. 1 nota 432.

530) *ibi*] Particulam hanc e coniectura inserendam duximus.

531) *Montes*] Ante hanc sectionem aliam totam inserit editio veneta.

532) *mons olíueti*] De quo fusius exponit Titus Tobler in libro aureo: Die Siloahquelle u. der Oelberg. St. Gallen 1852.

533) *et desuper apertura*] V. Tobler Die Siloahquelle p. 98.

534) *lapis — stetit*] V. Tobler Die Siloahq. p. 105—113.

535) *memoria*] tanquam res memorabilis.

536) *Pelagia*] V. Tobler Die Siloahq. p. 125—132.

537) *domus panis*] Nunc ecclesia, quae dicitur, Pater Noster. V. Tobler Die Siloahq. p. 239—243 et imprimis p. 242.

538) *mons offensionis*] Hunc montem Robinsono teste primus commemorat Burchardus. V. Robinson Pal. II. 42 not. 1., Tobler Die Siloahq. p. 77—81.

intermediam separantur. Dicitur autem mons offensionis, quia Salomon in eo templum Moloch posuerat e regione templi, Dominum prouocando.

Subter eum eciam contra austrum est locus *Tophet* siue Gehennon.

Inter orientem uero et[a]) austrum respectu ciuitatis situs est ager *Acheldemach*, et mons desuper ualde altus, qui eodem nomine appellatur, et fere tenet totam partem austri contra ciuitatem.

Isti ab occidente adheret *ager fullonis* [539]) et mons desuper eiusdem altitudinis, cuius est prior.

Huic ergo agro fullonis adheret *mons Gion* [540]) ab occidentali parte ciuitatis, ita tamen, ut uia, que precedit de porta Dauid, transeat inter eos. Iste mons Gion ab occidente supereminet ciuitati, sed paulatim deficit, ita ut contra portam ueterem non sit multum altus.

Terra[b]) tamen tumorosa est de cetero contra occidentem et aquilonem usque ad *sepulcrum Helene* [541]), quod est contra portam Beniamin super torrentem Cedron collocatum.

Ultra torrentem uero Cedron in latere aquilonari montis olіueti est mons alius [542]) similiter multum altus, IV stadiis distans ab Ierusalem, ubi Salomon Chamos, idolo Moabitarum, templum construxit, ubi postea tempore Machabeorum et Romanorum edificatum fuit castrum, cuius indicia adhuc ibi sunt, unde Ierosolimite fuerant multipliciter infestati.

Isti montes omnes sunt prope menia ciuitatis, non tamen ita prope, ut inde possit ciuitas instrumentis aliquibus uel ingeniis impugnari.

Et hec de situ ciuitatis et portis et montibus circa ipsam dicta sufficiant. Ceterum ad descriptionem partis terre, que adhuc restat, redeamus.

1 IX. De Ierusalem igitur procedendo II leucis contra angulum, qui est inter occidentem et septentrionem, est *mons Silo* [543]), qui nunc *ad sanctum Samuelem* dicitur, alcior utique omnibus montibus, qui sunt in terra sancta, quantum ad situm; omnibus enim supereminet. Et distat a *Gabaa Saulis* [544]) per unam leucam et plus. In hoc loco fuit archa Domini longo tempore et tabernaculum federis, quod fecerat Moyses in deserto.

2 De ista ad leucam paruam est *Gabaon* [545]), ciuitas Beniamin, sita in eodem monte, unde et ibi dicitur fuisse excelsum maximum [546]). Istius ciuitatis incole miserunt ad Iosue nuncios in Galgale[c]), fraudulenter facientes cum eo pacem, quasi essent in remotis partibus constituti.

a) *et* om. St., habet h. — b) *Tercia* St. *terra* ed Ven. — c) *gagale* St.

539) *ager fullonis*] Quem ab Hakeldama non differre censet Toblerus. V. Tobler Topogr. v. Jer. II. 261 not. 2. Cf. Robinson Pal. II. 178.

540) *mons Gion*] Nomen hoc primus habet Burchardus auctore Robins. Pal. II. 25.

541) *sepulcrum Helenae*] V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 299—301. 303.

542) *et mons alius*] recens Karem-es-Seiâd, Viri Galilaei. V. Tobler Die Siloahquelle u. der Oelberg p. 72—77, imprimis p. 74.

543) *mons Silo*] Est antiqua Mizpa, mons Gaudii, arabice en-Nebi Samwîl, i. e. propheta Samuel, ut dicit Burchardus. V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 874—887.

544) *Gabaa Saulis*] Gibea Beniamin, recens ed-Dschebah. V. Tobler 3. Wanderung p. 157 sq. Vandeveldius, qui Gibeam cum Tuleil el-Fûl componit, errare videtur, nosque cum eo nota 371.

545) *Gabaon*] Gibeon, recens ed-Dschîb. V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 545 sq. V. van de Velde Mem. 315 sq. v. Raumer p. 178.

546) *excelsum maximum*] Nomen *excelsi* h. l. pro substantivo positum est.

De Ierusalem IIII leucis contra occidentem est *Emmaus*[547]), ubi Dominus ambu- 3
lans cum duobus discipulis in specie peregrini agnitus est in fractione panis. Hec hodie
Nicopolis[548]) dicitur.

De Ierusalem III leucis sub monte Silo contra occidentem est *Bethoron inferior*[549]), 4
de qua mentio in libro Iosue[550]) et Machabeorum I[551]).

De Ierusalem IV leucis et dimidia contra occidentem euntibus Diospolim siue 5
Lyddam est *Cariathiarim*[552]), que fuit una de urbibus Gabaonitarum, in qua XX annos
mansit archa Domini, postquam reducta est de Philistiim. A Cariathiarim fere ad occi-
dentem est Lachis[553]), eciam una ex urbibus Gabaonitarum, quam obsedit Sennacherib
temporibus Ezechie[a]).

De Cariathiarim II leucis contra austrum fere est *Bethsames* opidum, quod ad dif- 6
ferenciam alterius, que est in Neptalim[554]), dicitur *Bethsames Iude*[555]), ac tamen in rei
ueritate erat de tribu Dan.

In campo huius uille due uacce de Accaron reduxerunt archam Domini, quando Bethsamite metebant triticum in ualle, et mortui sunt de ipsis LXX millia plebis, eo quod uidissent archam Domini nudam.

De Ierusalem X leucis contra occidentem est *Ramathaym Sophim*[556]), que partim 7

a) Verba: *A Cariathiarim — Ezechie* non sunt apud St.

547) *Emmaus*] Si spectes distantiam, quam Burchardus dat, IV leucarum, h. l. dicitur recens locus el-Kubêbeh, qui cum antiqua Emmao componi vulgo solet; sed idem nec Nicopolis est, neque a ntiqua urbs Emmaus, quae commemoratur ap. Luc. XXIV. 13. Cf. Tobler Top. v. Jer. II. 538—45. v. Raumer p. 169.

548) *Nicopolis*] Antiquior Nicopolis est recens Amwâs, quod nomen, si Robinsonum sequaris, idem est quod *Emmaus*, eaque ipsa est Emmaus illa, quae commemoratur ap. Luc. XXIX. 13. Abest quidem Hierosolymis Amwâs XI millia pass. rom., 7 1/3 horas, et Emmaus, vulgari scriptione si utaris, LX tantum stadia s. 7 1/2 millia pass. rom.; sed scriptio vulgaris repudianda est, quum vera scriptio, quam tuetur auctoritas non sola duorum codicum antiquissimorum, Cyprii seculi IX et Vindobonensis Caesarei seculi VII, et aliorum, nec non versionis syriacae hierosolymitanae seculi V et Italae I, sed etiam *codicis sinaitici*, sit **ἑκατὸν ἑξήκοντα**. Sic igitur legendum est Lucae XXIV, 13, non ἑξήκοντα. Quod suo iure iterum iterumque contendit Robinsonus Pal. III. 281 sq. Cf. N. Forsch. p. 191—196, repugnante quidem Vandeveldio, qui (Memoir p. 309 sq.) iter illud longius fuisse censet, quam quod uno die bis fieri possit; quod negat Robinsonus. Mea quidem sententia verba ap. Luc. XXIV. 33 αὐτῇ τῇ ὥρᾳ cum praecedentibus ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶν coniuncta faciunt cum Robinsono, qui — ut hoc exegetarum causa addam — simili sagacia ap. Ioh. XIX. 14 non ϛ', ἕκτη, sed γ' (τρίτη), quod est ap. Marc. XV. 25, legendum esse invenit, monens insuper, Act. VII. 16. Ἀβραὰμ legi pro Ιακὼβ ex Genesi XXXIII. 18 sq. et Ἱερεμίου nomen retinendum esse ap. Matth. XXVII. 9. V. Robinson N. F. p. 194 n. 1.

549) *Bethoron inferior*] Beth Horon antiqua est recens Beit 'Ur et-tahta (i. e. inferior), quae distinguitur a Beit 'Ur el-foka (i. e. superior), quae est Hierosolymam inter et Lyddam.

550) *Iosue*] XVI. 5, XVII. 13.

551) *Machabeorum I*] VII. 39 sqq. IX. 50.

552) *Cariathiarim*] Kiriath Iearim, nunc Abu Ghôsch. Cf. Ritter XVI. 108. Robinson N. F. p. 205 sq., v. Raumer p. 178. Tobler 3. W. p. 169.

553) *Lachis*] recens Um-Lakhis. V. van de Velde Mem. 329. Ceterum locus hic propter initii sequentis similitudinem apud St. excidisse videtur.

554) *alterius que est in Nephtalim*] Cf. v. Raumer p. 163 not. 160.

555) *Bethsames Iude*] nunc 'Ain Schemes. V. Tobler 3. W. p. 181, van de Velde memoir p. 297 sq., v. Raumer p. 163.

556) *Ramathaym Sophim*] Antiqua Ramah s. Ramathaïm Zophim Vandeveldio auctore est recens Rameh, quae unam prope horam septen-

de tribu Beniamin, partim de tribu Effraym erat, sita tamen in monte Effraym. Planicies enim illa sic appellatur, licet mons non sit, sed campus. Dicta fuit ***Arimathia***, de qua Ioseph, nobilis decurio, qui sepliuit Dominum. Samuel propheta erat de eadem[a]) oriundus et in ea sepultus. Hodie dicitur ***Ramula*** [557]).

8 De Ramula tribus leucis contra occidentem est *Ioppe* ciuitas, ubi Ionas intrauit nauem, uolens fugere a facie Domini in Tharsis, hoc est ad insulas maris.

9 Sub ea est *Iamnia*[b]) [558]), portus alius Iudee, ad II leucas contra austrum. Quem portum cepit Iudas Machabeus et succendit.

10 De Ierusalem II leucis contra austrum sita est *Bethlehem* [559]), ciuitas illa ueri Dauid ortu[c]) insignis, in sinistra parte uie, que ducit Ebron, extra uiam tamen ad iactum arcus unius. Prius tamen occurrit *sepulcrum Rachel* [560]), ad dextram, iuxta uiam. Contra uero Bethlehem est *turris Ader* [561]) siue *gregis*, ubi Iacob dicitur aliquanto tempore post mortem Rachelis mansisse et pecora sua pauisse. Ibidem eciam pastores custodientes uigilias[d]) noctis super gregem suum in hora natiuitatis Christi uiderunt et audierunt angelos cantantes „Gloria in excelsis.“ Qui eciam nunciauerunt natum Saluatorem.

Bethlehem uero sita est in monte competenter alto, sed arto, qui ab oriente in occidentem se extendit. Ab occidente habet introitum, et ibi est cisterna iuxta portam, de qua Dauid [562]) desiderauit bibere, cum esset in presidio.

In fine uero orientali [563]) ciuitatis eiusdem sub rupe, que erat iuxta murum ciuitatis et secundum morem terre illius uidetur fuisse locus pro stabulo, habens presepe excisum de petra, ut moris est facere presepia, ortus est huic mundo de uirgine matre sol iusticie, Christus Iesus, ostendens se sua natiuitate sordes et tenebras mundi ablaturum, eo quod sordibus nasci et oriri uoluit talis loci.

Iuxta uero predictam rupem est alia capacior, IV tamen pedibus distans, sub qua erat presepe, in quo dulcis puer ille mox natus coram boue et asino inuolutus fuerat reclinatus. Uidetur tamen mihi pro certo una tantum rupes fuisse, sed factum est ostium in medio per rupem, per quod in chorum de capella illa est ascensus. Ad locum autem dulcissime natiuitatis descenditur ab ecclesia in capellam per X gradus, cuius causas superius assignaui [564]). Est autem capella ista tota interius facta de opere musiuo et strata marmore et sumptuose ualde facta. Super locum illum, ubi beata uirgo peperit, potest dici missa super tabulam marmoream, que strata est ibi. De lapide eciam nudo uidetur ibi pars, ubi natus est Christus. Similiter eciam quedam pars presepis, in quo

a) *erat de qua* St. *fuit de ea* h. — b) *iamia* St. *iania* h. — c) *ortus* St h. — d) ***uigilias*** om. St., habet h.

trionem versus Hebrone distat. Robinsoni autem sententia est Sûba. Burchardus vero nec Rameh, nec Sûbam, sed Ramleh dicere et adiisse videtur. — Cf. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 905; Robinson Pal. II. 533 sqq.; van de Velde memoir p. 241.

557) *Arimathia — Ramula*] Arimathiam Ramulam non esse docet Tobler Topogr. v. Jerus. II. 802.

558) *Iamnia*] Antiqua Iabne, Iabneel est recens Iebna. Cf. Tobler 3. Wanderung p. 23 sq., v. Raumer p. 184, Ritter XVI. 125—127.

559) *Bethlehem*] De hac singulari descriptione exponit Titus Toblerus libro inscripto: Bethlehem in Palästina. St. Gallen u. Bern 1849.

560) *sepulcrum Rachel*] V. Tobler Topogr. v. Jerus. 782 sqq.

561) *turris Ader*] Gader, מגדל עדר. Cf. Tobler Bethlehem p. 256.

562) *cisterna — Dauid*] V. Tobler Bethlehem p. 263 n. 3.

563) *in fine uero orientali*] V. Tobler Bethl. p. 141.

564) *cuius caussas superius assignaui*] VI. 1.

iacuit Christus, relicta est nuda. Que loca fideles deuotissime osculantur. Ego steti nocte una in hijs duobus locis, nunc istum, nunc illum osculando. Non uidi nec audiui aliquem, qui dixerit se uidisse ecclesiam tam deuotam toto orbe terrarum. Sunt enim in ea columpne marmoree per quatuor ordines disposite nobilissime non solum multitudine, sed magnitudine stupende. Preterea nauis ipsa ecclesie desuper columpnas usque ad trabes facta est de opere musiuo pulcherrimo et nobilissimo [de[a]) omnibus historiis a creatione mundi usque ad aduentum Domini ad iudicium] [565]). Totum insuper pauimentum ecclesie stratum est marmore diuersorum colorum, quod pictura decorat de omnibus historiis a creatione mundi usque ad aduentum Domini ad iudicium, quarum[b]) precium secundum opinionem multorum non potest estimari. Incredibilia quedam possent de opere huius ecclesie scribi. Sarraceni quidem omnes ecclesias beate uirginis honorant, sed precipue istam. Uidi ego in ecclesia ista miraculum gloriosum. Soldanus, uidens in ecclesia illa ornatum et tabulas et columpnas omnes preciosas ualde, precepit omnia deponi et portari in Babyloniam, uolens inde palacium suum edificare. Mira res! artificibus cum instrumentis accedentibus ipso adhuc astante Soldano cum multis aliis de sano et integro pariete, quem nec acus uidebatur penetrare, serpens mire magnitudinis exiuit primeque tabule, que occurrit, morsum dedit. Tabula per transuersum crepuit. Secundam adiit terciamque et quartam et deinceps usque ad tricesimam, et ita omnibus accidit. Omnibus stupentibus et ipso Soldano continuo propositum reuocante[c]) serpens disparuit. Remansit igitur ecclesia et remanet usque hodie sicut prius; uestigia tamen corporis serpentis apparent[d]) usque hodie eciam singulis tabulis, quas transiuit, quasi combustio quedam igne facta. Et super omnia mirabile uidetur, quomodo serpens ille procedere potuit per transuersum in pariete, qui erat planus et politissimus, sicut uitrum.

In exitu huius ecclesie contra aquilonem est ambitus claustri monachorum, in quo est *cella beati Ieronimi* [566]) et lectus eius et sepulcrum et officine claustri, in quo legitur beatus Ieronimus prefuisse. In australi parte chori ostenditur locus, ubi magna pars innocentium[e]) dicitur interfecta et ibidem sepulta.

De ecclesia ista quantum est iactus lapidis fere contra orientem est *ecclesia sancte Paule et Eustochii* [567]). Ubi eciam sunt sepulcra earundem.

De Bethlehem ad dimidiam leucam contra occidentem est uilla nomine *Bezek* [568]), 11
que habundat optimo uino, ita quod in terra illa non inuenitur melius. Incole huius uille omnes sunt Christiani. Isti colunt uineas has et uillarum adiacencium in descensu uallis Raphaym[f]) usque ad torrentem botri, et habent priuilegium a Soldano ibi manendi et colendi eas, et reddunt Soldano magnum inde censum.

De Bethlehem VI leucis contra orientem supra mare mortuum est mons *Engaddi* [569]), 12
de quo dictum est supra.

a) Verba *de omnibus — ad iudicium hoc* loco errore ponunt St h. — b) *quantum* St. *quarum* h. — c) *reuocantibus* St. *reuocante* h. — d) *agent* St. *apparent* h. — e) *innocentum* St h. — f) *raphai* St.

565) *de omnibus historiis — ad iudicium*] Haec verba suo, nisi fallor, loco enunciationis continuo sequentis casu quodam mota, quo pertinere videbantur, a nobis inserta sunt.

566) *cella beati Ieronimi*] V. Tobler Bethl. p. 194.

567) *Paule et Eustochii*] V. Tobler Bethlehem p. 199 sq.

568) *Bezek*] V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 413.

569) *Engaddi — supra*] VII. 52.

13 De Engaddi III leucis contra austrum est collis *Achila*[a]), qui postea edificato ibi ab Herode castro inexpugnabili *Masada*[570]) est appellatus. In hoc loco Dauid Saulem fugiens aliquociens latuisse dicitur.

14 De Bethlehem II leucis contra Achilam est ciuitas *Tecua*, in monte sita, de qua fuit Amos propheta, qui eciam sepultus est ibidem, quem Ochosias, rex Ierusalem, nocte per tempora transfixum interfecit.

Huic ciuitati adiacet desertum Tecue.

15 Inter Tecuam et Engaddi est *uallis benedictionis*[571]), ubi Iosaphat, rex Iuda, pugnauit contra Ydumeos et filios Ammon, et uicit eos.

16 Iuxta hunc locum ad unam leucam est castrum quoddam ab Herode Magno edificatum, quod *Herodium*[572]) dicitur, alto loco situm, ubi idem est sepultus, ut dicit Iosephus[573]).

17 De Tecua ad V leucas inter orientem et austrum est *Ziph*[574]) opidum, iuxta desertum, quod eciam Ziph dicitur, ubi legitur Dauid latuisse[575]).

18 Huic contra austrum adiacet desertum *Maon*[b][576]), in quo est mons Carmelus[577]), ubi habitabat Nabal Carmelus, qui nuncios Dauid repulit.

19 Deserto Maon contra austrum adiacet terra Amalech[c])[578]). Contra maris mortui linguam[579]) est *Cades Barne*[580]), de quo Moyses misit XII exploratores.

20 De Bethlehem III leucis contra austrum, uia, que ducit Ebron, est *Bethacarem*[d])[581]) uilla, in alto loco sita. Cui ad austrum adiacet alia uilla, *Rama*[582]) nomine, excelsa ualde, in qua in colle sublimi stans cum aliis multis uidi totam terram Arabie usque ad

a) *Achila* om. St. *achyle* h. — b) *Machon* St. — c) *amaleht* St. — d) *bethaca* St.

570) *Achila — Masada*] Hunc Burchardi locum tractat Robinson (Pal. II. 395 nota V, quae incipit p. 394), nescius tamen, Burchardum primum, non Breydenbachium vel Adrichomium, collem Achillae cum Masada componere. Masada est recens Sebbeh. V. Ritter XV (1). 656—660; van de Velde memoir p. 333.

571) *uallis benedictionis*] Kaphar Barucha. V. Ritter XV (1). 635. II Chron. 20. 26 memoratur עֵמֶק בְּרָכָה.

572) *Herodium*] Robinsonus Pal. II. 396 Herodium in monte Francorum ponit, negante Toblero Topogr. v. Jerus. II. 569 sq.

573) *Iosephus*] B. J. I. 21, 10.

574) *Ziph*] Siph, Tell-Siph, $1^3/_4$ horas inter ortum brumalem et meridiem versus Hebrone distare statuitur. V. v. Raumer p. 201, Ritter XV (1). 636, van de Velde memoir p. 535.

575) *latuisse*] Cf. I Sam. XXIII. 14, XXV. 2 sq.

576) *desertum Maon*] Cf. Ritter XV (1). 639, v. Raumer 191 sq. et van de Velde Mem. p. 332, qui omnes urbem recentem Ma'în commemorant.

577) *est mons Carmelus*] Haec hausta sunt ex Samuelis I. 25. 2: Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, *et possessio eius in Carmelo.* — Sed haec est urbs Carmelus, non mons, id quod vidit Ritter XV (1). 638 sq. Est recens Kurmul, Chermule.

578) *terra Amalech*] Haec antiquitus inter Seir et Engaddi sita erat.

579) *Contra maris mortui linguam*] Lingua quum sit promontorium, Cades Barnea non fini maris mortui meridiem versus supposita, sed aliquanto superius e regione promontorii illius mare intrantis opposita fuisse videtur. Sed in re tam difficili nihil pro certo affirmarim.

580) *Cades Barne*] Cades Barnea aliis in recens 'Ain el-Weibek, aliis in 'Ain Hasb convenire videtur. Cf. notam praecedentem et v. Raumer p. 189.

581) *Bethacarem*] Beth-Haccerem, recens Dschebel Fureidis s. el-Feredis. V. v. Raumer p. 202, Tobler Topogr. v. Jerus. II. 570 sq.; van de Velde mem. p. 295.

582) *Rama*] Rittero teste Fabri, Burchardum, ut videtur, secutus, Ramam in monte Francorum s. paradisi, recente Dschebel el-Feredîs, ponit. V. Ritter XV (1). 620.

montem Seyr et omnia loca circa mare mortuum et loca latibulorum Dauid; Iordanem insuper usque Sethim et usque ad montem Abarim. Contra occidentem uero uidi totum littus maris magni ab Ioppe usque Gazam et Bersabee usque ad desertum Sur; totam insuper terram Philistiim, a Ramathaym Sophim per Geth et Accaron et Azotum et Iamniam et Ascalonam cum omni planicie sub monte Iuda.

De Rama plus quam leuca, ad dextram, prope uiam regiam, que ducit Ebron, est 21
Mambre[a])[583]), ubi habitabat Abraham longo tempore, ubi sedens ad ilicem[584]) Mambre in ostio tabernaculi sui uidit tres uiros astantes et cetera, ut dicitur Genesi[585]). Ilex illa hodie ostenditur ante ostium tabernaculi Abrahe. Uerum illa uetus aruit, sed de radice eius alia nata est.

De ilice Mambre per dimidiam leucam ad dextram iuxta uiam est *Ebron*[586]), illa 22
uetus ciuitas, quondam *Cariatharbe*[b])[587]) dicta, in qua regnauit Dauid septem annis, in monte sita[c]) bene alto et firmo, sed omnino est destructa. Et sunt ruine eius magne, et uidetur fuisse gloriosa.

De ista ciuitate quantum potest arcus iacere contra austrum est *Ebron noua*[588]), 23
edificata in loco, ubi erat spelunca duplex, in qua sepulti sunt Adam et Eua, Abraham et Sara, Ysaac et Rebecca, Iacob et Lia. Sarraceni circa[d]) hanc speluncam duplicem edificauerunt munitionem, firmam ualde, in qua erat ecclesia kathedralis, in cuius muris uidi lapides XXVI, XXVIII et XXX[e]) pedum, et non uidi in sicco et plano locum aliquem ita firmum. Sepulcrum patriarcharum uisitaui in loco isto, et mansi in eo una nocte.

De spelunca duplici contra occidentem, quantum iacere potest arcus, est *ager da-* 24
mascenus[589]), in quo loco plasmatus fuit Adam. Ager iste in rei ueritate ualde rubeam habet terram, que omnino flexibilis, sicut cera. De qua tuli in magna quantitate. Similiter faciunt peregrini alii et Christiani uisitantes loca ista. Sarraceni insuper terram istam portant camelis in Egyptum et Ethiopiam et Yndiam et ad alia loca, pro speciebus ualde caris uendentes eam. Et tamen modica apparet fossio illo[f]) in loco. Dicitur enim, quod anno reuoluto, quantumcunque magna sit fossio, semper miraculose repletur. Sed oblitus fui querere rei ueritatem; hoc tamen dico, quod modica fuit fossio, cum essem ibi, ita quod uix quatuor uiri sedissent in ea; nec erat profundior, quam usque scapulas meas. Dicitur tamen, quod, quicunque terram istam secum portat, animal[g]) eum non offendit. Hominem insuper dicitur a casu conseruare. Uallis ista contra Ebron fertilis est nimis et amena.

De fossa ista contra austrum ad iactum arcus est locus, ubi Cayn Abel, fratrem 25

a) *manbre* St. — b) *atharbe* St h. — c) *sita et* St. — d) *circa* om. St., habet h. — e) 26, 28 *et* 20 *pedum* St. — f) *illa* St h. — g) *ail mal* St. *animal* h.

583) *Mambre*] Nunc er-Râm prope Hebron. Vid. v. Raumer p. 182 n. 797. Qui citat Robinsonum Biblioth. sacra 1843 n. 1 p. 52 sq.

584) *ilicem*] Quam *sindiân* dicunt Arabes. V. Ritter XVI. 222 sqq. Cf. Robinson Pal. II. 717 sq.

585) *Genesi*] XVIII. 1—3.

586) *Ebron*] Hebron a crucesignatis appellabatur castellum sancti Abrahami. De quo v. Ritter XVI. 210.

587) *Cariatharbe*] Est Kiriath Arba s. urbs Arba. V. Ritter XVI. 211 sq.

588) *Ebron noua*] recens el-Khalil s. Khŭlil, i. e. amicus, s. Abrahamus, amicus Dei. Sed eadem a seculo inde XII Tell-Beilûn fuisse traditur. Denique alii alios ei locos assignant. V. van de Velde Mem. p. 319 sq.

589) *ager damascenus*] V. Ritter XVI. 212 sq.

suum, interfecit[590]. Item de fossa eadem contra occidentem, quantum bis potest iacere arcus, in monte quodam a latere Ebron est spelunca quedam in rupe, ubi Adam et Eua[591] Abel, filium suum, luxerunt C annis. Sunt hodie in spelunca lecti amborum et fons intus scaturiens, de quo biberunt.

26 De Ebron II leucis contra austrum est *Dabir*, que est *Cariathsepher*[592], id est ciuitas literarum, quam cepit Othoniel, filius[a] Cenez[b], frater Caleb iunior, et dedit ei Axam, filiam suam[593].

27 De Ebron II leucis contra aquilonem est Neheleschol[c][594], i. e. torrens botri[595] uel uallis lacrimarum, unde exploratores tulerunt palmitem[d], cum uua sua[596], quam portabant in uecte[e] duo uiri.

Ad leuam huius uallis per dimidiam leucam descendit riuus, in quo Philippus baptizauit eunuchum[597].

28 De Neheleschol IV leucis contra Ierusalem est *domus Zacharie*[598], in quam intrauit beata uirgo et salutauit Elizabeth. Ubi eciam natus beatus Iohannes baptista.

29 De domo illa II leucis contra aquilonem est *Nobe*[599], ciuitas sacerdotum, ubi Dauid ab Abimelech sacerdote accepit gladium Goliad Gethei.

30 De Bethlehem una leuca et plus, uia, que ducit Tecuam, est *sepulcrum sancti Karioth*[f][600] abbatis cum suis monachis, qui omnes eo migrante migrauerunt. Et fuit quondam concursus magnus ad locum ipsum.

INCIPIT PRIMA DIUISIO QUARTE AUSTRALIS.

1 X. Prima diuisio quarte australis incipit ab Accon, sicut omnes alie. In qua primo IIII leucis de Accon occurrit ciuitas *Cayphas*[601], sub pede montis Carmeli.

2 De Caypha III leucis contra austrum est *Castrum peregrinorum*[602] fratrum mi-

a) Verba *Othoniel filius* om. St h. — b) *Cenez super Caleph* St. — c) *necllechol* St. — d) *planiciem* St. *palmitem* h. — e) *nocte* St h. *uecte* Ed. Ven. — f) *Karrioth* St. Cod. Bern. habet *Kariton*.

590) *Cayn — interfecit*] V. Ritter XVI 213.

591) *Adam et Eua*] V. Ritter XVI. 213.

592) *Dabir, que est Cariathsepher*] Debir, Kiriath Sannah s. Sepher, est *Dilbeh*, nunc ruinae in via ad Doberijeh ducente, duas prope horas ab Hebrone distans. V. Ritter XVI. 151—153, qui iniuria, ut videtur, Burchardo neglecto, post Hieronymum neminem urbem Debir descripsisse dicit.

593) *Othoniel — suam*] Iosuae capitis XV versu 17 perpenso verba *Othoniel filius* librarii incuria omissa esse videbamus.

594) *Neheleschol*] V. Robinson Pal. I. 356, Ritter XVI. 221 sq. Num. XIII. 25.

595) *torrens botri*] Robinsonus Pal. I. 356 nota 1 ab Escol, Abrahami socio, nomen ductum esse coniicit.

596) *cum uua sua*] V. Num. XIII. 24.

597) *Philippus — eunuchum*] Est recens 'Ain Hani'eh, fons sancti Philippi. V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 767—782.

598) *domus Zachariae*] Prope 'Ain Kâ'rim est Mâr Sakârîeh, domus Zachariae, quae sunt ruinae ampliores. V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 354—394. Qui recentem Iuttam, quae sit antiqua urbs Iuda, verum nati Iohannis baptistae locum esse coniicit.

599) *Nobe*] Bethannaba, nunc Bêt Nûba, ad introitum Wâdi Soleimân, vallis Salomonis: v. van de Velde Mem. p. 337. Robinson N. F. p. 190. Tobler 3. Wanderung p. 188 sq.

600) *sepulcrum sancti Karioth*] De sancto Charitone v. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 509—529, imprimis p. 525. Nunc ibi est Chörbet Chareitûn. Vandeveldius scribit Khûreitûm in tab. geogr. sect. VII. Mag. Thietmarus anno 1217 commemorat monasterium sancti Karioth. V. Mag. Thietmari Peregrinationem X. 22 p. 29.

601) *Cayphas*] Hepha s. Kepha Talmudi, Συκάμινος Graecorum, nunc Hâifa s. Khaifa. Cf. van de Velde memoir p. 320.

602) *Castrum peregrinorum*] Castellum pere-

licie templi[603]), munitum pre omnibus locis, que unquam possederunt Christiani. Et est situm in corde maris, munitum muris et antemuralibus[a]) et barbicanis ita fortibus et turribus, quod non deberet expugnare totus mundus.

De Caypha ad unam leucam, ad sinistram, que ducit ad Castrum peregrinorum, su- 3
pra montem Carmeli est *spelunca Helie*[604]) et *mansio Helisei* et fons, ubi habitabant filii prophetarum in Carmelo et habitant hodie fratres de Carmelo[605]). Et fui cum ipsis ibidem.

De Castro peregrinorum ad quinque leucas[b]) est *Cesarea, Palestine* metropolis, que 4
fuit sedes archiepiscopalis. Hec primo dicebatur *Dora*[606]), postea *Pyrgus Stratonis*[607]), sed Herodes Magnus eam instaurauit et Cesaream appellauit. De cuius structura et munitione Iosephus[608]) multa scribit. Cingitur ab occidente mari magno, ab oriente palude quadam dulci et profunda, in qua est multitudo cocodrillorum. Et incideram ibi in periculum ualde magnum, nisi Dominus misericorditer abstulisset. Situm quidem habet firmum, sed hodie penitus est destructa[609]). Mansionem habuit in ea Philippus et filie eius. Petrus eciam in ea baptizauit Cornelium centurionem, qui primus in ea fuit episcopus[610b]). Paulus eciam in ea coram rege Agrippa et Felice preside contra Tertullum oratorem elegantissime disputauit.

De Cesarea III leucis contra austrum est uilla *Assur*[610]) dicta; quondam tamen 5
Antipatrida[611]) dicebatur ab Antipatre, patre Herodis Magni. Que fuit fratrum de hospitali sancti Iohannis, qui licet eam perdiderunt[612]), tamen soluunt domino de Assur et heredibus eius XXXVIII milia bysantinorum aureorum singulis annis.

De Assur IV leucis contra orientem est *Machmethath*[c]), nunc *Chaco*[613]) dicta, in 6

a) *ante mirabilibus* St. — b) St. quidem habet: unam leucam, sed signo numerali corrupto. Quare correximus. Cf. Itinerarium XI. — c) *Manerith mēcharo dicta* St. *est manerith nunc Katho dicta* h.

grinorum, Petra incisa, nunc Athlît. Cf. van de Velde mem. p. 303, Ritter XVI. 614—617.

603) *fratrum milicie templi*] usque ad annum 1291, quo a Saracenis capta est.

604) *spelunca Helie et mansio Helisei*] De scholis, quas dicunt, Eliae et Elisaei s. Elisae v. Ritter XVI. 716.

605) *fratres de Carmelo*] Cf. Ritter XVI. 716—721.

606) *Dor*] Dor non convenit in Caesaream Palaestinae, a qua $2\frac{1}{2}$ horas abest, sed antiqua Naphoth Dor est recens Tantura s. Tortura, ita tamen, ut unum milliarium anglicanum intersit inter urbem antiquam et pagum recentem. V. van de Velde mem. p. 307. Cf. v. Raumer p. 138.

607) *Pyrgus Stratonis*] Στράτωνος Πύργος. Cf. Strab. XVI. 758. Ritter XVI. 598.

608) *Iosephus*] Ant. XIII. 11, 2. XV. 9, 6. XVI. 5, 1. B. J. I. 21, 5—7. III. 9, 1.

609) *sed hodie penitus destructa*] Caesaream Palaestinae anno 1268 diruit Bibarsius Sultanus. V. Wilken Kr. VII. 475.

610) *Assur*] recens Arsûf. Vulgo in antiquam Apolloniam convenire statuitur, sed vide de hac quaestione Raumerum disputantem p. 133 nota 97.

610b) *Cornelium — episcopus*] V. v. Raumer p. 137.

611) *Antipatrida*] Antipatris antiqua cum Assur s. Arsûf ne confundatur monet, erroris igitur arguens Burchardum, Robinsonus Pal. III. 285 nota V. Antipatris, quam formam in Antipatridam depravant medii scriptores aevi, Vandeveldius coniicit esse recens Medschdel Iâba, Carolus a Raumer, quem alii sequuntur, Kefr Saba, quibuscum facit antiquum nomen Capharsabae ap. Ioseph. Ant. XIII. 15. 1. XVI. 5, 2. Cf. Robinson N. F. p. 179 sq. Sed iniuria a Robinsono praeteritur Burchardus. Cf. etiam v. Raumer p. 131 n. 95 c.

612) *Que fuit fratrum — perdiderunt*] anno 1265. Cf. Wilken Kr. VII. 476—478.

613) *Machmethath, nunc Chaco*] Marinus Sanutus, cuius fons est Burchardus, in tabula geogr. habet *Caco manatat*. Antiqua igitur est scriptio illa, quam nihilo tamen secius emendandam esse ducebat qui curavit editionem venetam. Chaco est recens Kakûn, id quod invenit Ritterus XVI. 714.

planicie sub monte Effraym sita, non longe a monte Saron. In hac presidium militum posuerunt Sarraceni contra Castrum peregrinorum.

7 Deinde IV leucis contra austrum est opidum *Sarona*, cuius mentio fit in Actibus apostolorum[614].

8 De Assur sunt VIII leuce usque *Ioppe*, que est supra mare sita. De qua dictum est supra.

9 De Ioppe IV leucis est *Geth*[615], non longe a mari sita, quondam una de ciuitatibus Philistinorum.

10 De Geth II leucis contra austrum est *Bethsames Iude*, de qua dictum est supra[616].

11 De Bethsames duabus leucis contra austrum in monte Iuda uidetur mons *Modin*[617], de quo oriundi erant Machabei. Et monstrantur hodie sepulcra eorum illic eciam procul, ita ut uideantur in mari, quia alte situs est locus.

12 De Bethsames IV leucis contra austrum non longe a mari *Accaron*[618] est, ciuitas secunda de V urbibus Philistinorum. Nunc est modicum casale.

13 De Accaron IV leucis contra austrum est *Azotus*[619], tercia de V ciuitatibus Philistinorum. Et est nunc similiter paruum casale.

14 De Ioppe II leucis est *Lydda* siue *Diospolis*, de qua dictum est supra[620]. Inde II leucis contra orientem est *Lebna*[621], quam cepit Iosue et obsedit Sennacherib. Inde III leucis, uia, que ducit in Gabaa, est *Azeca*[622] opidum, et *Maceda*[a][623] iuxta illud, que ambo cepit Iosue, cum liberasset Gabaonitas. Ubi se in spelunca absconderunt V reges. Inde III leucis contra orientem non longe a Nobe est *Sochoth Iude*[624], iuxta uallem terebinthi[625], ubi Dauid puer in funda et lapide interfecit Goliad Getheum.

15 De Nobe sunt III leuce usque in *Emmaus*, que hodie Nicopolis appellatur.

16 De Emmaus leuca et dimidia ascenditur per uallem Raphaym a latere domus Zacharie, que relinquitur ad dextram euntibus Ierusalem, et de eadem domo per leucam et

a) *acceda opidum et maceda* St.

Urbs Kakôn memoratur ap. Robinsonum Pal. II. 534 sq., 545, 551, 554. Iosuae XVII. 7 commemoratur Machmethat, quae respiciat Sichem, ubi Lutherus dedit Michmethat. Editio antverpiensis anni 1536 habet: Manathat, nunc Kato dicta. Cf. v. Raumer p. 142.

614) *Sarona apostolorum*] IX. 35. Latet, nisi fallor, urbs illa nostrae aetatis geographos, quum ne Raumero quidem nota esse videatur. Sed villa Saron adhuc exstat in media planicie sita. Quam in eam, quae commemoratur Iosuae XII. 18, convenire censent Bachiene et Rosenmullerus. Cf. Wiener Realwörterbuch p. 451.

615) *Geth*] Gath. V. Robins. Pal. II. 690—693.

616) *de qua dictum est supra*] IX. 6.

617) *Modin*] Mons Modin differt ab urbe, Modin; mons Modin est mons Sôba. Cf. Robinson Pal. II. 581 sq. Ritter XVI. 111.

618) *Accaron*] Ekron, Akir. V. Robinson Pal. III. 230, Ritter XV (1). 101. Tobler 3. W. p. 53 n. 207. Qui *Akir* pronuntiat, non *âkir*.

619) *Azotus*] Asdôd. V. Tobler 3. W. p. 23 n. 60.

620) *de qua dictum est supra*] IX. 5.

621) *Lebna*] Libnah antiqua erat in recente Tell (colle) 'Arak el-Menschijeh, inter Sumeil (Makkedah) et Um-Lachis, id quod persuasum habet van de Velde p. 330. Cf. v. Raumer p. 190. Quae quum 2 horas absit a Bêt Dschibrîn, apparet, Burchardum alium atque hunc locum dicere.

622) *Azeca*] Antiqua Azeca est recens Ahbek, $1\frac{1}{2}$ milliaria a Damûn sita. V. van de Velde Memoir p. 290 sq. Quam tamen Burchardus h. l. dicere nequit.

623) *Maceda*] Makkedah, recens Sumeil, $2\frac{1}{2}$ mill. a Bêt Dschibrîn. V. v. Raumer p. 191, van de Velde Mem. p. 332.

624) *Sochoth Iude*] nunc Schuweikeh in Wâdi Masar, $2\frac{1}{2}$ horas a Bêt Dschibrîn. V. van de Velde mem. p. 349, I Sam. XVII. 3.

625) *uallem terebinthi*] Cf. I Sam. XVII. 3.

dimidiam est castrum ualde munitum, *Bethsura*[626]), situm a latere montis contra Bethsech[627]) et Bethlehem.

De Azoto VI leucis contra austrum est *Ascalona*, quarta ciuitas Philistinorum, in 17
littore maris sita, formam habens semicirculi, munita ualde.

De Ascalona V leucis contra austrum est *Gaza*[628]) ciuitas, sita in littore maris. 18
Nunc communiter dicitur *Gazara*[a])[629]).

De Gaza sunt IV leuce usque *Bersabee*[630]), que nunc *Giblin*[631]) dicitur, et est ter- 19
minus Iudee et terre promissionis contra austrum.

Has partes terre promissionis, que cesserunt in sortem tribus Iude, sequitur desertum illud magnum, quod extenditur usque ad flumen Egypti, in quo multo tempore filii Israel manserunt, de loco in locum transeuntes.

Hec de terra ista et de locis eius dicta sufficiant.

DE LONGITUDINE ET LATITUDINE TERRE SANCTE.

XI. Ceterum de longitudine et latitudine, secundum quod eam diligencius consi- 1
derare potui, subiungam.

Sciendum igitur, quod longitudo terre sancte ab aquilone incipit sub monte Libano, ubi sita est Cesarea Philippi, et extenditur usque ad austrum in Bersabee Iude, quod est contra austrum. Longitudo tamen eius et latitudo, quam X tribus inhabitabant, non est multum spaciosa, secundum quod potui melius inuestigare eam oculis contemplando et pedibus peragendo. Uidetur autem mihi tanta esse, quantam inferius describam. Uerum est, quod ultra Iordanem non multum processi, et terram duarum tribuum et dimidie non transiui, et ideo non pono eam. Uidetur tamen mihi longitudo eius, que se extendit a capite maris Galilee septentrionali usque ad torrentem Arnon, ubi terminatur, fere 47[b]) longitudine leucarum. Terram autem decem tribuum citra Iordanem in longitudine et latitudine Iosephus[632]) sic describit:

Tribus Iudâ superiorem obtinuit regionem. Que in longitudine quidem extenditur 2
ab Egypto usque Ierosolimam, et dicitur habere II dietas[c])[633]); in latitudine uero a mari mortuo usque ad mare magnum contra occidentem; quod est spacium XV leucarum.

Tribui Simeonis in ipsa tribu Iuda obuenit pars, que est iuxta Egyptum in monte 3
Abarim[d]).

a) *gazaca* St. — b) 27 leucarum. Ed. ven. — c) XII dietas. St. VII d. Ed. ven. — d) *monte Arabie* St h. Ed. Ven. *Abarim* e coniectura dedi.

626) *Bethsura*] Beth-Zur, nunc Bêt-Sûr dirutum prope 'Ain ed-Dirweh Hebron inter et Hierosolymam. V. v. Raumer p. 163.

627) *Bethsech*] Alias Bethseca, Bethzecha, Beseth. Raumeri e coniectura fortasse idem est quod Bezek. Vid. R. p. 163.

628) *Gaza*] Cf. Robinson Pal. II. 636—647.

629) *Gazara*] Ita Ioseph. Ant. VII. 41, XIII. 6, 6, quem citat Robinsonus Pal. II. 647 nota 7, hunc Burchardi locum commentans.

630) *Bersabee*] Beer-Scheba antiqua nunc dicitur Bîr es-Seba s. Bir Szabea. De qua vide v. Raumer p. 158, Robinson Pal. I. 337—341. Sed crucesignatorum temporibus Bêt Dschibrîn pro Berseba habitam esse docet Robinson Pal. I. 340 sq. Tobler 3 W. p. 147 n. 389. *Giblin* igitur fortasse idem est quod Bêt Dschibrîn.

631) *Giblin*] Guilielmus Tyrius historiae l. XIV cap. XXII p. 865 Bersabeam tradit esse Bethgebrim s. domum Gabrielis.

632) *Iosephus*] Ant. V. 1, 22. XV.

633) *II dietas*] E numero XII verum, qui est II, efficere ausi sumus. Alioquin non quadraret computus finalis.

4 Beniaminite terram[a]) sortiti sunt a Iordane usque ad mare magnum, longitudine XV leucarum, latitudine uero ab Ierusalem usque ad Bethel IV leucarum.

5 Tribus Effraym sortita est terram a Iordane flumine usque Gaderam, longitudine XVI leucarum, latitudine uero usque ad campum magnum, ubi incipit Galilea, XIII[b]) leucarum.

6 Tribus Manasses medietas, que citra Iordanem, accepit sortem ab ipso Iordanis fluuio usque mare magnum, longitudine[c]) XII[d]) leucarum, latitudine[e]) uero usque Bethsan V[f]) leucarum.

7 Tribus Ysachar Iordanem et Carmelum accepit, longitudine VIII leucarum, latitudine uero de Bethsan usque ad montem Itabyrion[g])[634]) V leucarum.

8 Tribus Zabulon Carmelum prope Cayn montem[h]) usque Genezareth, longitudine IX leucarum, latitudine uero a monte Tabor per conuallem Carmelion V leucarum.

9 Tribus Aser totam terram a Carmelo usque ad Sidonem, spacium XX leucarum in longitudine, in latitudine uero a mari magno usque Naason et Kabul IX leucarum.

10 Tribus autem Neptalim accepit partes ad orientem conuersas usque ad Damascum et Galileam, in longitudine X leucas, in latitudine uero a mari Galilee usque ad Libanum VII[i]) leucas.

11 Tribus Dan loca conuallis iuxta mare magnum ad solis occasum accepit, ab austro Azoto, ab aquilone Dora determinata fuit. Hec longitudo eius. In latitudine uero huius partis milliaria non pono.

12 Secundum predictam igitur descriptionem tota terra sancta, que est citra Iordanem, nunquam uidetur excedere spacium XL[k]) leucarum in latitudine, que est a Iordane usque ad mare magnum, hoc est ab oriente in occidentem. In longitudine uero, que ab[l]) aquilone in austrum porrigitur, non plene continet LXXXX[m])[635]) leucas, ut mihi uidetur.

Ecce habes totam terram secundum longitudinem et latitudinem et omnem eius situm[n]) fideliter conscriptam. Que descriptio, ut mihi uidetur, non parum utilis est pro libris historialibus et tota biblia, si intelligatur, et locis[o]) singulis notandis pariter et sciendis.

DE FRUCTIBUS ET ANIMALIBUS TERRE SANCTE.

1 XII. Sciendum igitur, quod tota terra sancta fuit in rei ueritate et est hodie optima inter omnes terras, licet quidam, qui eam diligenter non considerauerunt, contrarium dicant. Est enim fertilis ualde in frumento, quod fere absque labore colitur et crescit. Herbas multas profert humus; sponte feniculum[636]), saluia, ruta, rose passim in campo crescunt.

2 *Lana sucida*[637]) crescit in quibusdam frutectis, que alta sunt undique ad genua[p])

a) *terram* om. St., qui h. l. post vocab. *Beniamite* lacunam reliquit. — b) 12 leucarum. Ed. ven. — c) *longitudinem* St. — d) 15 l. Ed. ven. — e) *latitudinem* St. — f) 7 l. Ed. ven. — g) *tabirrim* St. — h) *caymēt* St. Chaymoth. Ed. ven. — i) 5 l. Ed. ven. — k) XVI leucarum St. XXVI. Ed. ven. — l) *que est ab* St h. — m) LXXXX St. 120 l. Ed. ven. — n) *situm* om. St., habet h. — o) *et locis* St h. — p) *ianua* St. *genua* h.

634) *Itabyrion*] Ita graece sonat Tabor. V. Ritter XV (1). 392.

635) *LXXXX*] Singulis numeris alio alii additis conficitur summa diaetarum II, leucarum LXII. Cf. v. Raumer p. 18 nota 4.

636) *feniculum*] Anethum foeniculum. V. Ritter XV (2). 716.

637) *lana sucida*] lana lignea, gossypium arboreum Linn.

hominis et annis singulis seminantur, foliis vitis similibus, minoribus[a]) tamen. Et crescunt folliculi quidam, in quibus est lana. Que colligitur circa festum sancti Michaelis.

Canne mellis similiter crescunt ibi, que sunt similes[b]) cannis communibus, sed maiores. Interius sunt caue, sed plene quadam porosa substancia, que est disposita sicut illud, quod ibi inuenitur in uirgis sambuce[c]). Et est humida substancia illa ualde. Iste canne collecte inciduntur ad longitudinem palme dimidie, et sic exprimuntur in prelo. Aqua inde expressa coquitur in caldariis eneis, et inspissata colligitur in cophinis[638]) de subtilibus uiminibus contextis. Quod paulatim postea exsiccatur et induratur, et sic efficitur zucara[d]). Distillat tamen, priusquam induretur, de ipsis liquor quidam, qui mel zucare dicitur, delicatus ualde et aptus cibariis condiendis. Iste insuper canne inciduntur in longitudine unius digiti, ita tamen, quod iste particule semper in medio sui nodum habeant, quia plures sunt in canna una. Iste particule subterrantur tempore uerno in locis humidis, et ipsis particulis crescunt noue canne, ita ut de singulis duo[e]) crescant utraque parte nodi hinc inde, et sic plantantur.

Sciendum, quod in terra ista non inueniuntur pira uel poma uel cerasa uel nu- 3
ces, sicut in partibus transmarinis, nisi ualde raro. Sed de Damasco fructus aliqui adducuntur, qui tamen omnino molles sunt et diu durare non possunt propter nimiam in arboribus decoctionem et terre caliditatem.

Sunt tamen ibi fructus quidam, qui per totum annum in arboribus conseruantur, et utuntur eis homines toto anno. Simul et semel inueniuntur sepe in arboribus flores et fructus semimaturi[f]) et maturi et amplius, ut eciam interdum quadruplicem fructum eiusdem generis simul et semel ibi habeant[g]). Et isti fructus sunt poma, que uocantur *naranges*[639]) et *lemones* et *poma Ade*[640]), de quibus faciunt indigene salsamenta pro pullis et piscibus et cibis aliis. Et reddunt cibos commendabiles.

Sunt eciam ibi *poma*, que dicuntur *citrina*[641]), de quibus in Accon fiunt electua- 4
ria[642]) bona ualde.

Item sunt ibi fructus alii, qui dicuntur *poma paradisi*[643]), admirabilis fructus ualde. 5
Ista[h]) crescunt in modum botri unius, habencia multa grana. Et est botrus[i]) ipse interdum ad modum et ad quantitatem cophini[k]) competentis[644]), aliquando habens grana LX uel amplius. Et sunt grana ista oblonga interdum ad latitudinem sex digitorum, spissa uero ad quantitatem oui galline, habentque folliculum spissum, sicut est folliculus fabarum, sed coloris croci delicati ualde. Sed folliculus proicitur, pomum, quod intus est, tollitur et comeditur, et est sapor eius dulcis ualde, quemadmodum delicatissimi butyri cum fauo mellis. Nec habent grana ista semen in se, sed penitus comeduntur. Fructus autem iste uix uno anno crescit. Arbor eciam breui tempore durat, ad magis[645])

a) *mōtibus* St. *minoribus* h. — b) *similes* om. St., habet h. — c) *sabuce* St. — d) *zubara* St. — e) *due* St h. — f) *seminantur* St. *seminaturi* h. — g) *habeantur* St. *habeant* h. — h) *isti* St. *ista* h. — i) *bonus* St. — k) *cophi* St *cophini* h.

638) *cophinis*] corbibus.

639) *naranges*] Narancum est malum aureum. Formam narangis non habet Ducangius.

640) *poma Ade*] Cf. Mag. Thietmari peregrinationem XXIX. 4 p. 52 et quae ibi annotavimus.

641) *citrina*] Citrus medica Linn.; malum medicum, persicum. De vocabulo *citrina* frustra consuluimus lexica.

642) *electuaria*] electaria, ecligmata, i. e. sorbitio mollis.

643) *poma paradise*] Cf. Ritter XVI. 183.

644) *competentis*] satis magni.

645) *ad magis*] summum.

duobus annis, et statim arescit, sed cum arescere incipit, statim de radice eius arbor alia procedere incipit, et facit sicut prior. Folia arboris huius longa sunt ad staturam hominis unius[a]), lata[b]) uero ita, ut duobus foliis posset cooperire aliquis totum corpus suum.

6 *Uinee* multe sunt in terra sancta, et plures essent, sed quia Sarraceni, qui nunc terram tenent, non bibunt uinum, nisi furtiue quidam ex eis, ideo uineas non colunt, sed destruunt, nisi pauci forte propinquiores Christianis, qui colunt eas propter questum, ut Christianis uendant. Est autem uinum terre sancte ualde bonum et nobile, et maxime circa Bethlehem in ualle Raphaym et deinceps, ubi tulerunt in uecte[c]) palmitem filii Israel. Circa Sidonem et deinceps per longitudinem Libani crescit uinum bonum, et in Anterado et Margath et per totum illud littus maris usque in Ciliciam et Cappadociam et Greciam et Ungariam. Est uero mirabile, quod uidi in Anterado. Ibi[d]) enim, ut dixerunt mihi indigene, de una et eadem uite ter fit uindemia in uno anno; per hunc modum. Tempore uerno obseruant uinitores, quando uitis primo educat tot botros in dispositione, quot secundum communem cursum consueuit producere quelibet uitis uel eciam palmes, et statim quicquid de palmite remanet supra botros ipsos, totum precidunt[e]) et proiciunt. Illud fit in Martio. In Aprili de illo palmite pullulat alius iterum cum nouis botris. Quo uiso iterum preciditur de palmite illo quicquid est supra illos botros. Et in Maio tertio producit truncus tercium[f]) palmitem cum uuis et botris suis. Et sic habentur tres ordines botrorum, qui omnes similiter crescunt, sed ii, qui pullulauerunt in Martio, uindemiantur in Augusto, qui in Aprili, uindemiuntur in Septembri, et qui in Maio, uindemiantur in Octobri. Et sic habentur tres uindemie uno anno.

7 Ficus autem et malogranata, mel et oleum et diuersa genera leguminum, ut sunt pepones et cucumeri, et multi alii fructus ibi habundant.

8 Porci siluestres, capreoli, lepores, perdices et cotornices tantum habundant, quod stupor est uidere. Leonum multitudo est ibi et ursorum et bestie diuersorum generum. Item cameli infiniti sunt ibi, dromedarii[g]), cerui, uri; et breuiter ibi habundant omnia bona mundi, et terra illa fluit lacte et melle; sed cultores non dico fortissimos, sed pessimos et turpissimos habet peccatores, ita ut mirum sit, quod portat eos terra.

DE VARIIS RELIGIONIBUS TERRE SANCTE.

1 XIII. Sunt in ea habitatores ex omni natione, que sub celo est, et uiuit quilibet secundum ritum suum, et, ut ueritatem dicam, peiores sunt nostri, Latini, omnibus habitatoribus aliis. Et hec est ratio, ut mihi uidetur: Cum aliquis fuerit malefactor, ut homicida, latro, fur, adulter, transfretat, ut in penitencia[h]) [646]), uel quia timet pelli sue et ideo in terra sua timet stare; et sic de diuersis partibus, ut Theutonia, Ytalia, Francia, Anglia, Yspania, Ungaria et de ceteris mundi partibus illuc ueniunt, sed uere celum, non animum mutant. Illic enim existentes, postquam, que tulerunt, expenderunt[i]), noua conquirere oportet, et sic iterum „ad uomitum [647]) redeunt", committentes peiora

a) *huius* St. *unius* h. — b) *latitudo* St. *lata* h. — c) *nocte* St. h. — d) *Ubi* St. *ibi* h. — e) *procidunt* St. — f) *pro ducunt Truckus tercium* St. *producit vitis tercium* h. — g) *dormedarii* St. — h) *ut is pnia* St. Quae verba in h fuerunt, sed erasa sunt. — i) *expendunt* St.

646) *in penitenciam*] Nota, quam St. habet, diplomatica pnia significat *penitencia*. Ex *is* effecimus *in*.

647) *ad uomitum*] Designatur stultus, qui sicut canis redeat ad vomitum, e Proverb. XXVI. 11.

peioribus. Recipiunt hospicio peregrinos de gente sua. Qui sibi cauere nesciunt, credunt ipsis, et res et honorem perdunt. Isti ibidem generant filios paternorum criminum imitatores, et de malis parentibus fiunt filii peiores, et ex his nepotes pessimi, calcantes loca sancta pedibus pollutis. Unde contingit, ut propter peccata inhabitancium apud Deum terra ipsa cum loco sanctificationis ueniat in contemptum.

Sunt eciam preter Latinos[a] plures in ea gentes, ut Sarraceni. Qui Machometum 2
predicant, et legem eius seruant. Dominum nostrum Ihesum Christum maximum prophetarum dicunt, et eundem, Spiritu Sancto conceptum, de uirgine natum fatentur. Negant tamen passum et mortuum, sed quando eis placet dicunt eum ascendisse celum, ad dextram Patris sedere, quia Filium Dei eum confitentur. Machometum uero contendunt sedere ad sinistram eius. Isti sunt immundi nimis. Tot uxores habent, quot pascere possunt. Peccant tamen nichilominus contra naturam, in singulis ciuitatibus habentes effebias[648]. Sunt tamen hospitales multum et curiales et benefici.

Preter hos sunt ibi *Syriani* siue Syri. Hij totam repleuerunt terram. Christiani 3
tamen sunt, sed latinis nullum fidem seruant. Misere uestiuntur et induuntur, parci sunt, eleemosynam non dant. Inter Sarracenos habitant, et ut plurimum eorum officiis funguntur. In habitu concordant cum Sarracenis, nisi quod tantum per cingulum laneum discernuntur.

Greci similiter Christiani sunt, sed schismatici, nisi quod pro magna parte in con- 4
cilio generali[649] sub domino Gregorio X ad obedienciam ecclesie redierunt. Apud Grecos prelati omnes sunt monachi, et multe abstinencie et conuersationis mirande. Deuoti sunt ualde. Communiter prelatos suos multum reuerentur et honorant. Audiui ego a patriarcha eorum, quod dixit me presente: „Sub obediencia romane ecclesie libenter esse uolumus et ea reuereri, sed multum miror, quod compellimur inferioribns prelatis, sicut archiepiscopis et episcopis, subesse. Uolunt enim quidam archiepiscopi et episcopi me, qui sum patriarcha, compellere ad osculandum pedes suos et eis facere obedienciam manualem, ad quod me credo non teneri, cum tamen hoc libenter facerem soli pape.“

Item sunt ibi *Armenii*, *Georgiani*, *Nestoriani*, *Nubiani*[b]), *Iacobini*[c]),[650]), *Chaldei*, *Medi*, 5
Perse, *Ethiopes*, *Egyptii* et multe gentes alie, que sunt Christiani. Quorum est infinita multitudo. Que singule habent patriarchas suos et eis obediunt. Eorum uero prelati dicunt, se romane ecclesie libentissime obedire. Horum quidem Nestoriani et Iacobini et similes a quibusdam hereticis, qui quondam eorum capitanei, sic dicti sunt.

Sunt insuper in terra sancta *Madianite*[d]), qui nunc *Bodwini*[651]) dicuntur, et *Turco-* 6
mani, dantes tantum[e]) operam alendis pecoribus et camelis, quibus eciam habundant supra modum. Isti certam non habent mansionem, sed ubicunque comperiunt esse pascua, se transferunt cum tabernaculis suis Isti cum sint pugnaces[f]) ualde, non utuntur nisi gladiis et lanceis in bello. Sagittis non utuntur, dicentes esse turpe nimis homini uitam

a) *Sunt eciam latini in ea gentes plures* St. *Sunt autem preter Latinos* h. — b) *Iubiani* St h. — c) *Iabeni* St h. — d) *medianite* St. *madianite* h. — e) *tantum* St h. — f) *pugnees* St. *pugnantes* h.

648) *effebias*] ephebias.

649) *in concilio generali*] Quod factum est anno 1274 Lugduni. V. Mansii conciliorum collectionem XXIV. 38 sqq. Quare post a. 1274 scripsit Burchardus.

650) *Iacobini*] Qui cum paulo post commemorentur, hic quoque non *Iabeni*, sed *Iacobini* legendum esse ducebamus.

651) *Bodwini*] Beduini.

[redacted] erant de familia, Christiani erant, numero circiter CC. [redacted] audire missas, flectere genua et deuote orare. Preterea [redacted] meo, multum nos honorabant capellos suos detra- [redacted] salutantes et nobis assurgentes. Multos preterea [redacted] transmarinis habitent Nestoriani, Iacobite, Maro- [redacted] quibusdam hereticis, quos ecclesia dampnat, uocabula ntur esse heretici et sequi errores illorum, a quibus uerum (auertat[b]) Deus!), sed sunt homines simpli- non nego, quin aliqui inter eos stulti sint, quia nec autem nationes supradicte et plures alie, quas lon- episcopos et abbates et alios prelatos habent, sicut pellantur, preter Nestorianos, quorum summus prelatus eos loco pape, et intellexi pro certo, quod eius iuris- extenditur, quam se extendit ecclesia tota occidentalis. archiepiscopi et episcopi sicut nostri appellantur.

prelatus et Georgianorum *Catholicus* appellatur[d]). Et 9
habebat secum archiepiscopos et episcopos, abbates et erat in uictu et uestitu et omni conuersatione sua tanti uidi nec in persona religiosa nec seculari[e]), et pro certo omnes, quibus induebatur, nullo modo ualebant V solidos haberet castra fortissima et redditus maximos, et esset in-

b) auertat St. *auertat* h. — c) *Iaselich* St. *Iacelich* h. — d) *appellatur* om. nec in pers. rel. nec seculari* sunt codicis Basil. alterius, qui inscriptione

Tartari] Rex Ar- dicitur, erat Leo III, 1270, obiit anno 1289, Chani Tartarorum, 1284. V. Clementis Ga- Coloniae 1686 editam, ut hoc obiter moneam, Cf. Friedr. Rehm Hand- des Mittelalters Vol. IV Leo autem quum ad an- Rocneddino Bibarsio I Sultano, bellum gesserit, qui non inter belli tumultus, Armeniae caput adiret, post Cilicia fuisse. Nec dubito. quin 1284 terra sancta relicta anno Ciliciam viserit.

Ricoldus de Monte Crucis *Iaselic*, quod ex eius interpre- *universalis*. Apparet igitur quoque patriarcham *Catholicum* esse. Quod confirmatur auctoritate qui X. 274 Nestorianorum pon- *Iacolit* s. *Catholicum* dici tradit.

656) *nullo modo valebant V solidos sterlingorum*] Quaeret haud dubie quispiam: Quid Burchardo Germano cum sterlingis anglicis? Consuluimus Adolphum Soetbeer V. D., qui pro ea, qua est, humanitate haec nobiscum communicavit.

„Solidi sterlingorum non solum in Anglia, sed in Germania quoque saeculo XIII usitati erant. Cf. Diplomatarium lubecense libro I Num. CLXXVII: *centum marcae sterlingorum, quaelibet marca computata pro XIII solidis et IV denariis sterlingorum.* Quod documentum paulo post annum 1251 datum est. Et ibidem l. II Num. CIII documentum anni 1298, in quo haec exstant: *marca argenti computata pro 13 solidis novorum sterlingorum et 4 denariis.* Denique Lacombleti Diplomatarium Rheni inferioris Vol. II Num. 47, ubi documentum anno 1214 datum haec continet: *Quingentis marcis bonorum novorum et legalium sterlingorum, XIII solidis et IV denariis pro singulis marcis computatis.* Mea (Soetbeerii) sententia in germanicis literarum monumentis sterlingi congruebant cum iis, quorum 240 in Anglia aequa-

sagitta furari. In bello fortes, nisi pellicio[a]) rubeo et desuper camisia magna et ampla utuntur, caput tantum cum panno tegentes. Isti repleuerunt totam Syriam, ut plurimum tamen habitant circa fluenta Iordanis, a Libano usque ad desertum Pharan, quia ibi sunt montes pro capris et ouibus, campi pro bobus et camelis. Oues magne sunt in partibus illis et precipue arietes, et habent caudas tam magnas, ut una cauda tribus uel quatuor uiris sufficiat ad edendum.

7 Circa Arachas[b]) castrum post Tripolim usque ad castrum Krach habitant Sarraceni, qui dicuntur *Uannini*[c])[652]). Illis coniunguntur quidam Sarraceni, qui dicuntur *Assissini*, ultra Anteradum[d]) prope castrum Margath[e]) habitantes in montanis. Castella plurima habent et ciuitates et fertilem terram. Isti dicuntur habere XL millia pugnatorum. Capitaneum unum habent, non ex hereditaria successione, sed prerogatiua meritorum, qui *senex de montanis* dicitur non proprietatis, sed ingenii maturitate. De Perside dicuntur isti duxisse originem. Ego transiui pro parte terram eorum. Obedientes sunt usque ad mortem, et mandato superioris quemlibet interficiunt, et in hoc paradisum se mereri dicunt, etiamsi, antequam obedienciam impleant, occidantur. Ante annos paucos ad obedienciam romane ecclesie uenire uolebant, et nuncium propter hoc in Accon miserant, qui negocio ad uotum peracto cum rediret, a quibusdam, qui ipsum deducere debuerant, ante terre introitum est occisus in iacturam tocius ecclesie, quia alii, uidentes non esse fidem in Christianis, statim ab incepto retraxerunt pedem. Terra istorum a terra Christianorum per quosdam lapides discernitur. Quibus in lapidibus in parte Christianorum signum crucis, Assissinorum cultelli sculptum est. Istos adhuc nullus Soldanorum potuit subiugare, sed ipsi sibi leges et iura condunt et utilibet[f]) hijs utuntur. Formidabiles sunt omnibus circumiacentibus nationibus propter nimiam ferocitatem.

8 Notandum autem in rei ueritate, licet quidam contrarium senciant, qui ea uolunt asserere, que non uiderunt, quod oriens totus ultra mare usque in Yndiam et Ethiopiam nomen Christi confitetur et predicat, preter solos Sarracenos et quosdam Turcomanos, qui in Cappadocia sedem habent, ita quod pro certo assero, sicut per memet ipsum uidi et ab aliis, quibus notum[g]) erat, audiui, quod semper in omni loco et regno preterquam in Egypto et Arabia, ubi plurimum habitant Sarraceni et alii Machometum sequentes, pro uno Sarraceno triginta uel amplius inuenies Christianos. Uerum tamen, quod[h]) Christiani omnes transmarini natione[i]) sunt orientales[k]), qui[l]) licet sint Christiani, quia tamen usum armorum non habent multum, cum impugnantur a Sarracenis, Tartaris[m]) uel aliis quibuscunque, subiciuntur eis et tributis pacem et quietem emunt, et Sarraceni siue alii, qui eis dominantur, baliuos suos et exactores in terris illis ponunt. Et inde contigit, quod regnum illud dicitur esse Sarracenorum, cum tamen in rei ueritate sunt omnes Christiani preter ipsos baliuos et exactores et aliquos de familia ipsorum, sicut oculis meis uidi in Cilicia[n]) et Armenia minori, que est subdita dominio Tartarorum[653]). Fui enim apud regem Armenie et Cilicie tribus ebdomadis, et erant apud ipsum quidam

a) *belicio* St. — b) *archas* St. — c) *uanni* St. *Vanni* h. *Uhani* Ed. ven. - d) *qui ultra aterandum* St. Vocab. *qui* non habet h. — e) *Margad* St. — f) *utilibus* St. *ut libet* h. — g) *totum* St. *note erant* h. h) *quia* St. *quod* h. — i) *naciones* St. — k) *ciuitales* St. *orientales* Ed. ven. — l) *quia* St. *quod* h. — m) *uel aliis tartaris uel aliis* St. *Sarracenis Tartaris* h. -- n) *Sicilia* St.

652) *Uannini*] Populus mihi ignotus. Cf. supra notam 98.

653) *que est subdita domino Tartarorum*] Mongolorum.

Tartari [654]). Alii uero omnes, qui erant de familia, Christiani erant, numero circiter CC. Istos uidi confluere ad ecclesiam, audire missas, flectere genua et deuote orare. Preterea ubicunque ipsis occurri cum socio meo, multum nos honorabant capellos suos detrahentes et deuote inclinantes et nos salutantes et nobis assurgentes. Multos preterea terret, quod dicitur, quod in partibus transmarinis habitent Nestoriani, Iacobite, Maronite [a]), Georgiani et alii, qui a quibusdam hereticis, quos ecclesia dampnat, uocabula traxerunt, et propterea isti creduntur esse heretici et sequi errores illorum, a quibus isti dicti sunt. Hoc omnino non est uerum (auertat [b]) Deus!), sed sunt homines simplices et deuote se habentes. Attamen non nego, quin aliqui inter eos stulti sint, quia nec romana ecclesia caret stultis. Omnes autem nationes supradicte et plures alie, quas longum esset scribere, archiepiscopos, episcopos et abbates et alios prelatos habent, sicut et nos, et eisdem nominibus appellantur, preter Nestorianos, quorum summus prelatus dicitur *Iaselich* [c]) [655]), et est apud eos loco pape, et intellexi pro certo, quod eius iurisdictio in oriente multo lacius extenditur, quam se extendit ecclesia tota occidentalis. Alii tamen prelati gentis eiusdem archiepiscopi et episcopi sicut nostri appellantur.

Armeniorum eciam summus prelatus et Georgianorum *Catholicus* appellatur [d]). Et 9
fui apud eum XIIII diebus, et habebat secum archiepiscopos et episcopos, abbates et prelatos alios quamplures. Et erat in uictu et uestitu et omni conuersatione sua tanti exempli, quod similem non uidi nec in persona religiosa nec seculari [e]), et pro certo dico, quod meo iudicio uestes omnes, quibus induebatur, nullo modo ualebant V solidos sterlingorum [656]), cum tamen haberet castra fortissima et redditus maximos, et esset in-

a) *Martinite* St h. — b) *aduertat* St. *auertat* h. — c) *Iaselich* St. *Iacelich* h. — d) *appellatur* om. St., habet h. — e) Verba *nec in pers. rel. nec seculari* sunt codicis Basil. alterius, qui inscriptione caret.

654) *Fui enim — quidam Tartari*] Rex Armeniae minoris, qui h. l. dicitur, erat Leo III, qui regnum iniit anno 1270, obiit anno 1289, vasallus, ut videtur, Arguni, Chani Tartarorum, imperium auspicatus ao. 1284. V. Clementis Galani historiam Armenam, Coloniae 1686 editam, p. 369—372. Pag. 369, ut hoc obiter moneam, legendum est 1275. Cf. Friedr. Rehm Handbuch der Geschichte des Mittelalters Vol. IV sectionem 3 p. 33. Leo autem quum ad annum usque 1282 cum Rocneddino Bibarsio I Bendokdare, Aegypti Sultano, bellum gesserit, patet Burchardum, qui non inter belli tumultus, sed pacis tempore Armeniae caput adiret, post annum 1282 in Cilicia fuisse. Nec dubito, quin anno 1283 s. 1284 terra sancta relicta anno 1284 Armeniam s. Ciliciam viserit.

655) *Iaselich*] Ricoldus de Monte Crucis XX. 70 scribit *Iaselic*, quod ex eius interpretatione significat *universalis*. Apparet igitur Nestorianorum quoque patriarcham *Catholicum* appellatum esse. Quod confirmatur auctoritate Caroli Ritteri, qui X. 274 Nestorianorum pontificem maximum *Iacolit* s. *Catholicum* dici tradit.

656) *nullo modo valebant V solidos sterlingorum*] Quaeret haud dubie quispiam: Quid Burchardo Germano cum sterlingis anglicis? Consuluimus Adolphum Soetbeer V. D., qui pro ea, qua est, humanitate haec nobiscum communicavit.

„Solidi sterlingorum non solum in Anglia, sed in Germania quoque saeculo XIII usitati erant. Cf. Diplomatarium lubecense libro I Num. CLXXVII: *centum marcae sterlingorum, quaelibet marca computata pro XIII solidis et IV denariis sterlingorum.* Quod documentum paulo post annum 1251 datum est. Et ibidem l. II Num. CIII documentum anni 1298, in quo haec exstant: *marca argenti computata pro 13 solidis novorum sterlingorum et 4 denariis.* Denique Lacombleti Diplomatarium Rheni inferioris Vol. II Num. 47, ubi documentum anno 1214 datum haec continet: *Quingentis marcis bonorum novorum et legalium sterlingorum, XIII solidis et IV denariis pro singulis marcis computatis.* Mea (Soetbeerii) sententia in germanicis literarum monumentis sterlingi congruebant cum iis, quorum 240 in Anglia aequa-

finitarum diuiciarum. Utebatur pellicio arietino grosso, rubeo et penitus sordido et immundo cum manicis amplis, et sub ea tunica coloris grisei ueteri[a]) ualde et quasi consumpta. Desuper uero habebat scapulare nigrum et pallium nigrum uile et asperum. Regem Armenie et Cilicie cum omnibus optimatibus suis uidi sedentem humiliter et cum magna reuerencia ante pedes eius pluries cum filio suo primogenito[657]), et cum magna deuotione audientem ab eo uerbum Dei. Iste cum omnibus prelatis suis per totam quadragesimam in pane et aqua ieiunabat, et rex similiter et omnes optimates sui, nisi in festo annunciationis, et tunc me presente idem Catholicus secum dispensauit[658]), ut pisces comederet et biberet uinum. Illa die interfui misse coram eodem Catholico et rege et regina. Et habent officium ualde deuotum. Induuntur autem sacerdotes eorum et episcopi, sicut et nostri. In missis de azimis conficiunt[b]), et uerbis iisdem[c]) epistolas easdem et euangelia et prefationes[d]), „Sanctus", „Pater noster", „Agnus Dei" cantant[e]) in missa, sicut et nos, sed in suo idiomate et scriptura[f]); habent enim linguam specialem et litteras. Catholicus ipse et omnes alii prelati monachi sunt, nec potest in omni oriente in quacunque natione aliquis esse prelatus, nisi sit monachus. Et sunt omnes monachi in maxima reuerencia et honore. Clerici uero et sacerdotes nullius sunt auctoritatis, nec apud laicos aliquid reputantur, nec habent officium aliquod, nisi quod diuina celebrant. Ad omnes horas signum faciunt in tabula uel ligno alio, quia campanas non habent. Facto signo nocte ad matutinas uadunt, per uicos clamando, ut ueniant ad matutinas. Post matutinas non dormiunt, sed in ecclesia sedentes docent populum usque ad auroram, et dicunt tunc primam missam, uel circa horam terciam, si est festum. Nullius alias sunt auctoritatis, nisi quantum eis permittunt uerthabite[659]). Sacerdotes sunt omnes uxorati, nec permittitur aliquis exsequi officium, nisi habeat uxorem. Die lune et deinceps usque ad diem Ueneris inclusiue nunquam missas celebrant, quantumcunque sit magnum festum, sed uacant amplexibus; sabbato uero et Die Dominica multum dicunt solempniter missas. Mortua uxore sacerdos continebit, nec aliam ducet[g]) uxorem. Si fornicatus fuerit uel adulteratus, officium et ecclesiam perdet, nec cum eo

a) *ueteris* St. *ueteri* h. — b) *conficientes* St. *conficiunt* h. — c) *iisdem* om. St., habet h. — d) *prephationes* St. — e) *cantat* St. *cantant* h. — f) *scripturam* St. *scriptura* h. — g) *ducit* St.

bant unam libram Turris Londinensis legitimam (Tower Pound Standard). Libra Turris continebat 11 1/2 uncias hodiernae librae trecensis (Troy Pound), ita ut, uncia quaque aequante 480 grana, pondus denariorum legitimum aequaret 22 1/2 grana ponderis trecensis, sive 1,46 grammata argenti puri. Quum igitur 500 grammata argenti puri aequent 30 thaleros borussicos sive 900 grossos argenteos, sequitur, denarii illi si purum argentum legitime excusi continuissent, unum denarium sterlingorum s. 1,46 gramma argenti puri aequasse 2,63 grossos argenteos. Quorum denariorum duodeni quum unum solidum efficiant, solidum quemque sterlingorum 1 thalerum 1 1/2 gr. arg. boruss. aequasse constat. Quodsi argentum purum si comparetur argento excuso, eandem ut nunc fit in Anglia, rationem habere statuas, quam 1 ad 37/40, saeculo XIII. unus solidus sterl. valebat pro grossis argenteis borussicis circiter 29. Quae in germanicis, quae exscripsimus, documentis, indicatur computatio, qua marca argentea aequet 13 solidos et 4 den. sterl., declarat ea, quae sequuntur: 13 1/3 sol. s. 160 den. sterl. aequant 1 marcam coloniensem s. 233,8 grammata. Itaque denarius unus est 1,46 gramma, quam summam iam supra ad calculos vocavimus.

Ergo 5 solidi sterlingorum saeculo XIII valebant pro 4 thaleris et 25 grossis arg."

657) *cum filio suo primogenito*] V. Rehm l. c. IV. 3 p. 203.

658) *secum dispensavit*] sibi ipse gratiam fecit.

659) *uerthabite*] Wartabed, wardaped est doctor.

potest dispensari. Si uxor eius adulterata[a]) fuerit, sacerdos aut continebit, aut[b]) ecclesiam et officium perdet, uxor uero nasum perdet, et uir, qui cum ea concubuit, castrabitur, quamuis eciam fuerit uxoratus. Istud factum fuit me presente. Mortuo sacerdote uxor continebit. Si contraxerit, igne cremabitur; si meretrix fuerit facta, nichil mali pacietur. Et est nouum statutum apud eos: Sacerdos secundum apostolum uirginem ducet uxorem. — Sacerdotes Armeniorum et Georgianorum discernuntur a uulgo per pannum album lineum, quem circumdant scapulis et collo.

Fures, qui minora furta committunt, uel malefactores alii committentes crimina 10
minora castrantur, ne filios generent paternorum criminum imitatores. Et uidetur mihi esse una causa, quare tot meretrices sunt ibi: multi enim sunt ibi eunuchi, et omnes sunt famuli nobilium mulierum, et credo, quod regina Armenie plures quam XL habuit eunuchos, quando eram apud eam. Nec nullus ingreditur ad eam masculus, nisi de rege licencia speciali. Qui eciam eunuchum aliquem ex nomine assignat, qui ingredientem conducat. Similiter fit de omnibus nobilibus mulieribus, et uiduis et maritatis.

Reges et principes et omnes nobiles audiunt libentissime uerbum Dei. Unde cot- 11
tidie ad horam terciam uerthabite siue monachi curiam regis siue principis[c]) alicuius adeunt, ad quos statim accedunt principes ipsi uel domini cum filiis suis et potentibus. Apponitur liber aliquis scripture. Et legitur coram eis in uulgari, quia linguam aliam nesciunt, et exponitur eis textus a monachis, et ubicunque dubitant seculares et questiones mouent, a monachis instruuntur secundum dicta sanctorum. Quesiui ab ipsis monachis, quos doctores maxime sequerentur? et dixerunt, quod inter precipuos sunt isti: Iohannes Chrysostomus, Gregorius Nazianzenus, Cyrillus Alexandrinus. — Multum deuoti sunt in ecclesia et clerici et laici, et nichil ibi faciunt nisi quod aut orant aut cantant aut cetera faciunt, que de iure ibi fieri debent. Nunquam uidimus aliquem in ecclesia ridere uel dissolutum.

Officium misse deuotum est apud eos. Calix ad sinistram altaris in muro in loco ad hoc facto, quem ad offertorium diaconus cum panno serico precioso reuerenter leuat super caput suum, precedente cum subdiacono cum turibulo, et duobus acoluthis cum cereis eciam incedentibus retrorsum gyrant altare ad dextram altaris, et tunc eum suscipit episcopus reuerenter et offert eum sicut et nostri faciunt sacerdotes. Duo stant cum cereis accensis retro sacerdotem infra canonem, et iuxta eos duo cum turibulis induti albis. Duo uero diaconi stant in lateribus altaris a dextris et sinistris, complosis[d]) manibus deuote orantes, uersis uultibus ad corpus Christi melodiam quandam ualde deuotam et dulcem cantantes et sibi altrinsecus respondentes. Istud sine dubio uidere et audire deuotissimum est.

Multa alia uidi in terra illa tam in laicis, quam in clericis et monachis commendabilia ualde, que uix in terra nostra fieri crederentur.

Transiui totam terram illam usque Cappadociam et Seleuciam maritimam, et 12
inde nauigaui Cyprum, et perambulaui pro magna parte regionem. Inde nauigaui in Syriam et ueni Tyrum, et post dies aliquot inde nauigans per littus Palestine seu Philistiim pertransiui Caypham, montem Carmelum, Doram, Cesaream Palestine, Antipatridam, Ioppen, Iamniam, Accaron, Azotum, Ascalonem, Gazam, desertum totum areno-

a) *adultera* St. *adulterata* h. — b) *aut* om. St., habet h. — c) *principis* om. St., habet h. — d) *cum plosis* St.

sum usque ad ostia Nili fluminis. Inde ueni Damiatam[a]), que antiquitus Memphis dicitur. Hec est terra Yesse[660]), in qua olim filii[b]) Israel morabantur, Pharaoni in luto et latere seruientes. In hac eciam postea lapidatus est Ieremias[c]).

Benedictus sit Deus et Sanctus Matheus! Amen.

a) *danacam* St. *damiatam* h. — b) *filii* om. St., habet h. — c) Basil. alter (non inscriptus) habet: Ieremias. De Thaphinis veniens in Memphis et inde per cet.

660) *Yesse*] Apud Iuditham I. 9 in Vulg. legitur Iesse, alias dicitur Gosen.

ITINERARIUM

BURCHARDI DE MONTE SION.

SIGNA CODICUM ET EDITIONUM EXPLICATA.

A.	est editio antverp. anni 1536, quae est instar omnium classis II editionum.
B.	est codex bernensis.
C.	est editio Canisii anni 1725.
St.	est codex Staphorstianus hamburgensis.
T.	est Titi Tobleri tertia peregrinatio.
V.	est C. W. M. van de Veldii Memoir to accompany the map of the Holy Land. Gotha 1858.
Va.	est codex vratislaviensis primus.
Vb.	„ „ „ alter.
Vc.	„ „ „ tertius.
Vr.	sunt codices vratislavienses tres.
v.	est editio veneta anni 1518

NB. I. Leuca Burchardi aequat horam.
II. Horae a Vandeveldio, Robinsono aliis indicatae sunt horae equitandi, Burchardus leucas suas pedibus confecit.
III. Nomina locorum arabica Anglorum more scripta sunt.

ITINERARIUM.

I.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
II. 1.	Accon ('Akka)			
II. 1.	Caypha (Hâifa)	4.		
II. 1.	Petra incisa ('Athlit)	3.		

II.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
	Accon ('Akka)			
II 2.	Casale Lamberti.	4.		3 l. (Vb. v.)
II 3.	Scandalion (Iskanderûna)	3.	3 h. 5' (V. 219)	
II 4.	puteus aquarum uiuencium	ampl. 1.	. . . .	1 miliare germ. (A.) 2 miliaria (Vb.) 6 leucae et 2 mil (C.)
II 5.	Tyrus (Sûr)	minus 1.	. . . .	½ mil. germ. (A.)
II 8.	Eleutherus (confusus cum recenti flumine Kasimiyeh)	3.	1 h. 40' (V. 218 sq.)	2 l. (Vr.)
II 9.	Sarepta Sidoniorum (Surafend)	2.	. . . .	3 l. (A.) 4 l. (Vac.)
II 10.	Sidon (Saida).	2.	. . . .	3 l. (A.)
II 13.	Beritum (Beirût)	5 (St)	8 h. 27' (V. 208) 9 h. 10' (Rob. III 831)	9 l (Vr.)

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
II 15.	Biblium (Jebeil)	6.	8 h. 20' (V. 186 n. 1.)	9 mil. (Vr. C.)
II 16.	Botrum (Batrûn)	4.	3 h. 30' (V. 186)	6 l. (A.)
II 17.	Nephin	3.		
II 18.	Tripolis (Tarâbulus)	2.		9 mil. (Vr.) 3 l. (A)
II 20.	Mons leopardorum	2.		
II 21.	Arachas ('Arka)	3.		
II 22.	Syn s. Synochim	$\frac{1}{2}$.		
II 25.	Anteradum (Tartûs)	8.		
II 29.	Margath (Markub) . . .	7.		
II 29.	Valania (Baneas)	1.		

III.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
	Accon ('Akka)			
III 1.	Mons fortis (Kurein)	4.		4 mil. (Vb.)
III 2.	Toron (Tibnin)	4.		
III 3.	Asor	4.		3 l. (Vb.)
III 3.	Belinas (Banias)	6.		
III 3.	Sidon (Saida)	fere 11.	13 h. 10' (V 212)	10 l. (v.)

IV.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
	Accon ('Akka)			
IV 1.	Judin (Jiddin)	4.	4 h. 5' (V. 222)	
IV 2.	Castellum regium	3.	. . . .	1 l. (A. et v.)
IV 3.	vallis Sennim	4.		
IV 4.	Kabul	2.	. . . .	3 l. (A. et v.)
IV 5.	Sephet(confusa cumBethulia)	2.	. . . .	3 l. (A.)
IV 7.	Mensa Domini	2.	. . . .	3 l. (A.)
IV 10.	Capharnaum	1.		

V.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
	Accon ('Akka)			
V 2.	casale Sangeor	5.	. . . .	5 mil. (Vr. C.)
V 3.	Naason	4.	. . . .	2 leucae (Vr.)
V 4.	Neptalim	2.	. . . .	3 l. (A)
V 8.	Bethsayda (Khan Minyeh) .	2.	. . . .	3 l. (A. et v.)
V 9.	Magdalum (el-Mejdel) . .	2.	1 h. 18' (V. 224) . . .	3 l. (A.)
V 9.	Bethulia	3.		

VI.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
	Accon ('Akka			
VI 1.	Chana Galilee (Kana el-Jelil)	4.	5 h. 35' (Rob N. F. 826)	5 l. (v.)
VI 2.	Ruma (Harumah, er-Rumi).	2.		4 l. (v.)
VI 3.	Abelmeula	$1\frac{1}{2}$.		
VI 4.	mons Bethulie.	ampl. 1.		
VI 5.	Tiberias.	ampl. 2.	. . . .	6 l. (Vr.) 1 l. (A.)
VI 6.	Sephora (Sefûrieh)	6.	. . . .	3 l. (v.)
VI 7.	Nazareth	2.	1 h. 20' (V. 224)	3 l. (A.)
VI 11.	Naym	2.	. . . .	3 l. (B)

VII.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
	Accon ('Akka)			
VII 1.	Carmelus	4.		
VII 1.	Caymon (Tell Kâmôn). . .	3.	. . . .	4 l. (C.)
VII 3.	Magedo.	3.	. . . .	6 l. (ABv.) 8 l (Vr.)
VII 5.	Mesrha (el-Mezra'ah). . . .	ampl. 2.	. . . .	3 l. (Vb.)
VII 6.	castellum Faba (el-Fûleh) .	1.		
VII 6 4.	Afech (el-Afûleh)	3 iactus arcus	. . . .	2 l. (Vb.)
VII 7.	Sunam (Sôlam)	1.		
VII 8.	Bethsan (Beisân)	2.	. . . .	11 l. (A. et v.)
VII 10.	fons Jesrahel	2.	. . . .	4 l. (CVr.)
VII 11.	Jesrahel (Zerîn)	2 iactus arcus	. . . .	½ l. (CVr.)
VII 16.	Ginnin (Jenin)	4.	. . . .	3 l. (B.) 5 l. (Vr.)
VII 17.	Sebaste (Sebustieh)	4.	6 h. 20' (V. 235) . . .	5 l. (v.)
VII 20.	Bethel (Beitîn)	2.	. . . .	3 l. (ABCVr et v.)
VII 21. 22.	Sichem (Nâbulus)	½.		
VII 27.	Lebna (Lubbân).	4.	4 h. (V. 240)	
VII 28.	Machmas (Machmâs). . . .	5.	. . . .	4 l. (A.) 6 l. (Vb.)
VII 29.	Gabaa Saulis	1.		
VII 30.	Rama.	1.		
VII 30.	Jerusalem.	2.	. . . .	3 l. (Vbv.)

VIII.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
	Sichem			
VII 31.	Emon.	4.	. . . .	4 l. (B.)
VII 32.	Phesech (Fasail)	2.		
VII 33.	Doch ('Ain-Duk)	1.		
VII 34.	Galgale locus.	5.		
VII 47.	Hay (Tell el-Hajar)	3.	. . . .	2 l. (Vb.)
VII 48.	Bethel (Beitîn)	1.	40' (V 282)	
VII 50.	Anathoth	2.		
VII 50.	Jerusalem.	1.		

IX.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.
	Jerusalem		
IX 7.	Ramathaym Sophim (Ramleh)	10.	8 h. 10' (V. 242)
IX 8.	Joppe.	3.	10 h. 6' (T. 386)
IX 9.	Jamnia (Jebna).	9.	3 h. 50' (T. 385) *)

*) Toblerus pedibus ivit sicut Burchardus.

X.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
	Jerusalem			
IX 10.	Bethlehem (Beitahm). . .	2.	2 h. 53' Toblerus p. 389 pedibus. 1 h. 50' V. 246 equo vectus. 1 h. 55' Rob. III 815 equo vectus.	3 l. (A.)
IX 12.	Mons Engaddi.	6.	. . . .	7 l. (B.)
IX 13.	Achila (Sebbeh).	3.		

XI.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
	Accon ('Akka)			
X 1.	Cayphas (Hâifa).	4.	3 h 7' (V. 226)	
X 2.	Castrum peregrinorum .	3.	3 h. 6' (V. 226)	
X 4.	CesareaPalestine(Kaisariyeh)	5.	4 h. 42' (V. 226 sq.) .	4 l. (A. et v.)[1]
X 5.	Assur (Arsûf)	3.	7 h. 55' (V. 227) . . .	9 l. (A.) 2 l. (v.)
X 8.	Joppe (Jaffa)	8.		
X 9.	Geth (Gath).	4.		
X 10.	BethsamesJuda('AinSchems)	2.		
X 12.	Accaron ('Akir)	4.		
X 13.	Azotus (Esdûd)	4.		
X 17.	Ascalona ('Askalân)	6.	2 h. 28' (T. 385) . . .	4 l. (A. et v.)
X 18.	Gaza	5.	. . . .	1 l. (A.)
X 19.	Bersabee (Bir es-Seba). .	4.		

XII.

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
	Joppe.			
X 14.	Lydda (Ludd, Lidd). . . .	2.		
X 14.	Lebna (Libnah)	2.	. . . .	4 l. (A.)
X 14.	Azeca.	3.		
X 14.	Sochot Jude.	3.		

XIII.

AB HIEROSOLYMIS DISTAT:

Loci Burchardi de Monte Sion.	Nomina locorum.	Leucae.	Distantiae a recentibus peregrinatoribus indicatae.	Scriptionis diversitas.
VII 30.	Rama (er-Râm?).	2.	. . . .	3 l. (Vb. v.)
VII 50.	Anathoth (Anâta?).	1.		
VIII 1.	Accon ('Akka).	36.	. . . .	38 l. (C.) 3 l. (v.)
„ „	Samaria (Sebastieh)	16.	. . . .	17 l. (Vb.)
„ „	Sichem (Nâbulus)	13.	. . . .	8 l. (A.)
„ „	Nazareth	37.	. . . .	27 l. (ABCVbv.) 17 l. (C. 36 l. (Vr.)
„ „	Joppe	13.	. . . .	8 l. (A.) 23 l. (v.)
„ „	Jericho	7.		
„ „	Bethlehem.	2.	. . . .	3 l. (BCVr.)
„ „	Tecua	8.	. . . .	4 l. (BCVrv.)
„ „	Ebron.	8.		
VIII 3.	Silo.	2.	1 h. 50' (Rob. III 814)	4 l. (C.)
IX 3.	Emmaus	4.	propemodum 3 h. (Tobler Top. v. Jer. II 541)	10 l. (A.) 3 l. (BC Vr.)
IX 4.	Bethoron inferior	3.	5 h. 5' (V. 241.)	2 l. (A.)
IX 5.	Cariathiarim, Kuryet el-Enab	4.	2 h. 45' (V. 242) . . .	4½ (Av.)
IX 7.	Ramathaym Sophim (Ramleh)	10.	8 h. 10' (V. 242) 10 h. 6' (T. 386)	
IX 10.	Bethlehem.	2.	Vid. Itinerar. X.	

DISTANTIAE LOCORUM PASSIM INDICATAE.

Burchardus de Monte Sion.	Unde itur.	Quo itur.	Leucae diaetae.	Distantiae locorum nunc indicatae.	Scriptionis diversitas.
II 12.	Sidon (Saida).	Antilibanus.	1 l.	. . . .	1½ l. (CVr.)
II 14.	Beritum (Beirût) . . .	Passus canis	3 l.		
II 19.	Tripolis (Tarâbulus) .	Libanus	3 l.		
II 20.	mons leopardorum .	Libanus	1 l.		
II 25.	Aradium (Jeziret Ruâd)	Tyrus (Sûr)	5diaet.		
II 26.	Anteradum (Tartûs) .	piramides IV.	1 l.		
II 27.	Anteradum (Tartûs) .	montana Assissinorum.	½ l.		
II 30.	Ualania (Baneas, Balneas)	Accon ('Akka) . . .	8 d.		
II 30.	Ualania	Antiochia	4 d.		
III 6.	Cedar	ostium Jordanis. . .	4 l.		

Burchardus de Monte Sion.	Unde itur.	Quo itur.	Leucae diaetae.	Distantiae locorum nunc indicatae.	Scriptionis diversitas.
IV 6.	Sephet.	Cedes Neptalim. . .	4 l.		
IV 12.	Capharnaum	ostium Jordanis. . .	2 l.		
IV 13.	Corrozaym	ascensus montis Sanyr	1 l.		
IV 14.	ascensus montis Sanyr	Cedar.	3 l.		
IV 15.	ostium Jordanis . . .	Cedes Neptalim. . .	4 l.		
IV 15.	″ ″ . . .	Sueta	4 l.	. . . .	10 l. (v.)
IV 18.	Corrozaym.	Cedar	4 l.		
V 4.	Naason.	Dothaym	3 l.	. . . .	2 l. (Vr.)
V 4.	Dothaym.	mons Bethulie . . .	1 l.		
V 5.	Ramathaym Sophim .	Samaria.	1 d.		
V 7.	Dothaym.	Neptalim	3 l.		
VI 6.	Sephora (Sefûrieh) . .	Chana Galilee (Kana)	2 l.		
VI 7.	Nazareth.	Accon	7 l.	7 h. 50′ (V. 223.)	
VI 8.	″	Saltus Domini . . .	4 iact. arc.		
VI 9.	″	Tabor	2 l.	. . . .	3 l. (CVr.)
VI 10.	Tabor	Endor	1 l.		
VI 10.	Endor	Ramathaym Sophim .	fere 2 d.		
VI 11.	Nazareth.	Hermon minor . . .	2 l.		
VI 11.	Tabor	Hermon minor . . .	ampl. 1 l.		
VII 1.	Cayphas (Hâifa) . . .	ostia Cisonis	1 l.		
VII 1.	ostia Cisonis.	Accon	3 l.		
VII 5.	Mesrha.	mons Hermon . . .	1 l.	. . . .	2 l. (Vb.)
VII 11.	Jesrahel (Zerîn). . . .	Sunam (Sulem) . . .	2 l.	2h.(R.Pal.III.828.)	
VII 18.	Sebaste (Sebastieh) . .	Thersa (Tulluzah) . .	4 l.	. . . .	3 l. (ABCVrv.)
VII 19.	Thersa.	terra Taphue. . . .	6 l.	. . . .	5 l. (BVb.)
VII 23.	Sichem.	fons Jacob.	2 iact. arc.		
VII 35.	Galgala	mons Quarentena . .	½ l.		
″ ″	Quarentena.	mons tentationis . .	3 l.	. . . .	2 l. (v.)
VII 36.	″	fons Helisei	2 iact. arc.		
VII 37.	Galgala	vallis Achor	½ l.		
VII 38.	″	Jericho (er-Rîha) . .	1 l.		
VII 39.	Jericho	capella sancti Joh. ad Jordanem	2 l.		
VII 40.	Jericho.	Bethagla ('Ain Hajla)	2 l.	1h.35′(R.P.III.817.)	
VII 41.	Jericho	mare mortuum . . .	3 l.		
″ ″	mare mortuum	capella S. Johannis .	1 l.	. . . .	3 l. (v.)
VII 45.	Jericho	Segor	5 l.		
VII 47.	fons Helisei	Hay	3 l.	. . . .	2 l. (Vb.)
VII 49.	Bethel (Beitîn)	palma Debbore . . .	1 l.		
VII 56.	Jericho.	Adommim	4 l.		
VII 57.	Adommim	Bachurim	2 l.	. . . .	1 l. (A.)
VII 59.	Bachurim	Bethania	2 iact. arc.	30′ (V. 245.) . .	1 iact. arc. (Vb.)
IX 1.	mons Silo	Gabaa Saulis. . .	1 l.		
IX 2.	Gabaa Saulis (Tuleil el-Ful)	Gabaon parua el-Jîb)	1 l.		
IX 5.	Cariathiarim	Lachis (Um Lakhis) .	2 l.		
IX 6.	″	Bethsames Jude ('Ain Schems)	2 l.	. . . .	3 l. (B.)
IX 11.	Bethlehem	Bezek	½ l.		
IX 14.	″	Tecua (Tekûa) . . .	2 l.		
IX 16.	uallis benedictionis . .	Herodium	1 l.		
IX 17.	Tecua	Ziph	5 l.	5h.40′(R.P.III.815.)	2 l. (A.)
IX 20.	Bethlehem	Bethacarem	3 l.	. . . .	4 l. (CVr.)
IX 21.	Rama	Mambre.	ampl. 1 l.	. . . .	2 l. (A. et v.)
IX 22.	ilex Mambre	Ebron vetus	½ l.		[et v.)
IX 23.	Ebron vetus	Ebron noua	1 iact. arc.	. . . .	3iact. arc. (A.
IX 26.	Ebron	Dabir	2 l.	2 h.R. XVI 151 sqq.	3 l. (A.)
IX 27.	Ebron	Necheleschol	2 l.	. . . .	3 l. (A. et v.)
″ ″	riuus Philippi ('Ain Hanîyeh.	″	½ l.		
IX 28.	domus Zacharie (Mâr Sakariâ).	″	4 l.	. . . .	8 l. (A.) 6 l. (v.)
IX 29.	″ ″ ″	Nobe (Beit Nûba) . .	2 l.	. . . .	3 l. (A. et v.)
IX 30.	Bethlehem	sepulcrum S. Karioth	1 l.	. . . .	ampl. 1 l. (v.)
X 3.	Cayphas	spelunca Helisei. . .	1 l.	. . . .	1½ l. (A.)
X 6.	Assur (Arsûf).	Machmethath. . . .	4 l.		
X 11.	Bethsames('AinSchems)	mons Modin	2 l.	. . . .	6 l. (A. et v.)
X 15.	Nobe (Beit Nuba) . .	Emmaus	3 l.		
X 16.	domus Zacharie. . . .	″	1½ l.		
″ ″	″ ″	Bethsura (Beit Sur) .	1½ l.	. . . .	3 l. (A.)

SUPPLEMENTUM BURCHARDI DE MONTE SION.

I. TITI TOBLERI ANNOTATIO AD BURCHARDUM.

Codex Basileensis I (Ba) signatus A. 1. 28, quatern. est chart. paginarum 88½ sec. XV c. ann. 1420.

Codex Basileensis II est chartac. quatern. sec. XIV. Cf. p. 7 n. 6.

Codex Bruxellensis est chart. fol. mai. sec. XIV. Scripsit Io. Regnaldi.

Codex Monacensis quatern. chart. sign. Im 5309 p. 92 —120 incipit: Sanctissimo in Christo Ihesu Patri, Fratri Burcardo, Lectori . . Frater *Conradus de Monte Sion*. (Attendas ad nomen Burchardo quoque proprium.)

— · — · —

Pag. 22 not. 22. *Gebalene*] Cf. Tobler 3. Wand. 144, 464.

P. 32 s. 6. *Me*] ما mà est aqua.

P. 34 n. 151. *castellum regium*] Fortasse casale Melequieh, quod in finibus tyriis fuisse traditur apud Tafel et Thomas Urkunden zur Gesch. der R. Venedig 2, 387.

P. 34 n. 154. *Kabul*] Fortasse Queforcabel (Kafer Kabul) ap. Tafel 2, 388.

P. 38 n. 200. *Sangeor*] V. Tafel 2,389 casale Sanit Iorge.

P. 61 s. 53. *boues — conciderentur*] Cf. Pipinum ap. Tobl. 3. Wand. 411.

P. 62 n. 423. *Adommim*] A Germanis medio aevo Rotenburch, nunc Kalâat Chadrûr nominatum.

P. 66 n. 445. Porta vallis nunc bab es-sobât dicitur. Cf. Topogr. 1, 149.

P. 66 n. 446. „*Das Stephansthor* der Kreuzfahrer lag auf der Nordseite der Stadt, dem Thal- oder Josaphatsthor diagonal gegenüber, und nur das spätere Stephansthor bekam eine östliche Lage, oder es ging in ihm das Josaphatsthor auf."

P. 66 n. 452. V. Denkbl. 434 sq. Topogr. 2, 1001.

P. 67 n. 460b. *Bercile, berceolum, berciolum*, fortasse ortum est ex arab. بركة birkeh, lacus. Lacus duo quos novimus, patriarchae seculi XII sunt recentes birket hammâm el-batrak et birket el-Mamilla.

P. 69 v. 11. *Iosaphat — regis*] Burchardus dicit Salomonis sepulcrum. V. Siloahq. p. 286.

P. 76 n. 540. *mons Gion*] V. Topogr. 2, 6 et Anonymum ap. de Vogüe Eglises de la terre sainte, qui: „*Super Acheldemach*, ait, *Gyon*." Quem Burchardus primus in occidente ponit.

P. 83 c. 4. *cocodrillorum*] V. 3. Wand. 377.

P. 85 n. 631. *Giblin*] rec. Bêt Dschibrîn: v. 3. Wand. 466.

II. TITI TOBLERI EMENDATIONES BURCHARDI.

Toblerus legit:

P. 30 II 26. Piramides autem istorum — et sepulcra ostenduntur — sumptuosa nimis. Et stupende magnitudinis lapides uidi in eis; mensuraui enim lapides duos uiginti quatuor pedes longos . . .

P. 45 V 5. Et sunt — multe et magne. Palme multe crescunt ibi.

P. 58 V 41. De Iericho III leucis, II de capella S. Ioh. Bapt. ad Iordanem est mare mortuum.

P. 60 VII 48. . . . et cetera, que dicuntur. Ibi erexit lapidem in titulum, et appellauit nomen loci istius . .

P. 68 v. 7. Est tamen — quoddam edificium — factum. Quod cum intrassem, descendi per gradus plurimos sub terra in ecclesiam ipsam ad sepulcrum uirginis gloriose. Et credo . .

III. SCRIPTIONES VARIAE CODICIS BASILEENSIS BA ET EMENDATIONES ALIQUOT NOSTRAE SERIORES.

Pag. 22 I. 3. usque ad Gazam contra austrum.

P. 23 II. 2. aquis flu*entibus*. Idem p. 33 v. 9.

P. 27 II 11. antique *structure*. s. 13. *qui* usque hodie.

P. 30 II 29. Margath —, supra ciuitatem Ual. per I leucam distans, a mare munitum ualde . .

P. 33 v. 2. berhe *diuerse*. v. 5 *Terra* autem, que est, v. 9 aquis *fluentibus*.

P. 34 IV 1. domus Thento*nicorum*. s. 3 dele v. *nomine* ante *princ*.

P. 37 IV 19. *ultra* Iord. . . in sini*stra*.

P. 42 v. 2. *ad* terminos — *accesser*unt.

P. 46 v. 1. mare Galilee ab oriente

P. 54 VII 17. Codicis ope legimus: Breuiter nescio quid magis possit dici de ciuitate ista.

P. 55 VII 23. legimus: ubi Dominus sedens supra puteum potum petiuit.

P. 59 VII 45. *feroces* et mali nimis. s. 46 semper fumans et tenebr. et uere sic erat.

P. 60 v. 8. Iaboc et Arnon. v. 14 gluten iud. Unde et lacus *idem* lacus aspalti.

P. 63 VIII 1. in decliui *latere* montis.

P. 66 v. 3. mons *templi* per Rom.

P. 71 v. 3. et *deinde* alia.

P. 75 VIII 6. est locus *idem* et desuper. — Et leg.: fuit ibidem pro altari, sed modo altare destructum est, et est ibi memoria Et leg.: Lapis — ostii orientalis, sine calce tamen, et potest bene . . v. 6 inf. tumbam.

P. 78 v. 2. Dicta fuit *et* Arim. v. 3 sepeliuit.

P. 81 sect. 24. quod *semper* anno reuol. — ueritatem in loco ipso. — portat animal eius non *offenditur*.

P. 83 v. 3 deb. *illud* exp. t. m.

P. 86 XII 2. sunt *usque* ad genua.

P. 87 v. 4. interius *non* sunt caue.

P. 87 XII 3. quadruplice*s* fructu*s* — ibi habeantur.

P. 87 XII 5. Item sunt ibi fructus alii, poma paradisi, admirabiles ualde. Fructus isti crescunt. — v. 4 inf. crocei. — v. 1 inf. uix uno anno durat.

P. 92 v. 2 et sub *eo* tunica.

P. 93 XII 10. Et uidetur — meretrices sunt ibi. Multi eciam sunt ibi eunuchi.

Restat ut cum lecturis communicemus, coniecturas nostras fere omnes codicis Ba. auctoritate confirmatas esse, id quod non vanitatis, sed et laetitiae testificandae et editionis nostrae commendandae causa dictum voluimus.

IV. TITI TOBLERI ET BURCHARDI DE MONTE SION ITINERARIUM.

Burch.	Unde itur (ord. alph.).	Quo itur.	Tobl. h. m.	Burch. dist. lin.	Burch. cod.
II 1	Accon . . .	Caypha	3 30	4	
VI 6	Accon . . .	Sephora . . .	7	6	
X 18	Accon . .	Gaza	2 30	5 (?)	
VII 50	Anathoth .	Ierusalem . . .	1 32	1	
IX 11	Bethlehem .	Bezek	30	½	
IX 14	Bethlehem .	Tecua . .	2	2	
IX 6	Cariathiarim	Bethsames Iude	4 10	3	B.
VII 3	Caymon . .	Magedo		6	Ba.
IX 28	domus Zach.	Neheleschol . .	5 30	4	
X 16	domus Zach.	Emmaus . . .	3 25	1½	
VII 39	Iericho . .	capella S. Ioh.	1 30	2	
VII 41	Iericho . .	mare mortuum .	1 45	3	
VII 56	Iericho . .	Adommim . . .	3 8	4	
IX 10	Ierusalem .	Bethleh. 1h. 49'	2 43	2	Denkbl.
VII 30	Ierusalem .	Rama	2 20	2	738.
VIII 1	Ierusalem .	Samaria . . .	12 20	16	

Burch.	Unde itur (ord. alph.)	Quo itur.	Tobl. h. m.	Burch. dist. lin.	Burch. cod.
VIII 1	Ierusalem .	Sichem	10 30	13	
„	Ierusalem .	Nazareth . . .	22	26	Ba.
„	Ierusalem .	Ioppe	13	13	
„	Ierusalem .	Iericho	6 6	7	
„	Ierusalem .	Tecua	3 50	4	BCVr.
„	Ierusalem .	Ebron	6 6	8	
IX 5	Ierusalem .	Cariathiarim .	2 45	2	Vdv.
IX 9	Ioppe . .	Iamnia	3 49	2	
X 14	Ioppe . . .	Lydda	3 50	4	Ba.
VII 41	mare mort.	capella S. Ioh.	1 25	1	
VI 8	Nazareth .	saltus Domini .	30	4 i. a.	
VI 9	Nazareth .	Tabor	2 20	2	
IX 8	Ramathaym	Ioppe	3 50	3	
IX 28	riuus Philp.	domus Zach. .	5 30	4	
VII 23	Sichem . .	fons Iacob . .	25	2 i. a.	

FRATRIS RICOLDI DE MONTE CRUCIS

ORDINIS PREDICATORUM

LIBER PEREGRINACIONIS.

LECTURIS

S.

Odorici Foroiuliensis librum quendam indagantes, incidimus in hanc Ricoldi peregrinationem, quae continetur codice Guelpherbytano inscripto: No. 40 mst. Weiss., chartaceo, forma maiore, saeculi XIV, foliorum 110. Insunt itineraria M. Pauli Veneti, Oderici, Ricoldi, Guilielmi a Boldensele. Ricoldi de Montecrucis peregrinatio legitur foliis 73b—94b.

De vita Ricoldi si quaeris, haec fere habet Iacobus Quetif s. Echard in libro inscripto: *Scriptores ordinis praedicatorum* T. I p. 504b:

„F. Ricoldus, aliis Riculdus, vel etiam Ricardus de Montecrucis, Etruscus Florentinus, domus Sanctae Mariae Novellae alumnus, vir doctrina ac pietate clarus, sed studio fidei propagandae ardentissimo incensus, sub finem seculi XIII et initio sequentis floruit. Iussu summi pontificis in Asiam cum se contulisset, infidelium in illis regionibus orientalibus degentium terras vastissimas peragravit, ubique divini verbi praeconem apostolici plane pectoris se exhibens, ac innumeris pro religione exantlatis laboribus gravissimisque apud Mahumetanos persecutionibus perpessis illustris. Sed praeclara eius gesta ex eius operibus, quorum duo supersunt, certius cognoscentur. Haec vero sunt: 1. *Itinerarium peregrinationis F. Riculdi ord. FF. Praedicatorum.* Latinum mihi non occurrit, sed Gallice a F. Iohanne Lelong anno 1351 redditum vidi Parisiis in Regia cod. 8389, aliâs XLII, a Labbeo in Spec. antiq. lect. p. 309 recensito, qui codex fol. max. pellibus vitulinis elegantibus constat et figuris auro minioque distinctis, quae regiones et urbes, quas in Asia Ricoldus percurrit, repraesentant, ubique ad quodque caput ornatur ac micat. Similis codex recensetur in Bibl. Cotton. in Anglia armario *Otho* inscripto, Tab. D. II. cod. — 2. *Confutatio Alcorani.* Extat in Colbert. cod. 2273 fol. memb. Qui codex collectio est plurium eiusdem argumenti tractatuum. Extabat etiam Venetiis apud SS. Io. et Paul., ex quo F. Marcus Antonius Serafinus Venetus, baccalaureus, eiusdem domus sodalis, primigenio auctoris stylo praelo commisit Venetiis, typis Dominici de Imbertis 1609 in 4., pagg. 63. Titulum indidit Editor: *Propugnaculum fidei toti Christianae religioni adversum mendacia et deliramenta Saracenorum Alcorani praecipue maxime utile.* Hunc tractatum Demetrius Cydonius, medio seculo XIV florens, e Latino Graece reddidit: quae versio extat Paris. in Reg. cod. 1836 fol. mag. charta orient. Titulus: *Ἀνατροπὴ κεφαλαιώδης τοῦ νόμου Μωάμετ ὑπὸ μὲν Ῥινάρδου* (sic, sed leg. *Ῥικάρδου*) *τινὸς ἐκτεθεῖσα λατινικῶς. Confutatio summaria legis Mahometi a quodam Ricardo Latine edita.* Cur Riculdi nomen in Ricardi mutaverit Demetrius, ignorare me fateor, nisi forsan sua aetate a quibusdam Ricardus nominatus fuerit. E Graeco Demetrii Latine se reddidisse gloriatur Bartholomaeus Picenus de Montearduo, quam translationem edidit Romae typis

Ioan. Besicken 1506 in 4. Quae editio Paris. in Reg. D. 1554. Sed et prodiit pluries postea.“ Caeterum censet Quetif v. Echard Ricoldum Alcoranum non integrum, quae erat Pocciantii sententia, sed ex parte tantum Latine reddidisse, et *epistolas ad ecclesiam triumphantem in suspiriis amari animi* scripsisse. Practerea eiusdem *Libellus ad nationes orientales de discrimine inter Iudaeos, gentiles et Mahumetanos*, servatus apud Sanctam Mariam Novellam Quetifio v. Echardo teste laudatur a Pocciantio. „*Christianae fidei confessio facta Saracenis pia et spiritum apostolicum redolens* ex stylo aliisque rationibus ab editore censetur nostri Ricoldi s. Ricardi. Haec prodiit in collectione supra laudata ad calcem confutationis legis Saracenorum a p. 184 ad 192. Obiisse dicunt Florentiae XXXI octob. MCCCIX. Sic Pocciantius, fortasse ex necrologio Sanctae Mariae Novellae; quem nempe ferunt ex oriente a summo pontifice seu Benedicto XI seu Clemente V revocatum, qui quaedam circa fidem illarum nationum dubia declararet.“

His sive Quetifii sive Echardi verbis a nobis excerptis ea etiam addenda ducimus, quae Ricoldus ipse in praef. § 2 profert: *sese longas et laboriosas peregrinaciones assumpsisse, quum adhuc secularis extiterit, ut addisceret illas seculares sciencias, quas liberales appellent.* Cf. etiam T. Tobleri topographiam Hierosol. I p. XXVI. Tiraboschium IV p. 105 sq. Gudeni syllogen monument. p. 383. Valete et voluptate eadem, qua nos descripsimus, legite libellum.

INCIPIT ITINERARIUS FRATRIS RICOLDI, ORDINIS FRATRUM PREDICATORUM.

Cum ego, frater Ricoldus, minimus in ordine predicatorum, recogitarem frequen- 1
ter incomprehensibilitatem [1]) et intensionem diuini amoris ad genus humanum, quod sic
Deus dilexit mundum, vt Filium Suum Vnigenitum daret, et ipse Altissimi Filius suam
peregrinacionem diligenter nobis ad memoriam reduceret, vt ea non essemus ingrati, di-
cens: „*Exiui a Patre et veni in mundum*“[2]), et quomodo eciam natus pauper et paruulus
cito nec sibi nec matri pepercit a longa et laboriosa peregrinacione, sed cum matre
paupere et sene baiulo peregrinatus est in Egiptum, vt fugeret aduersarios suos, cui
non inerat causa timoris: decreui, quod esset michi ualde ignominiosum, quod [3]) post
tot beneficia suscepta, que solus ipse nouit, qui me vocauit et segregauit de mundo et
assumpsit ad tantum ordinem, vt essem testis et predicator ipsius, nisi [4]) cogitarem vias
meas et conuerterem pedes meos in testimonia sua. Cogitaui, inquam, non esse tutum, 2
quod ego longo tempore sederem et ociosus essem et non probarem aliquid de labore
paupertatis et longe peregrinacionis; maxime cum in mente mea reuoluerem, quas lon-
gas et laboriosas peregrinaciones assumpseram adhuc secularis existens, vt addiscerem [5])
illas seculares sciencias, quas liberales appellant. Suscepta igitur obediencia domini pape 3
mediante magistro ordinis incipiens peregrinacionem traniui mare, vt loca illa corpo-
raliter viderem, que Christus corporaliter visitauit, et maxime locum, in quo pro sa-
lute humani generis mori dignatus est, vt memoria passionis eius in mente mea impri-
meretur tenacius, et sanguis Christi pro salute nostra effusus esset michi robur et firma-
mentum ad predicandum et moriendum pro illo, qui michi sua morte vitam donauit.

I. DE GALILEA.

Veni igitur in *Accon*, et inde itinere diei vnius viginti miliaria cum multis Chri- 1
stianis veni in *Galileam*. Et primo peruenimus ad *Chanam* [6]) *Galilee*, vbi Christus fecit 2
inicium signorum, aquam conuertendo in vinum. Est autem Chana Galilee quarto vel 3
quinto miliario a Nazareth. Ibi extra casale inuenimus puteum, vnde ministri hauserunt 4
aquam implentes ydrias. Ibi inuenimus locum nupciarum et loca et formulas ydriarum. 5
Ibi cantauimus et predicauimus euangelium nupciarum. Ibi rogaui Christum, quod, 6 7

1) Cod. G.: *incomprehensibilitate.*
2) Ev. Joh. 26, 28.
3) *quod*] melius *nisi.*
4) *nisi*] Iam praecessit coniunctio *quod.*
5) Cod. G. *adiscerem.*
6) Cod. G. *Canam.*

sicut aquam in vinum conuerterat, aquam mee insipiditatis et indevocionis conuerteret
in vinum compunctionis spiritualis saporis.

8 Inde recto cursu venimus casale, quindecim miliaria a Genesareth, quod est super
9 mare Galilee. Ibi in descensu montis super mare cantauimus euangelium de illis duo-
bus demoniacis, quos Christus curauit ibi a legione demonum, quos Christus concessit
10 intrare in porcos. Ibi rogaui Dominum, quod me ab infestacionibus liberaret.

11 Inde descendimus in *Bethsaidam*, quinque miliaria, ciuitatem Andree et Petri, que
12 est iuxta mare Galilee. Et venimus iuxta mare, et cantauimus ibi euangelium [7] „*Am-*
13 *bulans Ihesus iuxta mare Galilee.*" Ibi rogaui Christum, vt me ad suum discipulatum
vocaret et faceret piscatorem hominum.

14 Inde ascendimus tria miliaria ad montem, qui est supra mare Galilee, vbi Domi-
15 nus sedens sermonem ad discipulos fecit. Et cantauimus euangelium [8] „*Videns Ihesus*
16 *turbas ascendit in montem.*" Ibi rogaui Dominum, quod me totaliter a desiderio terreno-
rum leuaret et mentem meam ad celestia leuaret.

17 Inde ascendimus ibi prope ad montem, vbi Dominus fecit conuiuium de quinque
18 panibus ordeaceis. Et cantauimus euangelium et predicauimus, et postea sedentes per
ordinem super herbam et fenum fregimus panem et manducauimus omnes cum leticia et
lacrimis.

19 Ibi prope quatuor miliaria est cisterna vetus, in quam proiecerunt Ioseph.

20 Ibi eciam prope est castrum *Saphet*, clauis tocius Galilee.

21 Inde descendimus in *Capharnaum* et venimus ad locum, vbi leprosum curauit Do-
22 minus [9], et postea ad locum, vbi beatus Matheus ad theoloneum accepit vectigalia. Et
cantauimus et predicauimus euangelium de vocacione Mathei.

23 24 Inde regirantes iuxta mare Galilee venimus ad *locum tabule*, duo miliaria. Que est
iuxta Capharnaum et Bethsaidam in loco, vbi Dominus post resurrectionem suam ap-
25 paruit discipulis, stans in litore, et vocauit de mari, et inuitauit eos ad prandium. Et
cantauimus et predicauimus euangelium, et manducauimus omnes vbi manducauit cum
eis panem et piscem.

26 Inde regirantes sex miliaria iuxta mare Galilee versus Bethsaidam et Genesareth [10])
27 venimus ad *Magdalum*, castellum Marie Magdalene, iuxta stagnum Genesareth. Vbi
flentes et eiulantes pro eo, quod inuenimus ecclesiam pulchram et non destructam, sed
tabulatam [11], et [12] ibi cantauimus et predicauimus euangelium Magdalene.

28 29 Inde venientes iuxta mare Tiberiadis venimus quinque miliaria *Tiberiadem*. Et in-
uenientes ibi multa memorialia digna inter alia hec notaui, quod in mari Tiberiadis tota
aqua et in omni loco dulcissima est et suauissima ad potandum, cum tamen in multis
partibus intrent in eo aque fetentes et sulphuree et amarissime.

30 Inde vero ascendentes in montem altum, vt veniremus ad altissimum montem
Thabor, decem miliaria, venimus in *Bethuliam*, paruulam ciuitatem Iudith, unum miliare.
31 Ad pedem ciuitatis quieuimus ad fontem, ad quem Iudei obsessi ab Holoferne exibant
ad refocillandum.

7) Matth. IV, 18.

8) Matth. V, 1.

9) *Dominus* om. cod. G.

10) *Genesareth*] Et pro hoc, et pro sequente nomine Cod. G. habet *Genesar*.

11) *tabulatam*] Cod. G. habet *stabulatam*.

12) Copula supervacanea est.

Et transeuntes Bethuliam ascendimus montem *Thabor*, quinque miliaria. In cuius 32 33
montis descensu Melchisedech obuiauit Abrahe, vt dicitur in historia scolastica de trans- 34 35
figuracione Domini. Et predicauimus flentes et admirantes de tanta destructione. Inde
vidimus partem Arabie, viginti miliaria, et montem, vbi vel vnde deriuantur [13] Ior et
Dan, qui iniciant Iordanem. Inde vidimus montes Gelboe, quadraginta duo miliaria. 36

Ad pedem montis Thabor est campus magnus *Esdrelon*. 37

Et pertranseuntes *Naym* festinauimus in Nazareth, tredecim miliaria. Et ascen- 38 39
dentes in montem venimus *ad saltum Domini*, duo miliaria, vbi Iudei voluerunt precipi-
tare Christum, cum incepit eis legere et predicare. Ibi legimus et predicauimus euan- 40
gelium. Ostendebant autem quedam vestigia Christi pedum et itineris in saxo, que 41
dicebant esse vestigia pedum Christi.

II. DE NAZARETH.

Inde venimus in *Nazareth*. Et inuenimus magnam ecclesiam, quasi totam diru- 1 2
tam, et nichil erat ibi de primis edificiis nisi sola cella, vbi fuit annunciata domina;
illam superreseruauit Dominus ad memoriam humilitatis et paupertatis. Est autem ibi 3
altare domine in loco, vbi orabat domina, quando missus est Gabriel angelus ad eam,
et altare archangeli Michaelis, vbi stetit Gabriel adnuncians. Et in vtroque celebrantes 4
missas et predicantes verbum Dei circuiuimus et perambulauimus ciuitatem, maxime
loca illa, que magis frequentabant domina et puer Ihesus. Inuenimus autem ibi iuxta 5
ciuitatem fontem, qui est ibi in maxima veneracione pro eo, quod domina aliquando ad
fontem illum [14] et puer Ihesus frequenter portabat inde aquam matri. Iuimus eciam 6
ad synagogam, in qua legit Ihesus Ysaiam prophetam, triginta miliaria.

Omnia ista loca Galilee de primo vsque ad vltimum inuenimus in possessione [15] 7
Sarracenorum pacifice et quiete.

De Nazareth venimus in *Castrum Zafetanum*, decem miliaria. Ibi natus est 8 9
Iohannes euangelista et Iacobus, filii Zebedei. Ibi habitant Christiani.

Inde reuersi fuimus in Accon, ciuitatem Christianorum. 10 11

III. DE ACCON ET IUDEA ET TERRA PROMISSIONIS.

De Accon vero festinantes versus Iherusalem venimus ad torrentem *Cyson*, vbi 1
occidit Helias per manus ministrorum octingentos et quinquaginta prophetas Baal et
lucorum. Quem transeuntes venimus ad *Cayfan* [16] ciuitatem, quatuor miliaria, iuxta 2
mare. Et inde venimus ad pulcherrimum monticulum *Carmeli*, vbi Helias congregare 3
fecit multitudinem Israel et conuicit sacerdotes Baal. Inde venimus ad *Castrum Pere-* 4
grini [17], quod est nobile castrum templariorum iuxta mare. Inde viginti miliaria ad 5
castrum *Cacho* [18]. Inde decem et octo miliaria ad *sanctum Georgium* [19]. Inde in *Beno-* 6 7
polim [20], qui fuit viculus sacerdotum. Inde venimus in *Ramatha* in montem Effraym, 8
qui est tria miliaria ab Iherusalem. Et visitauimus domum Samuelis. 9

13) Cod. G. deriuantes.

14) Fortasse supplendum est *lauauit filium*.

15) *possessionem* G.

16) *Cayfa*] nunc Haifa, olim Hepha.

17) *Castrum Peregrini*] nunc Athlît.

18) *Cacho*] nunc Kakun. Cf. Ritter XVI. 714.

19) *Sanctum Georgium*] Fortasse Ricoldus dicit Lyddam. Cf. Burchardum de Monte Sion V. 2, et quae ibi annotavimus.

20) *Benopolim*] Haud scio an non sit recens *Beit Nûba*, crucesignatorum *Bettenuble*. Cf. Ritter XVI. 543. 544.

IV. DE IHERUSALEM.

1 Inde venimus ad Iherusalem, ciuitatem sanctam, que eciam vere potest nominari
2 ciuitas ruine et destructionis. In qua primo iuimus ad ecclesiam sepulchri Domini no-
3 stri Ihesu Christi, et non potuimus intrare nolentibus Sarracenis. Inde ascendimus ad
4 montem Syon, ciuitatem, quam edificauit et expugnauit Dauid. Ibi inuenimus turrem
Dauid, de maximis et quadratis saxis edificatam, eciam quod [21] destruentes in de-
5 struendo defecerunt et aliquid ad memoriam reliquerunt. Postea inuenimus locum, vbi
6 decollatus fuit sanctus Iacobus maior. Vbi nunc est ecclesia, et in ecclesia decollacio-
7 nis est marmor, quod adhuc ostendit rubeum sanguinem cruentatum. Postea inuenimus
8 locum, vbi fuit cenaculum illud grande stratum. Vbi fuit edificata maxima ecclesia, que
ex vna parte continet cellam siue mansionem beate Marie virginis post ascensionem Filii.
9 Ex alia parte in longum continet locum, vbi cenauit Christus cum discipulis suis, et
10 11 alia, que fecit eodem sero. Et ibi est altare, vbi ordinauit sacramentum eucharistie. Et
ibi eciam est locus, vbi discipuli erant congregati, quando factus est repente de celo
12 sonus. Et in eodem loco subtus est mansio, vbi sero erant discipuli congregati propter
13 metum Iudeorum, et locus, vbi stetit in medio eorum et dixit: „Pax vobiscum!" Ibi est
altare, ibique celebrauimus et predicauimus gementes et flentes et vehementer timentes
14 occidi a Sarracenis. Ibi prope iuxta ecclesiam est columpna flagellacionis Christi, ad-
15 16 huc vestigio sanguinis Christi cruentata. Ibi iuxta est domus Anne, soceri Cayphe. Ibi
17 prope est locus, vbi Petrus, postquam negauit Christum, egressus foras fleuit amare. Vbi
18 in memoriam negociacionis vel amare fletus et penitencie Petri edificata est ecclesia. Ibi
19 descendentes de monte Syon inuenimus locum fratrum predicatorum. Vbi adhuc manet
20 21 ortus [22]. Est autem locus inter templum Salomonis et templum Domini. De templo Salo-
22 monis vidimus [23], vnde precipitatus fuit Iacobus, frater Domini. Vbi est maximum precipi-
23 cium super vallem Iosaphat. Quem locum repleuit Salomon cum edificauit [alias illo melle] [24].
24 Inde exeuntes ciuitatem intrauimus campum *Acheldemach*, qui vsque in hodiernum
25 diem est sepulchrum peregrinorum. Ibi prope inuenimus cellam sancti Eunofrii et alio-
rum sanctorum patrum.

26 Inde descendentes ad vallem *Iosaphat* inuenimus ibi mirabile sepulchrum, quod
edificasse dicitur Salomon vxori sue, filie Pharaonis, quam tantum dilexit, vt ei ascri-
bantur Cantica Canticorum.

27 De valle Iosaphat descendimus in Iericho, viginti miliaria, per viam illam, per
28 quam descendebat ille, qui descendebat ab Iherusalem in Iericho. Que vsque nunc de-
serta et dubia est et latronibus frequentata.

29 Descendentes autem viginti miliaria inuenimus munitum castellum, quod [25] edifi-
cauit Ptolomeus, filius Abobi, vbi occidit Symonem, sacerdotem magnum, cum esset He-
30 breus cum filiis suis in conuiuio, quod eis fecerat. Et vsque modo est ibi turris, que
dicitur vsque in hodiernum diem *turris rubea*.

31 Ibi descendimus quatuor miliaria in *Iericho*, que est quasi deserta.

21) *eciam quod*] ita ut et destruentes in destruendo deficerent et aliquid ad memoriam relinquerent.

22) *ortus*] i. e. hortus.

23) Vocabulum *locum* e coniectura addere non sumus ausi.

24) Absurda haec infra § 43 ad marginem ponenda esse videntur. Sunt enim nihil nisi scriptio alia, quamvis et ipsa absurda.

25) *castellum quod*] Cod. G. *cl'am quam*, i. e. clausulam quam, sed praecedit *munitum*, non munitam.

Inde festinantes quatuor miliaria in *Iordanem* inuenimus iuxta Iordanem locum, 32
vbi habitabat beatus Iohannes baptista. Vbi in memoriam suam est pulchrum monumen- 33
tum. Ibi in festo epiphanie invenimus Christianos ad baptismum, vltra decem milia, ex 34
omni populo et nacione. Ibi edificauimus altare iuxta flumen, vbi celebrauimus et pre- 35
dicauimus et baptizauimus gaudentes et flentes. Cum autem omnis populus baptizaretur 36
et clamaret „*Kyrieleison*“, tantus fuit fletus et vlulatus, quod putabamus angelos descen-
disse de celo et voce querula nobiscum clamantes [26]. Et tunc cantauimus euangelium 37
„Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus.“

Inde a Iordane ascendimus ad *montem temptacionis* in deserto, vbi ductus est Ihe- 38
sus, et in loco [27], vbi ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Est eciam 39
ibi ecclesia et cella. Vbi celebrantes et predicantes multis Christianis, qui conuenerant, 40
et heremitis, qui morabantur ibidem, didicimus ab eis multa loca et mansiones Christi
per ordinem.

Inde duxerunt nos ad locum et ad montem multum altiorem et valde difficilem, 41
ad eundem, vbi diabolus assumpsit Ihesum et ostendit ei omnia regna mundi. Et vere 42
locus est aptus temptacioni et cupiditati, quia, cum in se sit desertus et nichil boni ha-
bens, tamen sub se in planicie pulcherrima quasi omnia sunt. Est enim dictus mons 43
super fluenta Iordanis et planiciem Iericho, que habet riuos, fontes et ortos magnos,
sicut paradisus, et campos canamelle [28], vnde faciunt zucharum. Ibi palme et plantacio 44
rose in Iericho.

Inde vidimus loca *Zodome* et *Gomorre* et aliarum ciuitatum, et *mare mortuum*, quod 45
appellatur mare maledictum. Inde eciam vidimus *Ilkracco*, quod est *Petra deserti* [29], ad 46
montem Filie Syon.

Vbi vero fuit temptacio, cantauimus et predicauimus euangelium. 47

Inde vero viginti miliaria ascendimus in Iherusalem per viam, per quam Christus 48
ascendit ad passionem vadens et veniens in *Bethaniam*. Et postea inuenimus in Betha- 49
nia domum Lazari et sepulchrum eius, vnde vocauit eum Dominus, et cantauimus euan-
gelium et predicauimus de Lazaro.

Vnde venimus vnum miliare in *Bethfage* iuxta montem olivueti, et inuenimus locum 50
ficulnee, que aruit ad preceptum Domini, et locum, vbi misit duos discipulos suos in
Iherusalem pro asina.

Inde venimus ad *montem olivueti*, et inuenimus locum in cacumine montis ipsius [30] 51
et ascensionis Christi, et multa alia mirabilia, et ibi prope alium montem, quem appel-
lant *Galileam*. Et dicunt, quod ille est mons, de quo intelligitur euangelium, „*Vbi duo-* 52
decim discipuli abierunt in Galileam in montem“ [31]; non quod mons sit in Galilea, sed in
Iudea, sed quia mons ipse mons [32] appellatur Galilea. Alii dicunt hoc fuisse montem 53
Thabor, qui est vere in Galilea.

Descendentes autem de monte oliueti venimus in locum, vbi Ihesus videns ciuita- 54
tem fleuit super illam. Et ibi accepimus ramos oliuarum, benedicentes et dantes omnibus. 55

26) *clamantes*] clamare.

27) *loco*] locum, nisi verba *mons tempt. in loco* coniungenda sunt.

28) Cod. G. *namelle*. Cf. notam 24.

29) *Petra*] Cod. habet *de petra deserti*. Nomen, quod praecedit, depravatum *Ildracco* e coniectura mutavimus.

30) *ipsius*] ipis habet G.

31) *montem*] Matth. 28, 16.

32) Fortasse *modo* legendum est.

56 Et descendimus per viam, per quam descendit Christus cum processione in die
57 oliuarum. Et venimus ad *portam auream*, per quam intrauit Dominus cum processione.
58 Que porta est ad pedes templi.

59 Deinde ascendentes in ciuitatem, vt iremus in Bethlehem, exiuimus extra in mon-
60 tem *Syon*. Et inuenimus extra ciuitatem fontem *Rogel*, ubi fuit ortus regius, vbi Ado-
nias, filius Agith, fecit conuiuium, cum vellet regnare.

61 Inde procedentes per viam, per quam venerunt magi versus Bethlehem, inueni-
62 mus locum, vbi stella apparuit eis. Et ibi est ecclesia in memoriam stelle.

63 64 Inde inuenimus ad quatuor miliaria martires, vbi transportauit eos leo. Et est
ibi monasterium pulchrum, vbi habitant monachi Sarracenorum.

65 Inde venimus in mediam viam inter Iherusalem et Bethlehem ad locum Helie,
vnum miliare.

66 67 Inde venimus duo miliaria ad *sepulchrum Rachelis* iuxta viam Effrate. Quod se-
pulchrum quam nobile, quam antiquum sit, ipsum opus testatur.

68 69 Inde venimus ad *campum cicerum*. Dicunt, quod, cum Christus transiret inde et
quereret a laboratore seminante cicera, dicens: „Quid seminas?“ ille respondit: „Semino
70 71 lapides.“ Christus dixit: „Et lapides recolliges.“ Extunc, vt dicitur, nichil ibi nascitur
nisi dicti lapilli.

V. DE BETHLEEM.

1 Inde venimus in *Bethleem*, ciuitatem paruulam, vbi natus est paruulus ille magnus.
2 Ibi inuenimus pulcherrimam ecclesiam domine nostre et in ecclesia diuersorium, quod
erat via stricta vbi ex parte vna erat presepe, vbi posuerunt Dominum, et ex alia
3 4 parte vie erat quasi quedam cripta et antrum pauperum. Et ibi habitabant stricte. Et
5 ibi est altare, vbi peperit domina nostra. Ibi predicantes et celebrantes et populum
communicantes post missarum solempnia inuenimus in presepio pulcherrimum infan-
6 tem, filium paupercule Christiane, que habitabat iuxta ecclesiam. Et in eo letantes
adorauimus Christum natum et ad modum magorum paruulo dantes munera reddidi-
mus matri.

7 Inde descendimus ad *locum pastorum*, qui erant in regione eadem in tercio milia-
8 rio a Bethleem. Ibi est in memoria[33] pastorum maxima ruina ecclesiarum, que fuerunt
9 ibi edificate. Ibi iuxta duo miliaria est *viculus* vel *casale prophetarum*, qui occurrerunt
Helie et Heliseo, et dixerunt: „*Hodie tolletur dominus tuus a te!*“[34])

10 Inde ascendentes per viam, que ducit in Bethleem, per viam, per quam venerunt
11 pastores et per quam ascendit Ioseph cum Maria vxore pregnante, inuenimus prope
Bethleem locum, vbi Maria et Ioseph quieuerunt fessi et sitibundi. Ibi ostenderunt no-
bis puteum, quem dicebant excreuisse vsque ad summum et dedisse potum virgini pre-
12 gnanti et suo sponso.

Inde reascendentes in Bethleem vsque ad locum natiuitatis inuenimus iuxta eccle-
siam domine nostre palacium, vbi beatus Ieronimus transtulit libros, et sedem, vbi sede-
13 bat, et locum dormicionis[35]) sancte Paule.

Inde redeuntes, vt iremus ad domum Zacharie, qui habitabat extra Iherusalem

33) *memoria*] memoriam.
34) Reg. II (IV). 2, 3.
35) *dormicionis*] obitus. Cf. Robinsoni Palaestina II. 380.

per tria miliaria, inuenimus primo locum, vbi Elizabeth occurrit Marie, et exultauit in-
fans in vtero eius. Postea inuenimus locum Zacharie, et ibi prope ad terciam vnius 14
miliaris domum Elizabeth. Et in medio currit riuulus a fonte pulcherrimo, vbi frequen- 15
ter quiescebant et colloquebantur Elizabeth et Maria pregnantes. Ibi eciam inuenimus 16
locum [36] beati Iohannis baptiste.

Inde redeuntes versus Iherusalem inuenimus locum, vbi fuit incisa arbor magna, 17
ex qua factum est lignum crucis.

Inde euntes Iherusalem per viam, vnde descendebat eunuchus Candaces [37] regine, 18
quem baptizauit Philippus, inuenimus viam, per quam ibat, in curru legens Ysaiam.

Venientes autem in Iherusalem, vt compleremus desiderium nostrum de visitacione 19
sepulchri, iterum ascendimus in montem Syon, vbi cenauit Christus cum discipulis suis,
et lauit pedes eorum.

Inde descendimus per viam, per quam descendit Christus post cenam, vt iret ad 20
ortum, et venimus ad aquas Siloe, vbi secatus est Ysaias [38]. Ad quem locum misit 21
Deus cecum natum.

Inde trans torrentem Cedron, qui est in valle Iosaphat et currit inter montem 22
olineti et Iherusalem.

Inde descendentes per vallem Iosaphat venimus ad locum, vbi erat ortus, in quem 23
introiuit Ihesus. Et ibi inuenimus locum, vbi orauit Ihesus, et vbi captus fuit iuxta or- 24
tum. Et nunc dicitur *campus florum*. 25

Ibi iuxta est *sepulchrum virginis* in media valle Iosaphat. 26

Ibi vero in valle Iosaphat considerantes *locum iudicii* inter montem olineti et Cal- 27
uarie sedimus flentes et trementes, expectantes iudicium. Conferentes autem, vbi resi- 28
deret in alto iustissimus iudex et vbi esset ad dexteram et ad sinistram, [et] elegimus [39]
extunc mansionem ad dexteram, et quilibet signauit ibi lapidem in testimonium. Ego 29
autem erexi et signaui ibi lapidem in testimonium et accepi locum ad dexteram pro me
et pro omnibus, qui a me verbum Dei audierant, qui perseuerarent in fide et veritate
euangelii. Et sic signaui lapidem sub inuocacione multorum, qui presentes flebant. 30

Inde intrauimus in *sepulchrum* pulcherrimum *virginis*, quod Sarraceni cum multis 31
luminaribus et magna reuerencia custodiunt. Et ibi cantantes et celebrantes et populum 32
communicantes et predicantes quieuimus.

Inde exeuntes inuenimus iuxta dictum locum campum, vbi fuit lapidatus beatus 33
Stephanus, et ascendentes per viam, per quam eiecerunt eum extra ciuitatem cum lapi-
dibus, intrauimus in Iherusalem per portam sabbatorum, et inuenimus *ecclesiam sancte
Anne*, matris Domine. Ibi ostenderunt locum, vbi affirmauerunt [40] vere, quod fuit nata 34
beata virgo. Et ibi iuxta sepulta est beata Anna, mater eius. 35

Ibi prope inuenimus probaticam piscinam. 36

Ascendentes autem inuenimus domum Herodis et prope domum Pilati, vbi vidi- 37

36) Cod. G. *inuenimus locum vbi locum beati I. b.*

37) Act. 8, 27.

38) *Ysaias*] Iesaiam prophetam Manasse regnante serra dissectum obiisse tradunt.

39) *eligimus* cod. G. Ceterum copula supervacanea est.

40) *affirmauerunt*] *affirmauit* G.

mus litostraton [41]) et locum, vbi fuit iudicatus Dominus, et locum, vbi stetit in platea
populus ante palacium, cum exiuit ad eos Pilatus.
38 Ascendentes autem per viam, per quam ascendit Christus baiulans sibi crucem,
inuenimus locum, vbi dixit: „*Filie Iherusalem, nolite flere super me!*“ [42])
39 Ibi ostendunt locum tramorticionis [43]) domine nostre, cum sequeretur filium por-
40 tantem crucem. Et ibi iuxta viam ostendunt domum in memorialem locum [44]). Ibi osten-
41 dunt locum, vbi substitit Christus cum cruce et fessus quieuit paululum. Inde per trans-
uersum est via, que venit ad ciuitatem vbi occurrerunt Symoni cirenensi venienti de villa,
42 vt tolleret crucem Ihesu. Ibi iuxta est locus, qui fuit fratrum minorum.
43 Ascendentes autem per viam indirecte [45]), vbi ascendit Christus, inuenimus locum,
vbi dicunt, quod Helena probauit et discreuit crucem Domini a crucibus latronum signo
resurrectionis mortui.

VI. DE SEPULCHRO DOMINI.

1
2 Inde procedentes intrauimus ecclesiam seu locum sepulchri. Est autem ecclesia
3 maxima, que continet montem Caluarie. In loco, vbi crucifixus est Dominus, inuenimus
4 locum, vbi in saxo fixum fuit lignum crucis. Et ibi iuxta ymago est crucifixi, opere
musaico, tenens faciem ad occidentem, sicut fuit crucifixus Dominus, et ad pedes saxi,
vbi erat infixa crux, stacio beate Marie virginis et beati Iohannis euangeliste, qui sta-
5 bant iuxta crucem respicientes ad orientem et ad faciem Christi. Ibi est locus tante
deuocionis, quod si quis non fleret compassione filii clamantis et morientis in cruce, flere
6 cogitur compassione matris flentis ad pedes crucis Christi morientis pro nobis. O anima
mea, o anima peccatoris hominis, quomodo postea potuisti viuificare et gubernare corpus
tante corrupcionis et tante contradictionis? quare non factus es michi dolor mortis, do-
7 lor compassionis? Si nunc fuissem deuotus, vt credebam, dolore vel gaudio mori potui
8 de contemplacione tanti desiderii. Circumspiciens autem sollicite, si vere viderem Domi-
num meum oculis corporeis, vidi locum crucifixionis et saxum conscissum [46]) a summo
9 vsque deorsum et partem columpne subtus, ad quam flagellatus est Dominus. Que su-
10 stentabat lapidem altaris deorsum prope stacionem, vbi mater et virgo plorabat. Ibi
retro et iuxta eam erat locus et ostendebant lapidem, vbi deposuerunt corpus et li-
11 gauerunt linteis et condiderunt aromatibus, vt sepelirent. Inde volentes accedere ad
sepulchrum et querere Dominum, quem non inueneramus in monte Caluarie; iam enim
deposuerant eum, cum ego miser tarde perueni et dixi: „Eamus et queramus ad monu-
mentum, vbi posuerunt eum!“ et congregans Christianos, qui tunc erant ibi vltra cen-
tum, ordinaui processionem, quam incepimus a columpna, quam dicunt esse in medio
12 mundi. Et ascendimus per viam, per quam venerunt Marie cum aromatibus, et nos
plane procedentes per viam et conferentes ad inuicem: „Quis reuoluet nobis lapidem?“
postea cum appropinquauimus alta voce cantantes et repetentes victime pascali laudes
etc., ad omnem passum vnum versum vnus precinebat et omnes respondebant; et circum-

41) *litostraton*] lithostrotum, λιθόστρωτον. Joh. 19, 13.

42) *super me*] Vid. Ev. Luc. 23, 28.

43) Vocabulum hoc mihi ignotum σπασμόν significare videtur. Vid. Tobleri Ierusalem I. 450.

44) *in memorialem Christus*] Legendum fortasse est: *Et ibi iuxta viam ostendunt domum et memorialem locum, vbi substitit Christus.*

45) *indirecte*] in directe G.

46) *concissum* G.

dantes et circumeuntes sepulchrum cum querentes Dominum sollicite non inueniebamus
Dominum, clamauit quispiam tam alta voce: „Surrexit Christus, spes mea! precedet suos
in Galilea!“, quod extra totum templum rumor et tumultus insonuit inter Sarracenos. In- 14
trantes autem in sepulchro inuenimus magnum illum lapidem ad hostium monumenti, sed 15
reuolutum iuxta hostium[47]. Et exeuntes, cum non inuenerimus Dominum, ostenderunt
nobis ortum et locum, vbi primo apparuit Magdalene, et inde viam non in orto, vbi
apparuit aliis Mariis et vbi tenuerunt pedes eius. In eadem autem ecclesia est alia ec- 16
clesia subtus, quam fodit Helena, vbi inuenit cruces. Ad quam descendimus plus quam 17 18
viginti passus. Et est tota fossio in lapide. In ipsa autem ecclesia sepulchri celebrantes 19
et predicantes pluribus vicibus et populum communicantes quieuimus die et nocte.

Inde exeuntes et redeuntes de Iherusalem venimus recto cursu octo miliaria[48] in 20
Emaus. Et conferentes de Christo, vt ipse appropinquans iret nobiscum, per prata et 21
loca pulcherrima appropinquantes castello venimus ad viam, in qua se finxit longius
ire[49], et postea in Emaus ad locum, vbi parauerunt cenam et cognouerunt etc.[50] Ibi 22
est ecclesia pulchra.

Inde redeuntes venimus iuxta *Ramam*, ciuitatem Ioseph, qui sepeliuit Christum. Et 23 24
inde iuxta decem miliaria *Cesaream Philippi*[51], que est super mare. Inde viginti milia- 25
ria ad *Cacho*[52] castellum. Et inde appropinquantes *Castro Peregrini* decem et octo mi- 26
liaria venimus ad *caueam virginis*. Est autem *cauea virginis* fouea iuxta mare in via, 27
que venit ex Egipto in Iudeam vel Galileam. Voluit enim Ioseph declinare Iudeam et 28
ire in Galileam, et cum esset iuxta in via, que venit de Cesarea Philippi, et quiesceret
super lapidem, lapis quasi liquatus et per semet ipsum lectum et concauum se faciens
occultauit puerum et Mariam et Ioseph, vt non viderent eos quidam insequentes et vo-
lentes eos ledere, vt dicunt.

Inde venimus in *Castrum Peregrini* et inde in *Accon*, centum miliaria. 29

VII. DE TRIPOLI.

De Accon vero transeuntes per mare iuxta Tirum et Sidon venimus in *Tripolim*, 1
iuxta quod est fons ortorum et puteus aquarum viuencium. Inde vidimus montem Li- 2
bani. Ibi sunt *Maronite*, qui dicunt in Christo esse vnam voluntatem, conueniunt tamen 3
nobiscum in omnibus aliis magis quam alia secta orientalis. Ibi prope eos sunt *Assas-* 4
sini, quos orientales *Ysmahelitas* natos de Ysmahele dicunt. Qui dum occidunt et occi- 5
duntur, putant, quod assumantur ad quasdam delectaciones, in quibus credunt esse vitam
eternam. Isti quantum ad legem sunt Sarraceni. 6

De Tripoli vero per mare transeuntes venimus prope *Tortosam*[53]. Et inde ostende- 7 8
runt nobis planiciem inter montem Libani et montem nigrum, vbi Noe fabricauit archam.

Et postea intrauimus *Armeniam* apud *Laiacium*[54]. Et iuimus ducenta miliaria in 9 10
Armestriam[55], vbi fuit episcopus Theodorus, maximus hereticus, qui totum euangelium

47) *hostium*] ostium.

48) *miliare* G.

49) Vid. Luc. XXIV. 28.

50) Vid. Luc. XXIV. 31.

51) *Cesarea Philippi*] Est potius *Caesarea Palestina*, et errat aut librarius, aut Richoldus.

52) *Cacho*] Cf. supra cap. III § 5. Liber ms. habet *Cato*.

53) *Tortosa*] nunc Tartûs, olim Antaradus.

54) *Laiacium*] Laodiceam ad mare, recentem Latakia. Itaque fortasse scribendum: *Latacium*.

55) *Armestriam*] Dicitur Mopsvestia, caput

11 sua exposicione fedauit. Dixit virginem non peperisse Deum, sed hominem iustum et
12 templum Dei [56]. Huiusmodi virulentos libros inuenimus in omnes partes orientales [57]
aput Nestorinos; nam Nestorius fuit eius complex.

13 Deinde transiuimus viginti miliaria iuxta *Tharsim* Cilicie, vnde fuit beatus Paulus
apostolus.

VIII. DE THURCHIA ET TURCHIMANNIA.

1 Armeniam autem transeuntes intrauimus in Thurchiam, et inuenimus Thurchimannos, homines bestiales, qui sunt Sarraceni et habitant communiter sub terra ad modum
2 talparum. Isti egrediuntur de cauernis terre quasi mures, et subito faciunt exercitum.
3 4 Et sunt homines feroces et fortes, et maxime mulieres eorum. Et vt de ceteris sileam,
5 hoc vnum referam. Nam cum iremus cum camelis, mulier thurchimanna pregnans pedes
6 sequebatur camelos; et de nocte, cum essemus in deserto, peperit in silencio. Mane
autem facto, admirantes inuenerunt infantulum vagientem, quem accipiens mater pedes
sequebatur camelos, vt prius.

7 Predicti autem Thurchimanni insidiantur maxime Grecis, qui habitant iuxta mare
magnum, quia Greci occiderunt ex Francis maximam multitudinem, quia in quodam passagio, quod faciebant Franci contra Sarracenos, miscuerunt calcem farine; Franci vero
secure ab eis tamquam a Christianis accipientes et comedentes multi ex eo mortui sunt [58].
8 Inuenimus autem firmiter per fide dignos, quod Greci illi ita timent Thurchimannos,
quod non audent exire de ciuitatibus nec de castris eorum [59], nisi portent secum capi-
9 strum paratum, quo ligentur. Dicunt enim, quod Thurchimannus statim eum occidit,
10 nisi inueniat ei capistrum paratum. Et ideo quando exeunt ad seminandum vel ad
11 siluam vel ad huiusmodi opus, vnusquisque portat suum capistrum, quo ligetur. Et sic
vere completur in eis illud Salomonis [60]: „*Iniquitates sue capiunt impium, et funibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur.*“

IX. DE TARTARIS.

1 Intrantes autem infra Thurchiam inuenimus horribilem et monstruosam gentem
2 Tartarorum. Differunt autem Tartari multum ab omnibus aliis nacionibus mundi in
3 persona, moribus et ritu. In persona autem, quia habent magnas et latas facies et oculos paruos, quasi fissuras [61], quasdam per transuersum in media facie, et paruam bar-
4 bam, ita quod multi eorum similes sunt simie [62], et maxime senes. In omnibus autem
sunt dissimiles ab aliis, quia nec curialitatem habent, nec verecundiam, nec gratitudinem,
nec amorem ad aliquem locum [63], vt alie naciones, sed videntur odire [64] omnem ciuitatem
5 et omne edificium habitacionis. Nam quasi omnes ciutates et castra et habitaciones et
edificia destruunt, et illum magis ledunt, qui se magis illis humiliat; omnem autem reue-
6 renciam sibi factam et omne obsequium non gratum sibi reputant, sed debitum. Dicunt

Armeniae, quod regnum continuit partem Ciliciae et Cappadociae. Mopsvestia in medio aevo Mamistram dictam esse constat.

56) *Dei*] De Theodoro Mopsvestino vid. Neandri hist. eccl. t. II P. III p. 944.

57) *in omnes partes orientales*] in omnibus partibus orientalibus.

58) *sunt*] Notum est, hoc Conradi III. Imp. exercitui anno 1147 accidisse.

59) *eorum*] suis.

60) Proverb. V. 22.

61) *fixuras* G.

62) *symee* G.

63) *amorem — locum*] alicuius loci.

64) *odire*] odisse.

enim se [65]) esse veros dominos mundi. Dicunt, quod Deus fecit mundum solum propter 7
eos, vt ipsi dominentur et gaudeant. Dicunt enim, quod aues celi nunciant hominibus, 8
quod ipsi sunt domini mundi, et quod totus mundus debet eis dare tributum et dare
encenia. Dicunt enim, quod aues celi et bestie deserti comedunt et bibunt de gracia 9
imperatoris. Cum quidam Francus veniret ad vnum magnum imperatorem et principem 10
Tartarorum, dixit ei princeps: „Quid michi portasti?" Dicit ei: „Nichil portaui, quia 11
nesciebam potenciam tuam." Dixit ei princeps: „Sed et aues celi non dixerunt tibi, 12
quando intrasti prouinciam?" Et respondit: „Potest esse, quod dixerunt, sed non intel- 13
lexi linguam." Et tunc placatus pepercit ei. 14

In ritu enim differunt ab aliis nacionibus, quia non menciuntur se habere legem 15
a Deo [66]), vt multe alie naciones. Credunt autem deum quandam legem nature. In- 16 17
stinctu enim quodam naturali viuunt, vt bestie et aues, mutantes in estate et hyeme.
Timent enim multum calorem et frigus. In Thurchia et Gasaria ibi est magnum frigus. 18 19
Quando nimis intensatur frigus, conqueruntur contra homines Sarracenos vel Christia-
nos, et dicunt: „Aliqui homines pro certo fecerunt venire frigus magnum!" Et tunc 20
discurrunt per ciuitatem, et cum inueniunt hominem pelliciatum et foderatum et multum
munitum contra frigus, comprehendunt eum et spoliant, et accipiunt omnia que habet in-
duta ab eo, dicentes: „Tu fecisti venire frigus, prouocando eum cum multis pelliciis et
pannis superfluis."

Item quedam peccata reputant et quedam nichil reputant. Nam ebrietatem et vo- 21 22
mitum ex ebrietate reputant honorem et dicunt honorem, et dicunt, quod est de gracia
imperatoris Chan [67]); furtum vero et rapinam reputant quandam bonam astuciam. Men- 23
dacium multum odiunt et veritatem amant.

Summe diligunt honorem, et ipsi minime volunt aliquem honorare nisi suos domi- 24
nos. Cum scribunt suis maioribus. tantam reuerenciam habent et seruant, quod non 25
scribant nomen sui maioris in suo loco, sed dimittunt spacium vacuum et postea scri-
bunt nomen de foris in margine in alio loco. Quando eorum dominus descendit de 26
equo, quocumque casu descendat, omnes descendunt. Si enim contingat in bello, quod 27
dominus cadat de equo, eciam coram hostibus, omnes descendunt. Sed et tantam obe- 28
dienciam obseruant ad eorum dominum, quod, quando contingit, quod aliquis condempna-
tur ad mortem, dominus dicit: „Incidatis talem et faciatis dormire eum." (Nam mortem
non mortem, sed dormicionem appellant.) Tunc veniunt ad illum, qui est occidendus, 29
et dicunt: „Dominus mandat, quod incidamus te et faciamus te dormire." Tunc re- 30
spondet ille, dicens: „Dicit ipse et mandat." Et statim audito parat brachia sua ad 31 32
ligandum eum. Dicit ergo: „Ligetis me."

Verberare vel verberari pro nichilo reputant. Nam cum Tartarus aliquem ver- 33
berat multis verberibus vsque ad mortem, reputant sibi sacrificium. Optime sibi porri- 34
git eum potum [68]), et cum ipse dure verberatur, valde facile reconciliatur vnio.

Homicidium valde graue reputant, et valde cauent, ne occidant sine maxima causa. 35
Vnus Chan occidit alterum, vt ipse dominetur, tamen valde obseruat, ne effundat eius 36
sanguinem. Dicunt enim, quod nullo modo est conueniens, quod sanguis Magni Chan 37

65) *se enim* G.

66) *adeo* cod. G.

67) *Chan* h. l. et § 36 legitur; in capitibus proxime sequentibus passim *caam* scriptum invenimus.

68) *optime* — *potum*] Locus obscurus.

38 fundatur in terra [69]), sed quocumque modo potest eum suffocare procurat. Mortuo eciam
Magno Chan alius, qui surgit loco ipsius, siue sit filius eius, siue alius, accipit omnes
vxores eius, et fiunt eius vxores et mulieres; ymmo non reputatur Chan, nisi habeat
vxores alterius Chan, et mulieres sistunt et confirmant Magnum Chan.
39 Mulieres Tartarorum sunt apud eos in magno honore, et portant coronas maxi-
mas super omnes alias mulieres, et hoc in memoriam triumphi, quem habuerunt apud
40 quendam magnum fluuium orientis. Nam cum Tartari essent ex vna parte fluuii et ad-
uersarii eorum forciores ex alia, et Tartari non auderent ad eos transire, Tartari dimi-
serunt mulieres eorum in campo, et ipse occulte de nocte longe equitauerunt, et venientes
ex aduerso contra hostes, et dicentes, quod venirent ad auxiliandum Tartaris, hostes
41 Tartarorum audito, quod tantus exercitus veniebat contra eos, territi fugerunt. Nam
mulieres Tartarorum parate erant ad bellum quasi milites, et cum viderent, quod hostes
42 pararent se ad fugam, aggresse sunt eos et habuerunt de eis plenam victoriam. Ipse
43 enim cedebant [70]) ex vna parte, et mariti earum ex altera. In memoriam itaque huius
victorie Tartari concesserunt eis maximas coronas ad longitudinem vnius cubiti et am-
44 plius. Tartari tamen, ne mulieres eorum nimium superbirent, voluerunt, quod ipsa co-
rona desuper haberet formam pedis, et in corona magna superiori parte est quidam [71])
pes super coronam, quasi contestans, quod ipse sole non habuerunt victoriam, sed propter
viros, qui veniebant eis auxilium, et quasi dicatur eis: „Licet sitis coronate, sciatis vos
45 tamen esse sub potestate virorum.“ Et sic quodam iudicio naturali videntur sompniasse
quod scriptum est in lege diuina [72]): „*Sub viri potestate eris.*“
46 Tartari eciam quando accipiunt vxores, emunt eas a suis parentibus quasi sclauam
quandam, et quando tradunt eam [73]) ad nupcias, parentes et consanguinei viri, qui eam
accipit, ducunt eam cum tympanis et cantu, sed parentes et consanguinei mulieris se-
47 quuntur eam cum planctu quasi mortuam. Mortuo autem viro eius non habet amplius
potestatem reuertendi ad domum parentum, sed consanguinei mariti defuncti maritant
48 eam, vt volunt, vel manet perpetuo in domo viri vt sclaua. Et licet Tartari accipiant
plures vxores simul, tamen prima est maior et reputatur legittima, et filii eius reputan-
49 tur legittimi, alie vero sunt quasi concubine. Sed et Tartari multum honorant mulieres
omnes de mundo, et maxime suas, et ipse sunt, que gubernant regnum vel domum, et
50 emunt et vendunt, et sunt feroces et bellicose. Equitant autem vt viri, et frequenter vidi
51 eas intrantes ciuitates cum arcu et sagittis accinctas vt viros. Sunt autem fidelissime
52 suis viris. Cum exercitus Abaga [74]) terga verteret Sarracenis in Syria, deprehensus est
53 magnus baro Tartarorum, qui sedicionem fuerat machinatus. Cum autem Imperator
Chan comprehensum vellet eum occidere, obstiterunt domine et mulieres Tartarorum,
54 petentes eum sibi dari. Quo accepto coxerunt eum viuum, et dederunt eum comedere
incisum [75]) per partes minimas toti exercitui in exemplum aliorum.

X. DE ERRORE TARTARORUM.

1 Tartari enim credunt et expectant quandam resurrectionem fatuam ad istam ean-
2 dem vitam, et ideo suis mortuis prouident vnusquisque secundum facultatem suam. Nam

69) *terra*] terram.
70) *cedebant*] i. e. caedebant.
71) Cod. G. habet *quoddam*.
72) Genes. II. 16.
73) *eas* cod. G.
74) Hoc loco in margine leguntur haec: *Nota de Abaga rege, filio Halaonis.*
75) inscisum. G.

pauperes coquunt multas carnes et sepeliunt cum mortuo, circumdantes eum vndique
carnibus coctis et eciam vestibus nouis preter vestes, quibus induitur mortuus. Et eciam 3
dant ei aliquam pecuniam. Diuites vero carnibus et pecunie addunt eciam mutatorias 4
vestes, et ponunt sub capite mortui vel mortue vestem speciosam et preciosam inuolutam, et dicunt ei: „Si veniret aliquis, et vellet tibi auferre de dorso, non permittas, sed
da ei istam, que est sub capite. Et si aliquis tibi faceret questionem de Deo, obserua 5
bene, quod nichil respondeas, sed dicas solum: „Scio, quod Deus est Deus.“ Et ita 6
sepeliunt eum. Magni eciam barones omnibus hiis addunt equum bonum. Nam armiger 7 8
eius ascendit equum, cum ipsi parant se ad sepeliendum mortuum, et fatigat equum currendo et reuoluendo vsque ad lassitudinem, et postea lauit equo caput cum vino puro et forti, et equus cadit, et ipse exenterat eum et euacuat omnia de ventre equi, et implet herba viridi, et postea infigit palum magnum per posteriora, et facit palum exire vsque ad os, et ita dimittit equum impalatum [76]), et suspendit eum et mandat ei, quod sit paratus, quandocumque wlt dominus surgere, et tunc cooperiunt mortuum in sepultura.
Cum vero moritur imperator, adduntur predictis omnes lapides preciosi et eciam magni 9
thesauri. Et consueuerunt eciam sepelire cum domino mortuo vsque viginti seruos viuos, 10
vt essent parati seruire domino, cum voluerit surgere, sed postquam conuersati sunt cum Christianis, Christiani hoc facinus horrentes reprehenderunt, dicentes: „Non est licitum,
vt viuus sepeliatur cum mortuo.“ Vnde dimiserunt de seruis solum. Ipsi vero Tartari 11 12
multum murmurant contra Christianos, et dicunt eos esse homines crudeles et auaros,
quia suis mortuis non prouident in expensis, nec in cibo et vestibus. Nam, vt dictum 13
est, Tartari expectant quandam resurrectionem fatuam ad istam et eandem vitam corruptibilem, et quando possunt suos mortuos sepelire apud ecclesias et in cimiteriis Christianorum, multo precio emunt sepulturam ab episcopis. Posicio [77]) autem Tartarorum 14
de resurrectione valde similis et propinqua est errori Sarracenorum et Iudeorum, quam [78])
expectant, de qua infra dicetur, cum agetur de Sarracenis. Et sciendum, quod Tartari 15
quosdam homines super omnes de mundo honorant: *boxitas* [79]), scilicet quosdam pontifices ydolorum. Et sunt indiani homines, valde sapientes et bene ordinati et valde graues 16
in moribus. Hii communiter sciunt artes magicas, et innituntur consilio et auxilio de- 17
monum, et ostendunt multa prestigia, et predicunt quedam futura. Nam et vnus maior 18
inter eos dicebatur volare, sed secundum veritatem repertum est, quod non volauit, sed ambulabat iuxta terram et eam non tangebat, et quando videbatur sedere, nulla re solida sustentabatur. Aliqui eorum dicunt esse trecentos sexaginta quinque deos. Aliqui 19
dicunt esse centum cumanos deorum. Est autem cumanus decem milia. Omnes tamen 20 21
concordant, quod deus principalis est vnus. Ipsi dicunt se esse fratres Christianorum, 22
et dicunt de eodem ritu et secta nobiscum, et Christum nesciunt. Dicunt enim, quod 23
diluuium Noe non fuit in prouincia eorum, et quod mundus iam durauit plus quam triginta mille annis. Nam dicunt, quod semper signant in lapide nouum ydolum post mille 24
annos, et post decem mille. Ipsi sunt nigri et adusti, sed regio eorum temperatissima 25
est. Ipsi eciam Tartari dicunt se esse populum Dei, et ad hoc allegant multa miracula, 26
que contigerunt in aduentu eorum, et victorias, quas habuerunt. Et dicunt, quod Deus 27

76) *impalatum*] palo transfixum.

77) *posicio*] thesis. Lib. ms. habet *posito*.

78) *quam*] resurrectionem; est constructio ad sensum.

79) *boxitas*] Infra *baxite* dicuntur. Fortasse hoc vocabulum cohaeret cum russico *Bog*, Deus.

vocauit eos de montibus et locis desertis, et misit pro eis nuncios suos bestiam et auem
28 deserti, scilicet leporem et bubonem. Et non est dubium, quin quedam miracula contigerunt in aduentu eorum, sed non sunt propterea populus Dei, quia miraculose conclusit
29 montes caspios, vt legitur in historia scolastica. Nec Nabuchodonosor fuit simpliciter seruus Dei, quia propheta[80]) appellat eum seruum Dei, dicens: „*Seruus meus Nabuchodonosor*", sed Deo seruiuit humiliando et puniendo ceruicosum et superbum populum
30 Iudeorum. Sic et Deus in fine mundi creditur vocasse populum bestialem et sine Deo, vt partes et homines [in] orientales, qui facti erant bestiales et legem dimiserant, puniret
31 et desertam terram faceret. Et est memoria et gratitudine dignum omni populo Christiano, quod eodem tempore, quo misit Deus Tartaros ad partes orientales, vt occiderent et occiderentur, misit Deus ad occidentales seruos suos fidelissimos, beatos Domini-
32 cum et Franciscum, vt illuminarent, instruerent et edificarent. Et sicut illi profuerunt
33 edificando, ita illi inualuerunt destruendo. Nam tantam cedem, destructionem et ruinam
34 fecerunt in partibus orientis, quod nullus sufficeret credere, qui non vidisset. Et ideo, dicendum[81]) est aliquid sub breuitate de eis, que fecerunt et que eis contigerunt admiracione digna.

35 Primo enim admiracione dignum videtur, quis iste populus ita infinitus numero et multitudine, de quo nichil aperte in libris diuinis vel antiquis historiis inuenitur, et
36 quomodo potuit esse occultus tantus populus. Et opinantur plures, quod ipsi fuerunt
37 decem tribus Israhel, que captiuate fuerant. Nam Teglatfalassar[82]), rex Assur, primo captiuauit septem tribus, et posuit eos iuxta flumen Gozan[83]) vltra montes Medorum,
38 quos multi dicunt esse montes caspios. Hii quoque toto tempore, quo durauit monarchia Caldeorum et Assiriorum et Medorum et Persarum, non potuerunt exire, prohi-
39 bente[84]) edicto publico. Cum vero translata est monarchia ad Grecos per Alexandrum,
40 ipse Alexander miraculose conclusit montes, vt nullo modo possent exire. Dicit autem Iosephus[85]) et Methodius[86]), quod exibunt circa finem mundi et magnam stragem homi-
41 num facient. Et ideo multi credunt esse predones ipsos Tartaros, qui subito apparuerunt et exiuerunt de montibus circa finem mundi, et in partibus orientalibus ceperunt
42 43 mundum destruere. Ad hoc[87]) duo argumenta faciunt. Nam Alexandrum summe odiunt
44 et nomen[88]) eius non possunt pacifice audire. Secundo quia litera eorum valde similis est Caldee[89]), vnde primo exiuerunt Iudei, et est caldea lingua et litera valde consimi-
45 lis et affinis Iudee[90]). Contra hoc facit validum argumentum, quia de lege vel de Moyse vel de exitu de Egipto vel de sacerdotio[91]) nullam noticiam videntur habere; et eciam quia et effigiem distantem et diuersam videntur habere et mores a Iudeis et a ceteris
46 47 nacionibus mundi. Ipsi vero dicunt se descendisse de Gog et Magog. Vnde ipsi dicun-
48 tur Mogoli[92]), quasi corrupto vocabulo Magogoli. Methodius autem dicit, quod Alexan-

80) Ierem. 25, 9. 27, 6.
81) *dicendum* e coniectura supplevimus.
82) Tiglath Pileser.
83) Gozan, hebr. גּוֹזָן (IV) 2 Reg. 17, 6. 18, 11. 19, 12. Ies. 37, 12.
84) Cod. G. *prohibentes*, quod correximus.
85) *Iosephus*] Antiq. XI. 5. 2, nisi alius scriptoris locus dicitur.
86) *Methodius*] V. Methodii Revelationes p. 729 in Maxima bibliotheca Patrum Lugd. 1677 T. III.
87) Cod. G. *adhuc*.
88) Cod. G. *et non n. e. non p.*
89) *Caldee*] caldaicae.
90) *indee* G. Ceterum *Iudee* significat iudaïcae.
91) *sacerdotis* G.
92) megoli G.

der conclusit cum filiis captiuatis Iudeorum Gog et Magog, gentem spurcissimam, et multos alios, et quod exituri sunt in nouissimis temporibus, et facient maximam stragem hominum. Solucionem relinquo.

XI. DE EXITU TARTARORUM.

Exierunt vero ita Tartari. Cum vero vltra montes illos habitarent, de quibus 1 2
videtur dicere Boecius [92]), quod ad eos nec fama Romanorum veniebat, cum essent in
locis quasi [94]) bestie, erant pastores et intendebant venacioni. Ipsi autem montes, qui 3
diuidebant eos inter desertum et prouinciam habitabilem, erant inaccessibiles, nisi per
quendam locum, vbi erat fortilicium maximum, et nullus in eo. Cum autem ibi aliquis 4
appropinquaret, tantus audiebatur tumultus quasi equorum et hominum et maxime stre-
pitus tubarum, quod omnis audiens territus fugiebat. Hoc autem erant artificio venti. 5
Quidam autem ex Tartaris, intendens venacioni, secutus est canes persequentes leporem. 6
Lepus vero directe fugit ad fortilicium [95]), et intrauit, fugiens canes. Venator autem 7
auiditate prede et venacionis non aduertit tumultum, et cum valde propinquus timeret
intrare, venit bubo et stans supra portam cepit cantare. Tunc Tartarus dixit intra se: 8
„Non est habitacio hominum, vbi lepus fugit et bubo cantat.“ Et sic fiducialiter intrans 9
neminem inuenit. Et locum lustrans et fictionem tumultus inueniens rediit ad suos et 10
peciit fieri princeps, si illos cum omni securitate transduceret. Et sic transierunt. Re- 11
ferens autem, quomodo intrauerat sequens leporem et indicium [96]) bubonis, ordinauerunt
Tartari, quod, licet necessitate coactus [97]) fugeret canes, tamen quia quasi quodammodo
indicauit viam, dignus erat honore, et ideo honorant leporem et depingunt eum in suis
armis et tentoriis; bubonem vero, quia nulla necessitate coactus apparuit et supra por-
tam sedens cantauit, dicunt fuisse angelum Dei, et Deus vocauit eos, vt venirent. Et 12
ideo bubonem dixerunt non mediocriter esse honorandum, vt leporem. Ordinauerunt 13
ergo, quod honorabiles et maiores Tartarorum deferrent plumam et quasi coronam de
pelle bubonis supra capillum. Vnde ita occiderunt omnes bubones, quod vix inuenitur 14
aliquis in partibus orientis. Sed et mercatores de partibus occidentis occidunt bubones 15
et portant eis [98]) pelles. Venditur enim vna bona pellis vsque ad viginti libras. Et sic 16 17
Tartari reddiderunt amico suo buboni mala pro bonis, quia, dum dicunt eum honorare,
eum decoriant et occidunt, et faciunt eis [99]) coronam de pelle amici, in hoc conuenien-
tes cum Tartaris infernalibus, scilicet demonibus, quia coronam sibi faciunt de animabus
peccatorum, qui eis seruiunt, semper malum pro bono amicis reddentes.

XII. DE PROGRESSU TARTARORUM.

Exeuntes autem Tartari de montibus statim fecerunt consilium, quomodo possent 1
sibi subiugare totum orbem. Et dixit Magnus Chan, cuius nomen Camiustan [100]): „Duo- 2

93) *Boecius*] Boethii consolationis philosophiae libros V ed. Callyus. Ubi p. 157 l. 14 legitur: *Nondum Caucasum montem Romanae reip. fama transcenderat.*

94) Cod. G. habet *quam:* absurdum, nisi quaedam excidisse sumamus.

95) *fortilicium*] fortalitium.

96) Cod. G. *iudicio*, quod correximus.

97) *coctus* G.

98) *eis*] sibi.

99) *eis*] sibi.

100) *Camiustan*] Fortasse legendum est *Tamiustan*, quod propius accedit ad formam nominis *Temudschin.* Dicitur enim h. l. Temudschin, qui est Dschingischan. Vid. *Deguignes* Geschichte der Hunnen — übersetzt von Dähnert Partis III p. 13 sqq.

3 bus solum indigetis, scilicet obediencia ad principem et concordia ad inuicem." Et tunc
fecit portari coram omnibus centum sagittas bene ligatas ad inuicem in fascem, et fecit
4 5 dari forti homini, et mandauit, quod frangeret fascem. Et non potuit. Et fecit dari al-
6 teri, qui nec frangere potuit; et adhuc alteri, qui nec frangere potuit Et ita probauit
7 centum homines, et nullus potuit frangere. Et tunc fecit solui fascem et dari precepit
8 9 cuilibet vnam sagittam. Et eius mandato quilibet fregit suam. Tunc dixit: „Videtis,
quamdiu fuerunt sagitte simul, centum homines non potuerunt frangere vnam; quando
10 vero fuerunt separate, nec vna quidem remansit. Sic et vos nullus poterit superare con-
11 cordes, discordes vero et diuisos franget et superabit faciliter." Tunc Tartari fecerunt
12 tres turmas. Vna turma cum Magno Chan occupauit Cathaiam [101]), prouinciam latissi-
mam vsque ad vltimam Indiam, et occiderunt ibi prester [102]) Iohannem, et occupauerunt
eius imperium, et filius Magni Chan [103]) accepit [104]) filiam prester Iohannis in vxorem,
et iuit Thancarum [105]), et destruxerunt et exterminauerunt in partibus illis circa duode-
13 cim magna regna. Alia turma transiuit Gyon siue Phison, fluuium paradisi, et destru-
xit Corazmium [106]), Medos et Persas et Baldacum [107]), sedem Sarracenorum, et occide-
runt Califam, et occupauerunt Thurchiam et occiderunt Corazmianos omnes, et occupaue-
runt et exterminauerunt Syriam vsque Gazam, et ceperunt Iherusalem, et dederunt eam
Christianis, et occupauerunt a mari Indie vsque ad mare mediterraneum vsque Gazam.
14 15 Ibi prohibuit eis arena, ne possent transire in Egiptum. Omnes istas prouincias depo-
16 pulabantur homines inermes cum baculis et pelliceis. Aliqui tantum eorum habebant
17 18 arcus. Sed et equos paruos equitant quasi capras. Ex hiis tantus [108]) horror inuasit
omnes prouincias orientales, quod in pluribus ciuitatibus ex solo timore nominis mulie-
19 20 res pregnantes fecerunt abortiuum. Quis enarrare potest, quantas cedes fecerunt! Nam
nulli parcebant, nisi solum Christianis.

XIII. DE BALDACO.

1 Venientes autem ad quandam ciuitatem prope Baldac, vbi erat maxima multitudo
Christianorum et multi Sarraceni, mandauit Chan, quod nullus intraret domos Christia-
2 norum, sed solos Sarracenos interficerent. Christiani vero receperunt quasi omnes Sar-
3 racenos in domibus eorum. Quo comperto mandauit Chan, quod tam Christiani quam
4 Sarraceni interficerentur. Venientes autem Baldacum inuenerunt Califam residentem in
5 mirabili palacio, vbi congregauerat infinitos thesauros [109]). Qui Deo ipsum excecante
6 nullo modo poterat credere referentibus, quod Tartari intrassent. Comprehendentes au-
7 tem eum fecerunt cum eo durissimum, sed iustum iudicium. Nam cum per tres dies
nichil ei darent ad comedendum, et ipse tamen peteret comedere, posuerunt coram eo
8 aurum et argentum et lapides preciosos, vt comederet [110]). Dixerunt: „Ex quo non

101) *Cathaia*] Dicuntur Karakitaiani, devicti anno 1217.

102) *prester*] presbyterum, Gallorum *prestre*, *prêtre*. Ceterum prester Iohannes est Onk-khan, princeps Keraitarum. Vid. Deguignes III. 16 sqq.

103) *Filius Magni Chan* est Tuschi, Temudschini filius natu maximus. Vid. Deguignes III. 19.

104) *accipit* G.

105) *Thancarum*] Fortasse dicitur Tayangkhan, de quo vid. Deguignes III. 42 sq.

106) *Corazmium*] Chowaresm. Vid. Deguignes III. 47 sqq.

107) *Baldacum*] Bagdad.

108) Vocab. *tantus* e coniectura inserendum duximus.

109) *adeo* G.

110) Vocabula *sed panem* bis habet G., semel ante vocab. *dixerunt* et iterum suo loco.

comedis aurum, sed panem, sicut ceteri homines, quare tantum congregasti, quod toti
mundo sufficeret?" Et dixit: „Ego ista non congregaui, sed solum conseruaui. Nam sic 9 10
congregata inueni ab antecessoribus meis." Et dixerunt: „Quare non dispersisti aurum, 11
quando indigebas, et conseruasses te et populum tuum? nam pro quarta parte istius
auri potuisses nos habuisse placatos." Quo tacente mandauerunt, quod liquaretur aurum 12
et colaretur [111]) in os eius, et dixerunt ei: „Aurum sitiisti [112]), aurum bibe!" Populum 13
autem eius per quadraginta dies continuos occiderunt. Venientes autem ad ciuitatem 14
quandam fortissimam [113]) atque inexpugnabilem nomine *Merdinum* [114]), et cum nullo
pacto possent eam capere, nec ciues vellent eis acquiescere, percussit Deus vlcere pes-
simo populum ciuitatis; nam intumescebant horribiliter et subito moriebantur. Cum 15
autem nec sic vellet rex ciuitatis Tartaris acquiescere, filius regis ciuitatis precidit ca-
put patris sui et manus, et posuit in magna caffaria [115]), et exiens de ciuitate portauit
encenium principi Tartarorum. Hoc autem encenium ita [116]) acceptauit gens crudelis- 16
sima, quod statim recesserunt de obsidione et confirmauerunt in regem perpetuum pa-
tricidam cum tota sua [117]) posteritate et successoribus, et dederunt eis maxima priuilegia.
Ac postea non fuit fortilicium, quod non se eis subiceret. Occiderunt autem Sarracenos 17 18
sine numero, maxime viros bellicosos; paruulos autem et mulieres subiecerunt sibi scla-
uos. Audientes vero ab eis, quod erant populus Dei, et quod ipsi soli saluabantur per 19
alcoranum [118]) et preces Machometi, quesierunt de lege eorum, et cum inuenissent legem
largissimam, que quasi nullam difficultatem tenet nec in credulitate, nec in operacione,
acceperunt legem, et facti sunt Sarraceni, maxime quia ipsi Tartari nec legem nec pro-
phetam habebant. Vnde modo pro magna parte Tartari facti sunt Sarraceni. Nam et 20
Sarraceni eos emunt et dant eis maxima dona, vt ipsi efficiantur Sarraceni. Ipsi vero 21
sic facti Sarraceni defendunt Sarracenos et persequuntur Christianos. Plures autem ex 22
Tartaris diligunt Christianos et efficerentur Christiani, nisi esset, quod Christiani nolunt
eis dare encenia, vt Sarraceni, et eciam quia videtur eis, quod lex Christianorum sit
valde difficilis. Primus autem Chan et Imperator Tartarorum sine fide in Baldaco [119]) fuit 23
Halaon, amicus Christianorum et homo iustissimus sine fide et lege. Cui successit filius 24
eius *Haalaga* [120]), minus iustus. Cui successit filius eius, *Argon* [121]), homo pessimus in 25
omni scelere, amicus tamen Christianorum. Cum autem predictus Argon multum san- 26
guinem effudisset et multos innocentes paruulos et mulieres peremisset, infirmatus est
grauiter. Et apparuit in sompno ei quedam domina reuerenda et terribilis, et fremens

111) *colaretur*] infunderetur.

112) *sitisti* G.

113) Cod. G. habet: *fort. nom. Merd. atque*, inverso verborum ordine.

114) *Merdinum*] nunc Mardin, urbs Mesopotamiae.

115) *caffaria*] sacco, quo sensu rusticis Dombensibus vocabulum *cafferm* usitatum esse dicitur. V. Ducang. s. v. caffa, cui vocabulum ipsum *caffaria* ignotum fuisse suspicamur.

116) *ita* e coniectura posuimus.

117) *sua*] eius.

118) *alcorani* G.

119) *Tartarorum sine fide in Baldaco*] Cod. G. habet: *Tart. in fide et Bald.* Quae e coniectura correximus. Cf. *Deguignes* Geschichte der ‚Hunnen u. Türken, der Mogols und anderer occidentalischen Tartarn, übersetzt von Joh. Carl Dähnert. Genealogisch-Chronolog. Einleitung. Greifswald, 1770. Pag. 341. De Haalone, quem Deguignes Hulagu appellat, vide Deguignes Parte III pag. 265 sqq.

120) *Haalaga*] Hulagu-Khan. V. Deguignes p. 341. Sed cf. Deguignes III. 278.

121) *Argon*] Argun-Khan obiit anno 1291. Vid. Deguignes Einleitung. Pag. 341 et T. III 286 s.

in eum cepit ipsum per pectus dicens: „Veni, vt respondeas Domino de sanguine, quem
27 fudisti!“ Ille autem dixit: „Et quis est Dominus? nonne ego sum dominus mundi?“
28 29 (Ita enim vocabatur ab omnibus eciam Christianis, scilicet dominus mundi.) Et ait illa:
30 „Alius est dominus.“ Tunc valde tritus euigilauit, et festinanter baxitas et pontifices
suos vocauit et interrogauit, quis esset ille dominus, qui cum tanto imperio vocabat eum,
31 et quomodo posset liberari ab eo? Et dixerunt ei, quod esset quidam, qui habebat spe-
cialiter vindictam sanguinis, qui volebat ab eo inquirere de multo sanguine, quem fu-
32 derat, innocentum, et quod non poterat euadere nisi per multas elemosinas. Et tunc
scripsit Argon per omnes ciuitates orientis, quod omnes captiui dimitterentur, et misit
magnos thesauros, et fecit fieri maximas elemosinas, et post modicum mortuus est.
33 34 Et hec de Tartaris sufficiant. Nunc autem prosequamur de nostra peregrinacione.

CAP. XIIII.

1 Procedentes autem ad regionem frigidissimam inuenimus pulchram ciuitatem, in
altissimo loco sitam, cuius nomen est *Arcirum*[122]. Ibi est tantum frigus, quod inueni-
mus magnam multitudinem hominum truncatorum: ab aliquo ceciderat nasus, ab aliquo
2 pes, vel pedes, vel crura, ab aliquo manus propter frigus.
3 Inde vero procedentes contra fines Thurchie inuenimus altissimum montem, super
4 quem requieuit archa Noe. Nam tota illa prouincia cum parte Persarum dicebatur *Ar-*
5 6 *menia maior*. Montem autem illum vidimus a remotis. Est autem ita altus, vt in expe-
rimento probauimus, quod inuenimus, quod omnia flumina a monte illo descendebant
7 versus partes orientales et intrabant[123] mare indicum. Et hoc est expresse argumen-
tum contra Indos, qui menciuntur[124] dicentes, quod diluuium tempore Noe non peruenit
ad eos.
8 9 Inde procedentes versus aquilonem intrauimus in *Persidem*. Ibi inuenimus montes
10 et alpes salis. Et illud est sal terre, non aque, quod non facile[125] liquescit, sicut aliud
11 sal, nec facile rumpitur. Cauant autem et frangunt sal, sicut in partibus nostris lapides.
12 Et postea illud frangunt ferreis instrumentis.
13 14 In eadem quoque prouincia sunt fontes olei, maxime in *Mogano*[126]. Vnde omnes
15 ille prouincie vsque Baldacum et vsque in Indiam vtuntur sale terre et oleo fontis. Et
licet incole terre sunt Sarraceni et mali homines, tamen sua beneficia non subtrahit eis
ille, qui solem suum facit oriri super bonos et malos.
16 Inde procedentes per regnum Persarum peruenimus ad terram gratissimam[127]
17 et planiciem pulchram, que dicitur planicies *Delatacta*. Ibi sunt lapides, qui habent a
Deo[128] virtutem sanandi et consolidandi omnem insecissuram[129], vt non sit opus eis
medico nec alia medicina.
18 19 Inde venimus in *Thaurisium*[130], que est metropolis Persarum. In Thaurisio, ciui-

122) *Arcirum*] recens Arzerum, Erzerum, antiqua Arzes, Arzen, Atranutzin.

123) *intrauit* G.

124) Vocabula *contra Indos*, quae repetit G., omisimus.

125) *de facile* G.

126) *Mogano*] Videtur esse planicies Moghan ad Araxem et mare caspium. V. Ritteri geogr. s. v. Moghan in indice ad voll. VII—XI.

127) Vocabula *peruenimus* et *terram* e coniectura supplevimus.

128) Cod. G. *adeo*, quod mutavimus.

129) *inscissuram*] incisuram.

130) *Thaurisium*] est Tabriz, Tauris. Cf. Ritteri geogr. IX. 852 sqq.

tate Persarum, inuenimus inter [131]) alia monstra siluestrem asinum Indie, qui ab aliqui-
bus reputatur onager, et distinctione et varietate colorum et proporcione tactabriature [132])
excedit in pulchritudine omnes alias bestias et animalia mundi.
Ibi stetimus per medium annum, et predicauimus eis per Thurcimannum in lingua 20
arabica.

XV. DE CURTIS [133]) IN REGNO TARQUESTENSI.

Inde progredientes versus meridiem venimus ad monstruosam et rabiosam gentem 1
Curtorum, qui excedunt in malicia et feritate omnes barbaras naciones, quas inuenimus.
Habitant enim in montibus et preruptis locis, sicut capre siluestres. Vnde et Tartari, 2 3
qui subiugauerunt sibi omnes alias naciones orientales, illos autem [134]) non potuerunt
eis [135]) subicere. Dicuntur autem *Curti* non quod sunt breuis stature: sunt autem [136]) 4
valde magni in corpore, sed *curti* in lingua persica sonat *lupi* [137]). Incedunt autem quasi 5
nudi et discrinati [138]), cum longis capillis et longa barba, et in capite ferunt quasdam
cristas rubeas in signum superbie et dominii. Et nisi Curtus faciat aliquid malum de 6
aliqua magna prodicione vel depredacione, vel de magna occisione, non habet inter eos
honorem, nec audet portare aliquid in corpore, nec inuenit vxorem; postquam autem fe-
cerit aliquod notabile malum, dant ei vxorem magnam et potentem secundum malum,
quod fecit: si paruum, paruam; si magnum, magnam.

Isti sunt Sarraceni, et recipiunt alcoranum, et multum odiunt Christianos, magis 7
autem Francos, maxime vero religiosos, in quorum occisione maxime incrassantur. Ho- 8
rum rabiem conuertit Deus nobis in mansuetudinem, et humanitatem prestiterunt nobis
querentes socios nostros per desertum errantes. Et extraxerunt eos de niuibus, et fece- 9
runt eis magnos ignes, et presentauerunt nobis mel siluestre et manna celi, quod ibi in
deserto eorum copiose descendit.

Isti primo fuerunt Caldei, et secundo Christiani, et tercio facti sunt Sarraceni 10
propter largam legem. In eis maxime vigent tria peccata, scilicet homicidium, latroci- 11
dium et prodicio. Nam nullo modo potest homo confidere de iuramento et promis- 12
sione eorum. Habent eciam predicti Curti multas alias bestialitates, quas enarrare 13
longum esset. Nam quando aliquis eorum suffocatur in flumine, puniunt ipsum flu- 14
men, mittentes aquam in vtribus et percucientes fortiter super vtres et ipsum flumen
diuidentes in multas diuisiones et diuertentes eum et prolongantes ei viam, vt faciant
eum laborare in aresto [139]).

XVI. SEQUITUR DE NINIUE, CIUITATE GRANDI.

Deinde vero longa spacia terrarum transeuntes, venimus ad *Niniuen*, ciuitatem 1
grandem. Que grandis fuit longitudine, non latitudine; nam sita fuit in longum iuxta 2
fluuium paradisi Tigridim.

131) *intra* G.

132) *tactabriature*] Hoc vocabulum apud Ducangium non invenitur.

133) L. ms. habet *Turcis*, et in sequentibus *Turcorum*, *Turci*.

134) *autem*] supervacaneum est.

135) *eis*] sibi.

136) *autem*] *enim* melius dicendum erat.

137) *lupi*] *Lupus* persice dicitur گرك, *gurk*.

138) *discrinati*] Vocabulum inauditum, significat fortasse *crinibus passis*.

139) Haud scio an recte legi deforme hoc vocabulum.

3 4 Ibi ostenderunt nobis montem, vbi stetit Ionas, et fontem, de quo bibebat. Vnde
5 et vsque hodie dicitur fons Ione. Ipsa vero ciuitas totaliter subuersa est, et apparent
6 signa et fortilicia. Est autem nunc reedificata ex alia parte fluminis, et dicitur *Monsal*[140]).
7 8 Rex ciuitatis est Christianus, Nestorinus tamen. Qui libenter audiuit predicacio-
nem et fidem, sed non mutauit ritum.
9 Ibi sunt multi Iudei, et vicimus eos publica disputacione in synagoga eorum.

XVII. DE IACOBINIS[141]).

1 Iuxta eandem ciuitatem supra fluuium paradisi est nominatissimum et famosissi-
2 3 mum monasterium sancti Mathei apostoli[142]). Ibi est sedes patriarche Iacobinorum. Et
4 dicunt ibi esse trecentos monachos. Ad quos accedentes, inuenimus eos homines magne
5 abstinencie et multe oracionis. Nam omni die preter ecclesie officium, quod est valde
6 prolixum, dicebant totum officium stando. Sunt vero heretici, dicentes in Christo esse
vnam substanciam, vnam naturam et vnam voluntatem et vnam operacionem, scilicet
tantum, et neque baptisant in forma ecclesie seu in forma euangelii, sed dicunt: „Bapti-
zetur N. in sanctificacionem et saluacionem et in operacionem sine defectu et in resur-
7 rectionem benedictam, que est de mortuis in vitam eternam. In nomine Patris! amen;
in nomine Filii! amen; in nomine Spiritus Sancti, vite seculi seculorum!"
8 Conficiunt autem de fermentato, et commiscent similiter farinam, aquam, salem et
9 oleum, et de tali celebrant. Nec possunt celebrare nisi de pane calido vel valde recenti.
10 11 Inungunt autem mortuum oleo sancto, quando sepelitur, non autem infirmum. Post
tertium vero diem sepulture infundunt supra mortuum aquam rosaceam et quasdam pota-
ciones, vt mortuus bibat et anima recedat ad locum suum, et desperet ammodo[143]) redire
posse ad vitam, quam vsque tunc dicunt expectare, vt suo corpori coniungatur; postea
12 vero totaliter desperat redire et recedit. — Peccata non confitentur nisi soli Deo, et hoc
13 in generali. Alios infinitos errores habent.
14 Nos autem in eorum monasterio non receperunt vt homines, sed vt angelos, et
15 narrabant nobis miracula, que patres et monachi eorum in loco illo fecerunt. Et maxime
vnum oculata fide nobis ostenderunt, quod non in clanculo, sed manifeste contigit. Se-
mel enim congregati Curti, de quibus superius fecimus mencionem, fecerunt exercitum et
obsederunt monasterium, et cum nichil possent preualere, quia erat inexpugnabile, irati
Curti ascenderunt super magnum montem, qui est super monasterium, et diruerunt ma-
ximum saxum per montem, vt veniret recto cursu supra monasterium, vt ipsum dirueret
16 et monachos occideret. Predictum autem cursu precipiti ruit in monasterii murum al-
tum et fortem, et nullum dampnum fecit, sed fregit de muro quantum muratum in
17 muro[144]), vt ipse murus forcior esset. Cum autem hoc viderent ferocissimi homines
18 Curti, recesserunt, nec ausi sunt amplius redire. Nos autem murum vidimus et saxum
in muro non iam iuxta terram, sed in altum in muro, vt satis oculata fide appareat, quod
non opere humano, sed miraculo diuino ibi remansit.
19 20 Multa alia miracula narrabant nobis, que longum esset enarrare. Nos autem in-

140) In margine legitur: *Monsal, i. e. Niniue, de quibus Marcus libro primo capite XV.* Ceterum Monsal esse recentem Mosul neminem fugit.

141) Iacobitis.

142) *Mathei apostoli*] V. Ritteri geogr. IX. 735 sqq.

143) *ammodo*] dehinc, deinceps.

144) *muro*] Dicit Ricoldus, ut videtur, saxum muro fracto infixum inhaesisse.

stabamus humiliter et importune, vt verbum Dei audirent. Cum autem renuerent, timen- 21
tes, ne ipsos deciperemus, per simplicitatem scripture videbant nos esse homines littera-
tos, et dicebant de nobis: „Si audiuerimus eos, trahent nos ad suam heresim.“ Contigit 22
autem de nocte terre motus, vt timeremus non solum monasterium, sed et totum saxum
et montem dirui. Post hec vero audiuerunt pacifice predicacionem. Et cum audiuerunt, 23 24
quod intendebamus destruere errores eorum, arbitrati sunt, quod possent nos publica
disputacione superare. Conuenientes autem ex condicto ad disputacionem ostenderunt 25
se esse alienos a veritate. Qui multitudine [145]) se armauerunt et statuerunt vnum super 26
omnes episcopum, quem reputabant magis litteratum et ydoneum ad respondendum. Et 27
accensis multis cereis de nocte a luminaribus copiosis in maximo cenaculo sederunt
omnes et dixerunt, quod diceremus, qua de causa iuerimus ad eos. Nos autem respon- 28
dimus, quod iueramus causa salutis eorum, et assumpto verbo commendauimus in eis
opera perfectionis, que ostendebant, scilicet tam strictum et tam longum ieiunium et ma-
ximam abstinenciam et prolixitatem et deuocionem oracionis, et adiurauimus eos per
sanguinem Crucifixi, quem maxime venerantur, ne cum tot laboribus ex sua infidelitate
descenderent ad infernum, et quomodo errabant in Christo. Cum enim dicunt esse ve- 29
rum Deum et verum hominem, dicunt eum habere vnam naturam, vnam voluntatem et
vnam operacionem. Et audientes pacifice raciones et auctoritates contra se, ita stupe- 30
facti sunt, et priuauit eos Spiritus Sanctus responsione et verbo, vt silencium eorum
omnibus esset in stuporem et nobis ipsis. Et ipse, quem statuerant respondentem, prior 31
omnibus conuersus est. Suis autem increpantibus eum, quare non responderet? dixit 32
clara voce in caldeo: „Fratres, significo vobis, quod ad ista nequaquam possumus re-
spondere.“ Exurgens autem ex eis vnus antiquus et honorabilis inter eos, quem de 33
sanctitatis prerogancia inter omnes alios maxime commendabant, dixit coram omnibus
alta voce cum lacrimis: „Fratres, annuncio vobis, quod iste religiosus, qui venit ad nos
de partibus occidentalibus, vt dicit, et modo inter nos proposuit verbum Dei, non est
homo, sed est vel angelus, quem misit Deus ad nos, vt non dampnemur, vel est vnus
de apostolis, qui erant cum Christo.“ Et conuersus ad fratrem predicatorem, qui pro- 34
posuerat verbum, dixit: „Dic quicquid vis, et quicquid dixeris recipiemus a te, sicut
esses vnus de apostolis!“ Et maiores quidem eorum susceperunt verbum in mansuetu- 35
dine et promiserunt nobis, quod fidem, quam a nobis audierant, inconcussam et integram
conseruarent [146]) vsque ad mortem. Turba vero aliorum monachorum turbati sunt insi- 36
pientes corde, et excitauerunt sedicionem non modicam. Et factus est tantus clamor et 37
tumultus inter eos, vt timeremus, ne se mutuo interficerent. Et cum omnes raciones et 38
scripture deficerent, dixerunt, quod eis esset ad ignominiam et obprobrium, vt fidem,
quam patres eorum inconcussam tenuerant octingentis annis, modo mutarent propter
quosdam occidentales, qui cum loycalibus [147]) et subtilitate argumentorum seducebant [148])
eos. Cum autem in paucis diebus cresceret numerus fidelium, quia plures ex eis conuer- 39
tebantur, creuit et [149]) seuicia pariter infidelium, tantum, quod fideles rogauerunt nos,
quod cito exiremus de monasterio, ne nos discerperent. Patriarcha eorum primo tamen 40
publica disputacione a nobis, ymmo a Deo totaliter superatus, tandem nobiscum plene
in omnibus concordauit, et fidem suam manuscriptam nobis tradidit, in qua aperte con-

145) Fortasse addendum est *scripturarum*. Cf. infra § 38.

146) *conseruarant* G.

147) *loycalibus*] logicis syllogismis.

148) *seducebant*] seducerent.

149) *creuit eciam et* G.

fessus est in Christo esse duas integras et perfectas naturas, diuinam scilicet et huma-
41 nam. Et conuocato clero et magno populo in ciuitate Niniue grandi in platea propter
multitudinem populi predicauimus fidem catholicam arabice, et ostendimus errores Iaco-
binorum coram populo et clero iacobino, ipso patriarcha et clero asserente, quia sic
42 erat [150]) vere, vt dicebamus. Hec autem scripsimus et diximus non nosmet ipsos com-
mendantes, sed solum Deum, cuius uirtute hec acta sunt, glorificantes, qui renouare nouit
Sua miracula, quando Sibi placuerit; qui non solum per apostolos, homines galileos et
simplices piscatores, confudit et superauit sapienciam mundi, sed eciam per asine rudi-
menta corripuit prophete [151]) insipienciam.
43 Notandum autem est, quod preter errores predictos in multis aliis periculosissime
44 errant. Nam tam Iacobini quam Nestorini contra euangelium separant matrimonium
quacumque ex causa, et repudiata accipit alium virum, vt wlt, et vir accipit aliam mu-
45 lierem, vt placet. De misterio Trinitatis Sancte dicunt tam Iacobini quam Nestorini,
46 quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt tres persone, id est tres qualitates. Vnde
47 ipsi arabice dicunt *thelathe* [152]) *fatfat* [153]), quod interpretatur tres qualitates [154]). Iacobini
autem et omnes orientales nec sciunt purgatorium, nec credunt animas beatorum premiari
in vita eterna, nisi post resurrectionem corporum tantum, nec animas dampnatorum tor-
48 queri in inferno nisi post diem iudicii. Ponunt autem preter infernum et paradisum
quedam receptacula animarum, et illud de cruciatu diuitis epulonis dicunt esse parabo-
49 lam. Et multi alii sunt errores eorum, quos longum esset enarrare.

XVIII. DE MARONITIS [155]).

1 Nos autem vlterius procedentes de Niniue, ciuitate grandi, intrauimus fluuium pa-
radisi, qui est Tigris, et super vtres continue iuimus per ducenta miliaria et vltra vsque
2 ad Baldacum [156]). Inuenimus tamen in medio magnam ciuitatem. Ibi sunt multi Maro-
3 nite et archiepiscopus Maronitarum [157]). Sunt autem Maronite de monte Libani, qui di-
4 cunt in Christo esse tantum vnam voluntatem. Archiepiscopus tamen a nobis audiuit cum
ambitione [158]), et manu propria subscripsit pape de fide, vt voluimus, et de obediencia
ad papam et sanctam romanam ecclesiam. In eadem ciuitate sunt multi Iacobini, qui
nos receperunt fere vt angelos Dei, et ecclesias et monasteria pulcherrima offerebant no-
5 bis. Sed et Iacobini eiusdem ciuitatis quodam tempore edificauerunt quandam ecclesiam
canis extra ciuitatem in casali iuxta fluuium paradisi, et omni anno faciunt semel fe-
6 stum canis; dicunt enim, quod ad litteram habuerunt canem magne virtutis. Est autem
nomen predicte ciuitatis *Techerit* [159]).
7 Inuenimus eciam quandam magnam ciuitatem in longum iuxta fluuium, que fuit
8 *antiqua Baldac* siue *Babilonia*, et magnis ruinis videtur quasi altera Roma. Est autem
fere destructa totaliter, et pauci habitant in ea, et illi sunt Sarraceni, sequentes Ahali [160]).

150) *quia sic erat*] ita esse, ut diceremus.

151) *prophete*] Balaam; v. Num. XXII. 22 sqq.

152) *Thelathe* est arab. ثَلَاثَة, (thalatha) tres.

153) *Fatfat* est aut Pluralis fractus nominis وَصْف (fattu), aut صِفَات (sifâtan) qualitates.

154) *tres qualitate* G.

155) *Maranitis* G., nec tamen semper.

156) *Baldacum*] Bagdad.

157) *Maronitarum*] Bod. G. habet *Maronorum*.

158) *cum ambitione*] Cod. G. habet: *in ambico*, quae e coniectura mutavimus.

159) *Techerit*] Nunc Tekrit. Cf. Ritteri geogr. X. 222 s. Codex habet *Techeril*.

160) *Ahali*] De Alitis cf. Moeurs et usages des Turcs. T. I Paris. 1747 p. 294 sqq.

Intelleximus autem, quod incole ciuitatis expectant quendam filium Ahali, qui mortuus
est per sexcentos annos, et nutriunt ei semper vnam pulchram mulam, vt eum honorifice
recipiant. Et mulam ipsam representant pontifices eorum populo sellatam et phaleratam 10
omni die Veneris, quando congregantur ad predicandum legem suam. Dicunt autem, 11
quod predictus filius Ahali omnino redibit ad eos. Et in diebus ipsius dicunt quod ap- 12
parebit Christus et efficietur Sarracenus.

XIX. DE BALDACO.

Venimus autem per fluuium recto cursu vsque *Baldacum*, ciuitatem mirabilem. Ibi 1 2
occurrerunt nobis fratres nostri ordinis extra ciuitatem. Quos cum vidimus, tantus erat 3
fletus et inundacio lacrimarum pre gaudio, quod paucis verbis explicari non posset. Est 4
autem Baldacum amenissima ciuitas, quia per medium eius currit magnus fluuius Tigris.
Ista creditur esse Susis [161], ciuitas antiqua. In hac itaque ciuitate creduntur esse plus 5 6
quam ducenta milia Sarracenorum, et licet habitacio sit Sarracenorum, est tamen domi-
nium Tartarorum. Ibi fuit sedes Sarracenorum; nam ibi Califa [162] (quod interpretatur 7
successor Machometi) stabat. Ibi eciam est sedes Nestorinorum [163]. 8

XX. DE NESTORINIS [164].

Sunt autem Nestorini heretici sequentes et Theodorum. Et licet in multis errent, 1 2
maxime tamen in Christo errant, quem dicunt natum de virgine purum hominem, postea
vero adeptum fuisse filiacionem Dei per baptismum et per sancta opera, que fecit. Vnde 3
dicunt Dominum Ihesum Christum non filium Dei naturalem, sed adoptiuum. Et dicunt, 4
quod Deus in illo homine habitauit sicut in templo. Vnde dicunt misterium incarnacio- 5
nis fuisse per quendam honorem, quem assecutus est homo ille, et per voluntatem. Vnde 6
et plures eorum dicunt in Christo vnam solam esse voluntatem. Vnde licet concedant 7
Christum esse verum Deum et verum hominem, et confiteantur Christum de virgine na-
tum, non tamen volunt confiteri, quod Deus sit natus de virgine, vel virginem esse geni-
tricem Dei, sed hominis genitricem tantum [165]. Vnde dicunt, quod non est idem, 8
qui natus est ex Deo patre ab eterno et ex virgine matre ex tempore. Et ne
cogantur eum propter hoc diuidere in duos filios, dicunt esse vnum *sciax*, scilicet 9
vnam personam [166]; et ne cogantur dicere Deum natum ex virgine, diuidunt eum
in duo *acuum* [167], i. e. duo supposita. Unde ipsi omnes dicunt Christum esse vnum 10
sciax et duo *acuum*, quod secundum Nestorium, qui fuit Grecus, sonat vna persona
et duo supposita. Ipsi tamen Nestorini orientales sunt Caldei, et in caldeo legunt et 11
orant. Vnde nullo modo sciunt, que est differencia inter *acuum* et *sciax*, et igitur valde 12
vtile querere ab eis, que est inter *acuum* et *sciax* diffinicio, et que est differencia inter
acuum et *sciax*. Et secundum veritatem penitus nulla est differencia, nisi *sciax* est no- 13

161) *Susis*] Susa, nunc Sus.

162) *califus* G.

163) *Nestorinorum*] Cf. Ritteri geogr. IX. 671.

164) i. e. Nestorianis.

165) Cf. Neandri hist. eccl. T. II Partem III p. 958 sqq.

166) *vna persona* G. Vocab. *sciax* est arab. شَخْص (*schachs*) persona.

167) *Acuum*, quod infra *achanum* dicitur, est sive arab. أُقْنُوم (*uknûm*), sive syr. ܩܢܘܡܐ (konôma) Vid. Bernstein ad Kirschii Chrestom. syriac. pag. 450; id quod me docuit Iul. Aug. Reimers V. D.

men arabicum, et sonat idem quod persona, et *acuum* est nomen caldeum, et sonat idem
14 quod persona, vel suppositum, vel indiuiduum. Et secundum hoc ipsi dicunt in arabico
Christum esse vnam personam, et in caldeo Christum esse duas personas; nam quicquid
15 dicunt de *sciax*, coguntur secundum veritatem dicere de *acuum* et e conuerso. Ipsi vero
neutrum concedunt, et per istam viam negant Deum esse de virgine, quia dicunt, quod
16 non inuenitur expressum in tota scriptura. Per eandem racionem negant Deum vel Dei
17 Filium verum esse passum et mortuum. Et dicunt Ihesum Christum esse prophetam et
18 famulum Dei secundum illud Mathei et Ysaie: „*Ecce, puer meus electus*“ [168]. Et posicio
eorum de Christo, si subtiliter inspiciatur, totum misterium incarnacionis euacuat, et de
19 Christo fere idem senciunt, quod Sarraceni. Et dicunt Christum esse verbum Dei et na-
20 tum de virgine et Spiritu Sancto. Vnde et ego inueni per antiquas historias et autenti-
cas aput Sarracenos, quod ipsi Nestorini amici fuerunt Machometi et confederati cum
eo, et quod ipse Machometus mandauit suis posteris, quod Nestorinos maxime conserua-
21 rent. Quod vsque hodie diligenter obseruant ipsi Sarraceni.

22 Iacobinos autem maxime odiunt et persequuntur, quia dicunt Deum de muliere
23 natum et in cruce mortuum. Ex quo frequenter occiderunt eos tam Sarraceni, quam
24 Nestorini. Semel namque patriarcha vel archiepiscopus eorum litteratus vocauit patriar-
cham Nestorinorum ad disputacionem, et cum deberent statuta die conuenire coram Ca-
lifa de Baldaco, et cum timeret patriarcha Nestorinorum, venit quidam Iacobinus, qui
odiebat alios Iacobinos, quia eum non promouerunt ad archiepiscopatum, et dixit Ne-
25 storinis, quod ei secure committerent responsionem, quia faceret eos victores. Conue-
nientes autem die statuta coram Califa dixerunt Nestorini, quod talis clericus respon-
26 deret pro eis. Et requisitus ex parte Calife semel et iterum quod veniret, venire distu-
lit; tercio vero requisitus, quod veniret, tandem venit coram Califa et toto clero, deferens
27 sarculum et palum et instrumenta ad fodiendum terram. Cum autem argueretur, quare
non statim venerat ad Califam, dominum mundi, et quare portauerat instrumenta ad
fodiendum terram? peciit veniam, asserens se maioribus negociis occupatum, et ait:
„Heri sero mortuus est Gabriel angelus, et ego modo fodi foueam ad sepeliendum eum.“
28 Cum autem Califa vellet scindere vestes propter blasphemiam, et diceret impossibile esse
angelos mori, ait ille: „Quid mirum, quod angeli moriantur et sepeliantur, si Deus ipse
29 in persona fuit mortuus et sepultus?“ Et cum diceret Califa: „Qui dicunt, quod ipse fuit
30 mortuus et sepultus?“ respondit: „Omnes Iacobini hoc dicunt.“ Requisiti autem super
31 hoc Iacobini, asseruerunt sic esse, scilicet Deum fuisse mortuum et sepultum. Tunc
32 mandauit Califa, quod omnes Iacobini occiderentur in omnibus partibus illis. Et sic oc-
33 cisi sunt, quod pauci remanserunt. Hoc autem diximus, asserentes, quod quasi eodem
modo pro inconuenienti habent Sarraceni et Nestorini contra Iacobinos, quod Deus fuit
mortuus et sepultus.

34 Errant eciam Nestorini cum Iacobinis et quasi cum omnibus orientalibus in mi-
35 sterio Trinitatis. Dicunt enim, quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus sint *thelathe* [169] *fat-
fat*, quod interpretatur [170] tres qualitates, cum tamen in caldeo dicant eos *thelathe acha-
num* [171], et in arabico dicant eos *thelathe sciax*, quod interpretatur tres persone vel tria

168) Ies. 42, 1. Math. 12, 18.

169) In libro ms. est *thesathe*. Sed cf. XVII. 46 p. 126.

170) passive, quod etiam apud Livium legitur.

171) Supra *acuum* dicitur.

supposita. Errant eciam negantes purgatorium et dicentes eciam, quod nec anime 36
dampnatorum descendunt ad infernum, nec anime beatorum recipiuntur in paradisum
ante diem iudicii. Baptisant autem in forma Grecorum, scilicet: „Baptisetur autem ta- 37
lis in nomine Patris etc. Efficaciam et perfectionem baptismi ponunt et credunt consi- 38
stere in quadam vnctione, quam faciunt de quodam oleo, de quo dicunt, quod oportet
baptisatum totaliter inungi; quodsi minima pars corporis remaneret inuncta, dicunt quod
dyabolus intraret ibidem. Baptisantes autem non instruunt de fide, nec fidem exigunt. 39
De fermentato conficiunt commixtam pascam cum oleo. Inmiscent autem cum 40 41
pasca consecranda aliam quandam pascam, quam conseruant, semper restaurantes de
pasca[172] noua quantum de ea accipiunt, et dicunt, quod est quedam pars corporis
Christi, quam acceperant a sancto Iohanne euangelista, qui accepit in cena duplicem
partem: vnam comedit et alteram partem eis dedit.

Peccata non confitentur nisi Deo, nec in vita nec in morte. Ipsi eciam in parti- 42 43
bus orientalibus faciunt circumcisionem, et (quod monstruosius est) inuenimus in quadam
ciuitate, que vocatur *Harbe*, quod ipsi circumcidebant non solum paruulos, sed eciam
mulieres, et licet non potuerimus bene intelligere, quid incidebant, per veritatem tamen
comperimus, quod puellas circumcidebant.

Eucharistiam illam vel pocius panem, quem dicunt esse corpus Christi, dant viris 44
et mulieribus et pueris paruulis in manum[173]. Dant eciam sanguinem siue vinum. In 45 46
morte nullum communicant vel inungunt. Res consecratas disconsecrant, puta panem 47
benedictum vel aquam, quando volunt ea proicere. Disconsecratur altare eorum et opor- 48
tet reconciliari per episcopum, si sacerdos ad ipsum intraret postquam communicauit.
Item si intraret ad ipsum aliquis, qui non esset Nestorinus; si intraret eciam ad ipsum 49
quicumque[174] sine sorrabulis[175] vel capite cooperto; item si lampas frangitur vel ca-
dit, et si intraret catus vel quecumque bestiola excepto mure; soli enim muri concesse-
runt priuilegium, quod possit intrare ad altare, et non disconsecratur. Disconsecratur 50
eciam, si vna gutta aque vel de pluuia caderet ibi, et multa alia, que longum esset
enarrare.

Ipsi eciam contrahunt in gradibus prohibitis et soluunt matrimonia, et repudians 51
vxorem de licencia ecclesie accipit aliam. Sacerdos mortua prima vxore accipit aliam. 52

Habent eciam tres missas: vnam videlicet Nestorii, aliam Theodori, magistri Ne- 53
storii. Aliam dicunt esse apostolorum, in qua nichil et omnino de forma corporis vel 54
sanguinis. In aliis missis licet aliquid sit de forma, non est tamen intencio eorum, quod 55
tunc consecrent, sed postea ad finem misse, ad quandam inuocacionem Spiritus Sancti.
Et alios tot errores habent, quod longum esset prosequi. Et vt multa breuiter colligam, 56 57
expresse contradicunt illi verbo, quod dixit summus magister[176]: „*Arta est via, que du-
cit ad vitam* etc."

Dicunt, quod sufficiat Christiano, si faciat sibi signum crucis super faciem et oret 58
ad orientem et comedat carnes porcinas. Alia vero, que addunt, sunt quedam perfectio- 59
nes. Sunt enim magne abstinencie, multum orant et multum ieiunant. Religiosi eorum 60 61

172) *pasca* G.

173) manu G.

174) *quicumque*] aliquis.

175) *Soccabula* fortasse sunt socci, calceorum genus. Ducangium frustra consului, qui nec sorrabula habeat nec soccabula.

176) Matth. VII. 14.

episcopi, archiepiscopi et patriarche in perpetuum non comedunt carnes nec condimen-
tum carnium, nec eciam pro infirmitate mortali.

62 In habitu siue in vestitu tam religiosi quam episcopi eorum magnam paupertatem
63 et austeritatem et humilitatem ostendunt. In quadragesima ieiunant tam in Dominica,
64 quam in aliis diebus. Similiter Nestorini quam Iacobini in quadragesima omnes tam
religiosi quam seculares nullo modo comederent pisces nec biberent vinum, alio vero
65 tempore ebrietatem non reputant peccatum, sed honorificum quid. Mendacium quasi
nichil reputant.

66 Errorem autem eorum defendunt ex duobus: primo quia dicunt, quod multi eorum
67 habent spiritum prophecie. Et de futuris multa vera predicunt, et hoc procul dubio de
68 aliquibus per experienciam verum esse probauimus. Secundo dicunt, quia multi maiores
69 eorum multa miracula faciunt. Nam apud eos certissimum putant, quod super Nesto-
70 rium lux de celo visibiliter descendit, quando celebrabat missam. Ipsi autem dicunt,
quod patriarcha eorum, quem ipsi vocant *iaselic*, quod interpretatur *vniuersalis*[177], in
momento, in ictu oculi iuit de Baldaco, vbi est sedes eius, vsque in Mecham, vbi sepultus
71 72 est Machometus. Distat Mecha a Baldaco plus quam triginta dietas. Et multa similia
miracula referunt Nestorini de suis hereticis patribus.

73 Cum igitur accederemus ad eos in Baldacum, vbi est sedes eorum, receperunt nos
gratanter prima facie; sed audito, quod predicauimus virginem Dei genitricem et dice-
bamus, quod beata Maria peperit Deum et hominem, statim publica eorum predicacione
contradixerant hoc et nos de eorum ecclesia turpiter eiecerunt, et ipsam ecclesiam, in
qua predicaueramus contra Nestorium, lauauerunt cum aqua rosacea, et celebrauerunt
solempnem missam, vt eum placarent.

74 Cum vero nos sic eiecissent et excommunicassent de omnibus ecclesiis eorum,
nec verbum Dei a nobis reciperent, et nos conquireremus apud eorum archiepiscopum,
quod seruos Dei, viros christianos et religiosos predicatores, qui de regione longinqua
iueramus ad eos causa salutis eorum, sic afflixissent, ipsi, moti quadam pietate iniqua,
obtulerunt nobis bonum locum et ecclesiam et necessaria alia, hoc pacto solum, quod a
75 predicacione cessaremus. Nos autem totaliter recusantes pactum facere cum inferno et
morte, diximus, quod nos iueramus ad eos non vt ab eis reciperemus palacia vel eccle-
76 sias, sed vt gratis eis predicaremus verbum Dei. Contestati autem publice fuimus inter
eos, quod pocius eligebamus pauperes habitare in communi via et sine domo et libere
predicare fidei veritatem amore Ihesu Christi, qui pro nobis natus est in diuersorio pau-
per, quam quecumque palacia vel temporalia recipere ab eis et a predicacione cessare.
77 Post hec veniens patriarcha eorum, qui distabat per decem dietas et amplius, dum se-
deret ipse patriarcha in *ioserchiarcha*[178], in sua sede deaurata, et ad pedes eius episcopi
et archiepiscopi et religiosi, nos autem armati gracia Dei ita confudimus omnes, vt ipse
patriarcha coram omnibus mentiretur, et negauit se esse Nestorinum, nec imitatorem
78 79 Nestorii. Et versi sunt omnes in stuporem de taciturnitate eorum et silencio. Post hec

177) Codex habet *iafelie*, quod mutavimus, Ritterus enim geogr. X. 274 Patriarcham *Ia-colit* s. *Iakolich*, quod sit καθολικός, dici tradit.

178) De *Iarcha*, in throno aureo sedente, Gymnosophistarum Indiae Pontifice Maximo cf. Hieronymum ad Paulinum epist. in Hieronymi operibus, editis Paris 1706 T. IV P. II p. 568 et Philostrati vitam Apollonii Tyan. in Flavii Philostrati quae supersunt ed. C. L. Kayser p. 49 v. 30, vitae Apollonii I'XVI.

autem archiepiscopi et episcopi semet ipsos adinuicem arguentes de silencio tante confusionis et ipsum patriarcham verbis asperrimis increpantes et improperantes, quod erat Francus et aduersarius Nestorii, iactauerunt se, quod possent nos disputacione publica
superare. Et commissa responsione cuidam archiepiscopo, cum autem [179]) conueniremus 80
in loco communi, vbi erant archiepiscopi et episcopi et alii quamplures, totaliter priuauit eos Dominus responsione, ita quod non solum respondens, sed omnes, qui aderant,
verterentur in admiracionem et stuporem. Cum autem turpiter et totaliter deficerent 81
non solum in respondendo, sed eciam in querendo, facti sunt ita formidulosi in loquendo
nobiscum, quod non audebant comparere coram nobis. Plures autem ex eis, et maxime 82
maiores et magis intelligentes, videntes, quod eorum perfidiam non poterant defendere nec nostram fidem aliqualiter impugnare, dixerunt: „Confitemur, quia hec est veritas fidei, quam predicatis, sed non audemus aliis dicere publice, ne ab eorum contubernio
repellamur.“ Dilexerunt enim magis gloriam hominum quam Dei. Patriarcha eciam 83 84
contra voluntatem episcoporum ordinauit, quod in eorum locis verbum Dei libere predicaremus, et ita inceperunt audire et ad fidem redire, et venientes peccata sua confitebantur.

XXI. DE SARRACENIS.

In eadem ciuitate, scilicet Baldaco, fuit sedes et principalitas Sarracenorum quan- 1
tum ad studium et religionem et quantum ad dominium. Ibi eciam regnabat Califa, 2
quod interpretatur successor Machometi. Et dicunt Sarraceni, quod ipse erat facies Dei 3
in terra. Quem Califam Tartari occiderunt, vt superius patuit. 4

In ipsa quidem ciuitate, licet sit pro maiori parte destructa, est tamen maxima 5
multitudo populi in ea. Nam preter Christianos et Iudeos, qui sunt ibi multa milia, 6
sunt ibi vltra ducenta milia Sarracenorum, vt probabiliter creditur; omnes tamen sunt sub dominio Tartarorum.

Ibi Sarraceni habent maxima studia et magnos magistros, et sunt ibi religiosi 7
eorum, et ipsorum diuerse secte ibi conueniunt.

Ibidem sunt monasteria illorum Sarracenorum, qui appellantur *Megirede*, quod in- 8
terpretatur contemplantes [180]). Nos igitur cum desideraremus euacuare perfidiam Ma- 9
chometi, intendentes eos aggredi in sua sede et in loco generalis studii, necesse habui-
mus aliquantulum conuersari cum eis. Ipsi vero recipiebant nos sicut angelos Dei in 10
suis scolis et studiis et monasteriis et in ecclesiis seu synagogis et domibus eorum, et attendimus diligenter legem eorum et opera et obstupuimus, quomodo in lege tante perfidie poterant opera tante perfectionis inueniri.

XXII. DE OPERIBUS PERFECTIONIS SARRACENORUM.

Referemus igitur hic breuiter quedam opera perfectionis Sarracenorum magis ad 1
confusionem Christianorum, quam ad commendacionem Sarracenorum. Quis enim non 2
obstupescat, si diligenter consideret, quanta est ipsis Sarracenis sollicitudo ad studium, deuocio in oracione, misericordia ad pauperes, reuerencia ad nomen Dei et prophetas et loca sancta, gratuitas in moribus, affabilitas ad extraneos, concordia et amor ad suos, et, vt multa paucis verbis comprehendam [181]).

179) Voc. *autem* supervacuum est.

180) *contemplanti vel contemplatim* G.

181) Hoc loco desunt quaedam.

XXIII. DE STUDIO SARRACENORUM.

1 Sciendum est, quod ipsi conueniunt in Baldaco ad studium de diuersis prouinciis[182]).
2 Habent autem in Baldaco plura loca soli studio et contemplacioni deputata ad
modum magnorum monasteriorum nostrorum, et venientibus prouidetur de communi de
cella, scilicet de pane et aqua, et hiis contenti instant contemplacioni et studio in ma-
xima paupertate.
3 4 In scolis autem communibus ibi exponitur alcoranus, id est lex Machometi. Num-
5 quam ibi intrant nisi pedibus discalciatis. Vnde tam magister, qui exponit, quam disci-
puli, qui audiunt, dimittunt calceos extra, et nudis pedibus intrant scolas, et ibi cum
maxima mansuetudine et modestia legunt et disputant.

XXIV. DE ORACIONIBUS SARRACENORUM.

1 2 De oracione vero eorum quid dicam? Nam tanta est eis sollicitudo in oracione et
3 tanta deuocio, quod stupui, cum per experienciam vidi et probaui. Nam et ego in[183])
tribus mensibus et dimidio continue iui et fui cum camelariis sarracenis in deserto Ara-
bie et Persarum, nec vmquam propter aliqua discrimina dimiserunt Arabes camelarii,
4 quin statutis horis orarent et de die et de nocte, et precipue mane et sero. Deuocio-
nem autem tantam in oracione pretendunt, quod omnia alia totaliter dimittunt, et aliqui
5 eorum pristinum faciei colorem subito in pallorem mutant et videntur rapi. Et aliqui
eorum cadunt, et aliqui saltant et vocem variant et caput emittunt, ita quod aliqui
eorum videntur rapi et aliqui arrepticii[184]).
6 In oracione maxime obseruant quandam mundiciam corporalem, et nullo modo
audeant orare nisi lauent sibi culum et ventrem, postea manus, deinde faciem, ad vlti-
mum plantas pedum, et sic orant.
7 8 Hec autem obseruant omnes eorum secte. Sed quedam est inter eos secta, que
9 vocatur Henefa[185]), et isti reputantur aliis perfectiores. Isti si intrant forum et tangeret
eos cata, vel canis, vel asinus, vel aliquid immundum, non potest lauari, vt oret, nisi
10 sint mille quingenti rotuli aque. Vnde indigent fluuio. Quando autem volunt orare, di-
gitum in anum infigit[186]), et si sentit aliquid fetoris, non est aptus vt oret, sed in flu-
uium reuertitur, et hoc tociens facit infigendo digitum et ponendo ad nares, quousque
nichil fetoris senciat, et tunc est aptus orare.

XXV. DE ELEMOSINA ET MISERICORDIA SARRACENORUM AD PAUPERES.

1 De misericordia ad pauperes sciendum est, quod Sarraceni sunt maximi elemosi-
2 3 narii. Habent enim in alcorano strictum mandatum, quod dant decimam. Et de hiis,
4 que acquirunt per violenciam armorum, tenentur dare quintam partem. Preter hec au-
tem faciunt magna testamenta et ponunt in gazophilacium, et statuto tempore aperiunt
ea, et dant ea Sarraceno fide digno, qui vadit ad diuersas prouincias et redemit capti-
uos et sclauos sarracenos, qui detinentur captiui apud Christianos vel alias naciones.

182) § 1 inscriptioni praeponitur in G.

183) *in*] Cf. infra c. XXVII. 2. *In* pluribus annis.

184) daemoniaci, Italis *arretizj*.

185) *Henefa*] Cf. librum inscriptum: Moeurs et usages des Turcs. Paris. 1747 T. I p. 299 s. ubi secta illa dicitur *Haniffe*. Rittero XI. 211 sunt *Hanefi*.

186) *infigit* om. G.

Frequenter autem emunt eciam sclauos christianos, qui detinentur captiui apud ipsos 5
Sarracenos, et ducunt eos ad cimiterium et dicunt: „Tot redimo pro anima patris mei et
tot pro anima matris mee", et dant eis litteras libertatis et dimittunt eos. Propter pau- 6
peres autem, qui non possunt redimere sclauum, ipsi Sarraceni portant per ciuitatem
aues incaueatas et captiuas in caueis, et clamant: „Quis wlt istas aues emere et dimit-
tere liberas pro anima patris sui?" Et pauperes emunt eas et dimittunt eas abire, ne 7
anima patris sui detineatur captiua.

Ipsi eciam faciunt testamenta pro canibus nutriendis, et in ciuitatibus, vbi sunt 8
multi canes, sicut in Thurchia et in Perside et in Baldaco, inuenimus, quod canes ha-
bebant quosdam procuratores, qui requirunt testamenta relicta pro canibus, et in ciuitati-
bus, quando deficiunt testamenta, querunt elemosinam per ciuitatem et diuidunt inter
canes. Mittunt eciam bonam elemosinam de pane pro auibus fluuialibus, que certa 9
hora congregantur ad sonitum cortum [187]), et de ipsis congregatis proiciunt elemosinam.
Et hoc inuenimus maxime in Baldaco et in Niniue, ciuitate grandi. In Baldaco vero 10 11
ibi instituuntur multi propter maximum calorem. Habent enim iuxta ciuitatem pulcher- 12
rimum locum pro ipsis fatuis, et prouidetur eis optime in communi de cibo et seruitori-
bus et oportuno medico, quibus solvitur a communi.

XXVI. DE REUERENCIA SARRACENORUM [188]) AD NOMEN DEI.

Reuerenciam vero maximam habent Sarraceni ad nomen Dei et prophetas et 1
sanctos et loca sancta. Nam maxime obseruant, quod nichil notabile faciunt vel dicunt 2
vel scribunt, quod non incipiunt a nomine Domini. Vnde in suis litteris omnibus, quas 3
sibi inuicem mittunt, reuerenter nomen Dei scribunt prius, et ideo diligenter obseruant,
quod nullum scriptum dilanient vel in terram proiciant. Si autem in terra inueniunt 4
aliquid de carta scriptum, reuerenter colligunt et ponunt in loco alto in fissuris [189]) mu-
rorum, ne nomen Domini conculcetur. Quando autem nomen Domini occurrit eis vel 5
legendo vel loquendo, numquam esset ausus [190]) ipsum nominare solum, sed semper cum
certa laude, scilicet „Deus laudetur ipse!" vel aliquid tale. Si quis autem Sarracenus 6
Deum vel aliquem de prophetis eius blasphemaret, numquam eum viuere paterentur.
Loca vero sancta, velut eorum ecclesias, semper mundissima seruant, nec ibi intrant 7
nisi pedibus discalciatis, nec vmquam ibi spuunt, nec cum ibi sedent cum natibus [191])
super calcaneis suis, et ita assuefaciunt sedere paruulos suos, ne postea fatigentur sic
multum sedere in ecclesia.

XXVII. DE GRAUITATE SARRACENORUM IN MORIBUS.

Tanta est eis grauitas in moribus, quod numquam videbis hominem sarracenum 1
incedentem capite eleuato vel sublimibus oculis, vel collo erecto vel pectore tenso vel
nauigando brachiis, sed incessu maturo, sicut perfecti religiosi et graues moribus, eciam
pueri parui. In pluribus annis, quibus cum eis conuersatus sum in Perside et Baldaco, 2
non recolo me audisse semel cantum vanitatis, sed semper cantum de laude Dei et de

187) *cortum.* Fortasse legendum est *cognitum.*

188) *Sarracenis* G.

189) *fixuris* G.

190) *ausus*] essent ausi, auderent.

191) Nec cum ibi sedent, numquam sedent nisi cum natibus et q. s.

commendacione sue legis et sui prophete. Nullus vmquam deridet alium, vel sibi [192]
detrahit, vel ipsum increpat.

XXVIII. DE AFFABILITATE AD EXTRANEOS.

1 Affabilitatem et vrbanitatem tantam seruant versus extraneos, quod nos recipie-
2 bant vt angelos. Quando autem volebamus intrare domos nobilium vel sapientum, cum
tanta leticia nos recipiebant, quod videbatur nobis frequenter, quod inuenissemus hospi-
3 tes ordinis. Illi autem, qui libenter recipiunt fratres ordinis in domibus suis, frequenter
eciam quadam vrbanitate et familiaritate petebant, quod aliquid diceremus de Deo vel
4 ad commendacionem Christi. Et quando coram nobis nominabant Christum, numquam
nominabant eum nisi cum digna laude, scilicet: „Christus laudetur ipse!“ vel aliquid tale.
5 6 Vnum eciam valde grauiter ferebant, quod nolebamus cum eis comedere. Ipsi
enim Sarraceni statim parant aliquid ad comedendum, cum ab extraneo visitantur, et
7 maxime Arabes, qui sunt inter alios Sarracenos nobiles. Numquam vero lederent homi-
8 nem, qui secure ponit se ad comedendum cum eis inuitatus. Dicunt, quod est frater
eius, quia comedit cum eo panem et salem, et postea defendit eum ab omnibus aliis,
eciamsi occidisset patrem suum.

XXIX. DE CONCORDIA SARRACENORUM.

1 Concordiam vero et amorem ita nutriunt adinuicem, vt vere videantur esse fra-
2 tres. Nam eciam loquendo adinuicem maxime ad extraneos, dicit vnus alteri: „O fili
matris mee!“ Ipsi eciam nec occidunt se adinuicem nec expoliant [193], sed homo sarra-
3 cenus securissime transit inter quoscumque extraneos et barbaros sarracenos Semel
Soldanus Babilonie misit de Egipto militem sibi fidelem in Syriam, vt ibi esset vicarius
4 eius et gubernaret prouinciam et mitteret ei tributa prouincie. Qui statim in superbiam
5 elatus rebellauit aduersus dominum suum Soldanum, et tota prouincia illa cum eo. Tur-
batus Soldanus misit contra eum maximum exercitum, et miles infidelis ex parte sua
6 eciam congregauit magnum exercitum. Et cum essent in campo altrinsecus imminente
pugna dixerunt adinuicem: „Nonne sumus omnes Sarraceni? pugnare adinuicem non li-
7 8 cet. Accipiatur ille solus, qui rebellauit domino suo, et simus omnes in pace.“ Et sic
statim facta pace et summa tranquillitate de tanto exercitu vnus solus occisus moritur.
9 Vnde illi, qui habent legem occisionis et mortis, nolunt se inuicem occidere, et miseri
Christiani, qui habent legem vite et mandata pacis et dilectionis, se inuicem sine aliqua
10 miseracione occidunt. Si autem Sarracenus occidat alium Sarracenum casu aut ex certa
malicia, filius vel frater occisi raro expetit vindictam, et surgunt amici communes et
componunt, et accipiunt occisorem et ducunt eum captiuum ad filium vel fratrem occisi,
qui apprehendens eum ducit ad cimiterium, et dicit ei: „Filius quidem mortis es, quia
11 occidisti patrem meum, sed si te occidero, non rehabebo propter hoc eum.“ Et addit: „Si
malum est vel fuit, quod occisus est vnus Sarracenus, peius est, quod occidantur duo.“
12 Et dicit: „*Iecumbelle* [194], quod interpretatur sit Dei!“ et prescidit occisori capillos et
13 dimittit eum in pace. Quid igitur ad excusacionem suam dicturi sunt Christiani, qui di-
cunt cottidie: „Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus?“

192) *sibi*] ei, s. de eo detrahit, ei obtrectat.

193) *expoliant* G.

194) Est arab. يكون بالله (*iekun billahi*) sit in Deo.

Eciam quantum in remissionem iniurie tantum eos Sarraceni excedunt! Occisio- 14 15
nem vero multi eorum sic abhorrent [195]), quod occiderent nec gallinam nec pulicem, sed
quando volunt comedere gallinam, tenent eam in manibus viuam in via et rogant ali-
quem de viatoribus, vt eam occidat [196]). Hoc faciunt Sarraceni, qui tamen legem habent 16
occisionis, propter quam legem, vt duret, omnibus periculis securissime se exponunt et
strenue pugnant, et sic fideliter in pugna se inuicem adiuuant, vt lex eorum duret. Ha- 17
bent [197]) enim, quod tam diu durabit [198]) lex eorum, quam diu virtus et victoria eorum
durabit per ensem. Est enim lex violenta, vt inferius patebit. Quidam Sarracenus no- 18 19
mine Monchor in quodam duro bello, quod fuit inter Sarracenos et Christianos, vidit
quendam alium Sarracenum probiorem se deiectum de equo, et instabat ei mors vel
captiuacio a Christianis, et statim descendit de suo equo et ait: „Ascende equum meum
et fuge, quia maius dampnum esset si occideris vel captiuaris, quam de me.“ Quod et 20
fecit, et euasit, et ille fuit captus pro eo in bello. Alius autem, qui in equo eius euase- 21
rat, fuit factus Soldanus, et liberauit eum de carcere et reddidit pro eo Christianis regem
Armenie, quem Sarraceni tenebant in carcere. Ecce quanta concordia inter filios ini- 22
quitatis; ecce quanta faciunt et qualia, vt duret lex perdicionis eorum, vt possint dicere
Sarraceni Christianis [199]): „*Erubesce, Sidon, ait mare!*“

Supradicta autem non narrauimus ad commendacionem Sarracenorum, sed ad 23
confusionem Christianorum, qui nolunt facere pro lege vite, quod dampnati faciunt pro
lege mortis.

XXX. DE LEGE SARRACENORUM.

Porro de lege Sarracenorum aliquid vel sub breuitate ponamus. Contra quam 1 2
sciendum est, quod lex Sarracenorum est larga, confusa, occulta, mendacissima, irra-
cionabilis et violenta. Primo quidem est larga, veniens tam contra regulam philoso- 3
phorum mundi, qui dicunt, quod difficile est operari secundum virtutem, sicut attingere
centrum in circulo et percutere signum sagitta, quam eciam contra regulam summi et
altissimi philosophi, scilicet Christi, qui dicit, quod arta est via, que ducit ad vitam.
Nam de necessitate salutis non est eis aliquid, nisi quod dicant: „Non est deus nisi Deus 4
et Machometus nuncius Dei.“ Tenent igitur communiter Sarraceni, quod si solum hoc 5
dicit Sarracenus, saluabitur, eciamsi omnia peccata de mundo faceret. Licet enim multa 6
alia ponantur et mandentur in lege ipsorum, scilicet in alcorano, tamen transgressoribus
nulla pena [200]) in alia vita debetur. Et notandum, quod illud verbum, quod Machometus 7
ponit in alcorano, credo, plus quam centum vicibus: „Non est deus nisi Deus“, conce-
ditur ab omni secta. Nam de omni re ista proposicio est vera simpliciter: „*Non est ca-* 8
nis nisi canis; non est equus nisi equus“ etc.; ipsi tamen Sarraceni volunt dicere, quod,
sicut ista per se vera est: „*Non est deus nisi Deus*“, ita et ista: „*Machometus est nuncius*
Dei.“ Sed quantam iniuriam faciunt veritati philosophie, qui iuxta proposicionem veris- 9
simam ponunt proposicionem falsissimam, et quantam iniuriam faciunt Deo, qui iuxta
veritatem Dei ponunt mendacia et falsitatem Machometi, quilibet sapiens potest per se
ipsum aduertere. Et hoc dicentes solum credunt saluari. Est igitur lex larga. Et hoc 10–12

195) *Ita* G. quamquam praecessit *sic.*
196) *occidant* G.
197) *Habent*] putant.
198) *durabat* G.
199) Vid. Iesaias XXIII. 4.
200) *pena*] poena.

callide prouidit dyabolus, vt illi, qui nolunt per viam strictam ascendere ad beatitudinem, per viam largam faciliter descenderent ad gehennam.

XXXI. QUOD LEX SARRACENORUM EST CONFUSA.

1 Est eciam[201] lex Sarracenorum confusa, ita quod nullus est in mundo, qui eam
ad certum ordinem possit reducere, non ad ordinem temporis vel loci, vt alii prophete,
qui prophetauerunt tali tempore sub talibus regibus vel in tali loco, nec ad ordinem
2 materie, ut alii libri. Nam ita est confusa, quod nullus est, qui possit certam racionem
3 reddere, quare istud capitulum precedat[202] alterum vel sequatur. Et inde est, quod
4 eandem historiam per omnia ponit aliquando in decem locis et amplius. Est igitur con-
5 fusa penitus sine ordine capitulorum. Est enim confusa in sua confusione, nam in veritate nescitur, quid prohibet, simul enim aliquid prohibet et concedit; dicit enim de aliquo graui, quod prohibet: „Ne faciatis tale quid, quia a Deo[203] prohibitum est; quod si feceritis, Deus est misericors et miserator et nouit, quia estis fragiles.“

XXXII. QUOD LEX SARRACENORUM EST OCCULTA.

1 2 Est autem lex eorum occulta in sua expressione. Nam aput omnes Sarracenos
certissimum et probatissimum dicitur, quod nullus est, qui sciat alcoranum, nec exposi-
3 cionem alcorani, nisi solus Deus. Sed quomodo est racionabile, quod Deus dedit legem
4 hominibus et voluit, quod seruarent illam, sed noluit, quod intelligerent? Porro quomodo
5 possunt obseruare quod non intelligunt? Ipsi enim per exposicionem sic faciunt legem
6 illam confusam, quod penitus deus ille, qui dedit legem illam, videtur deus fatuus. Nam
ibi scriptum est, quod fornicacio est prohibita et vsura, sed quelibet vendicio et empcio
7 est[204] licita et non prohibita, et quod de sua re sibi liceat facere quod wlt. Vide de
perfectioribus ex Sarracenis: vadunt ad prostibulum et dicunt meretrici: „Appetitus est
8 9 michi, sed fornicari non licet. Vende te michi.“ Et illa se vendit, et soluto precio di-
10 cit ei ille: „Es bene mea.“ Qua concedente, quod sic, ille concludit: „De re mea se-
11 cundum legem nostram licet michi facere quod volo.“ Et tunc secure concumbit cum
ea. Et hoc idem videtur velle dicere Machometus in alcorano, quod aperto et turpi verbo
profert dicens: „Fatigate mulieres, et non erit aliquod peccatum, dummodo dederitis pre-
12 cium, quod promisistis.“ Eodem modo faciunt illi, qui volunt prestare ad vsuram sine
13 peccato. Nam tenet apotecam cum pecunia, et tenet ibi aliqua vilia venalia, et cum venerit ille, qui indiget pecunia, ille, qui prestat, protestatur, dicens: „Ego non prestarem ad vsuram, quia non licet secundum alcoranum, sed prestabo tibi gratis et tu emes ali-
14 quid a me.“ Et tunc prestat ei pecuniam, et ille emit aliquid ab eo, et dat ei precium,
quod excedit valorem secundum quantitatem pecunie et longitudinem temporis, quo pre-
15 16 stat ei pecuniam. Et isto modo credunt esse licitum quantumcumque ab eo accipiat. O
17 ceci! putatis, quod Deus dedisset talem legem, qua decepisset semet ipsum et vos? Nam isto modo omnis transgressio poterit fieri licita.

XXXIII. QUOD LEX SARRACENORUM EST MENDACISSIMA.

1 2 Est enim lex ipsa mendacissima. Nam Sarraceni preter alcoranum habent quendam alium librum, quem dedit eis Machometus, in quo talia mendacia sunt et talia in-

201) *enim* G.
202) *precedit* G. Sed idem habet *sequatur*, quare scripsimus *precedat*.
203) adeo G.
204) *et* G.

credibilia, quod longum et stupendum esset dicere. Et cum admirarentur Sarraceni et 3
quererent a Machometo, si omnia illa vera erant? respondit, quod in eo erant duodecim
milia mendaciorum. Que dixit idem Machometus; reliquum vero totum in sua veritate 4
et auctoritate permanet. O ceci, non sufficit vobis ad credendum Machometum menda- 5
cem et suum librum, quia non solum dixit mendacium, sed et scripsit et dimisit vobis
in eodem libro duodecim milia mendaciorum? Sit vobis solus ille liber autenticus[205] et 6
verax, qui testimonio auctoris sui continet duodecim milia mendacia! Certe dicit magnus 7
doctor Augustinus, quod si vnum solum mendacium in euangelio deprehenderet, totum
residuum eodem modo quasi mendacium reputaret.

Sed de alcorano loquamur, de quo iam non sunt contenti Sarraceni dicere, quod 8
sit liber Machometi, sed vere sermo dei. Sed quomodo non fuit verecundatus ille deus, 9
qui dixit alcoranum, quod tot mendacia manifeste ibi dixit? Nam ibi scriptum est in 10
pluribus locis, quod Maria, mater Ihesu Christi, fuit filia Amram, patris Moysi et Aaron,
quod fuit soror Moysi et Aaron, cum constet, quod Maria peperit Christum tempore
Cesaris Augusti, qui regnabat Rome et iam habebat monarchiam. Vnde et mandauit, 11
vt describeretur vniuersus orbis, et iam diuisum erat regnum Iudeorum, et regnabat ibi
Herodes et Philippus, frater eius, sub principibus sacerdotum Anna et Caypha, cuius
historie tempora nota sunt Iudeis et gentilibus et Christianis. Maria vero, filia Amram, 12
soror Moysi et Aaron, mortua est in deserto, antequam Iudei intrarent terram promis-
sionis, cuius tempora nota sunt Iudeis et Christianis, quo tempore certissimum est quod
nec Roma adhuc fundata erat, nec templum Iherusalem, cum tamen tempore passionis
Christi ministri et pontifices templi testarentur, quod nec haberent regem nisi Cesarem.
Vnde fluxerunt inter vnam historiam et aliam et inter vnam Mariam et alteram plus 13
quam mille et quingenti anni.

Ipse autem Machometus dicit in capitulo *Elchama*[206], quod interpretatur *luna*, quod 14
luna scissa fuit tempore suo, et media pars cecidit super vnum montem, qui appellatur
rubeus, et alia medietas super alium montem ex alia parte ciuitatis. Sed quomodo po- 15
tuit scindi luna? et si fuit scissa, quid habet de natura corporis grauis, quia cecidit?
et si cecidit, quomodo non occupauit magnam partem terre? vel mare et humida non
sunt confusa? vel quomodo potuit latere tantum miraculum toti mundo? Nec ipsi Sar- 16
raceni hoc exponunt yperbolice, aut similitudinarie, vel aliquo modo spirituali, sicut nos
aliqua, que in apocalipsi sunt, sed omnes exposiciones eorum exponunt ad litteram, et
dicunt, quod luna vere scissa est, quia Machometus innuit eis, quod sic faceret ad con-
firmandum discipulos suos, qui ab eo petebant signum.

XXXIIII. QUOD LEX PREDICTA EST IRRACIONABILIS.

Est enim doctrina Machometi irracionabilis. Quis enim vmquam potest racionabi- 1
lem causam assignare de eo, quod ibi scriptum est de repudio vxoris? Nam ibi scriptum 2 3
est, quod quot vicibus repudiauerit eam, potest eam reconciliare, sed post terciam re-
pudiacionem si wlt eam reconciliare, oportet quod prius accipiat eam vnus alter et co-
gnoscat eam.

Maxime vero irracionabile videtur et impossibile, quod in pluribus locis scriptum 4

205) *attencius* G.

206) Est arab. القمر (*elkamar*). Est sura LIV.

est in alcorano, quod demon ideo factus est dyabolus, quia noluit ad preceptum Dei
5 adorare Adam. Et est in arabico scriptum tali verbo, quod oportet intelligere de ado-
6 racione [latrie . . . *drucond* . . .][207]. Sed quomodo esset Deus ita oblitus suorum pre-
ceptorum, quod tociens repetiuit dicens: „Dominum Deum adorabis et illi soli seruies?"

7 Non minus autem est irracionabilis lex ipsa in felicitate et beatitudine, quam pro-
8 mittit. Nam pro vltimo fine promittit ortos irriguos, vestes, comestibilia et mulieres pul-
9 chras. Eritque pupilla oculorum ipsarum mulierum nigra sicut atramentum, aliud autem
10 oculi erit sicut ouum strucionis. Et erunt mulieres verecunde, sub cortinis expectantes.
11 Et hec omnia non exponunt similitudinarie, sed accipiunt ad litteram.

12 De virtute autem et perfectione intellectus nichil omnino dixit Machometus, et
certe in hoc bene fecit, quia homo totus lubricus et illud promisit pro beatitudine, quod
13 in sua carnalissima mente precipuum erat. Nec permisit eum Spiritus Sanctus in hoc
mentiri nisi ita patenter, quod omnes faciliter possent deprehendere suam peruersitatem
doctrine.

14 Et quia sapientes eorum incipiebant notabiliter execrare peruersitatem legis et
quia euacuari poterat tam per libros prophetarum, quam per legem Moysi, quam eciam
per veridicos libros philosophorum, ideo Calife de Baldaco ordinauerunt, quod nullum
aliud studium esset in Baldaco nisi de alcorano, et ideo inuenimus eos valde modicum
15 scire tam de veritate theologie, quam de subtilitate philosophie. Nichilominus tamen sa-
pientes eorum nullam fidem adhibent dictis alcorani, sed ipsum derident in secreto; in
16 publico tamen ob timorem honorant. Multitudo vero decepta et a Deo occulto iustissimo
omni iudicio execata[208]. Et eciam magistri communes affirmant, quod de veritate theolo-
gie et necessitate salutis nichil remansit in mundo incorruptum et integrum de prophe-
tis et euangelio, nisi quantum ponitur in alcorano, et dicunt, quod nos falsificamus euan-
gelium, et Iudei prophetas et legem Moysi pro eo, quod neque in lege, neque in pro-
phetis, neque euangelio inueniuntur scripta, que in alcorano dicuntur, sed contrarium
17 est, quia manus eius contra omnes et manus omnium contra eum. Machometus tamen
18 in alcorano commendat Penthateucum et prophetas et maxime psalterium. Super omnia
vero commendat Christum et euangelium et dicit, quod Christus dicit in euangelio: „An-
19 nuncio vobis, quod legatus Dei veniet post me, et nomen eius Machometus." Sed quia
istud non est scriptum in euangelio, non recipiunt euangelium et dicunt, quod corrupi-
20 mus euangelium. Sed quomodo potuerunt Iudei et Christiani, inter quos est tam anti-
quum odium, conuenire ad corrumpendum Penthateucum, prophetas vel euangelium, que
scripta erant et diuulgata in toto mundo et omnibus linguis? et quomodo Latini et Greci
potuerunt conuenire cum Caldeis, qui sunt Nestorini et Iacobini, et fuerunt ab eis scis-
matici et excommunicati ante tempus Machometi, et eciam adinuicem sunt ita contrarii?
21 quomodo conuenirent, vt mutarent euangelium? Nestorini totaliter sunt contrarii Iacobi-
nis ante tempora Machometi, et tam Nestorini quam Iacobini sunt prescisi a Latinis et
Grecis ante tempora Machometi, et tamen nos inuenimus aput eos et in caldeo et in
hebraico eandem translacionem et veritatem in euangelio, que est apud Grecos et Lati-
22 nos. Quare eciam magis deposuissent extra euangelium Christiani nomen Machometi,
qui tantum commendauit Christum et euangelium, cum dimiserint ibi integro scripta no-

207) Absurda haec vocabula non intelligo. VII. 10, XV. 26 (31), XVII. 63, XVIII. 48, De re autem cf. Coranum Sura II v. 32 sqq. XX. 115, XXXVIII. 71 (74).

208) *execata*] excaecata.

mina Herodis, qui eum persecutus est? Pilati, Anne et Cayphe, qui eum crucifixerunt?
et Iude, qui prodidit, et Petri, qui negauit eum? Preterea talis mutacio aut corrupcio 23
euangelii aut fuit occulta, et tunc non potuit esse generalis, et remaneret veritas euan-
gelii in aliqua prouinciarum, aut fuit generalis et manifesta, et tunc non potuit esse oc-
culta et credita. Preterea si Sarraceni sciunt, quod aput omnes Christianos in toto 24
mundo est euangelium corruptum et mutatum, ostendant nobis aput ipsos euangelium
integrum. Nam et in Baldaco et in Meccis [209]) fuit studium ab antiquo, vbi in archiuis 25
Sarracenorum libri antiquissimi reperiuntur et conseruantur, quos nobis ostendebant, et
tamen numquam potuerunt nobis ostendere aliud euangelium nisi sicut est aput nos. Hoc 26
eciam, quod Sarraceni dicunt de euangelio et prophetis, quod sint corrupta aput Chri-
stianos et Iudeos, est expresse contra legem eorum. Nam Machometus dicit Sarracenis 27
in alcorano: „Si oriatur aliqua dubitacio aput vos, queratis ab illis, qui prius recepe-
runt librum, scilicet Christianis et Iudeis.“ Et postea dicit, quod Deus dicit: „Nos veri- 28
tatem conseruauimus et conseruabimus aput eos.“ Hoc totum indicari dicunt alcorano 29
ex ore Dei; ergo Machometus mitteret eos ad corrupta exemplaria? Et faciunt eciam 30
Deum mendacem, si non seruauit veritatem suam in libris Christianorum et Iudeorum,
sicut dixit.

Hec sub breuitate et quasi preter propositum diximus, vt daremus occasionem 31
maioribus efficacius impugnandi legem tante fidei.

XXXV. QUOD LEX SARRACENORUM EST VIOLENTA.

Sexto et vltimo sciendum est, quod lex Sarracenorum est violenta et per violen- 1
ciam introducta. Vnde aput ipsos certissimum est, quod lex ipsa solum durabit quan- 2
tum durabit aput eos victoria ensis. Nam ipsi omni feria sexta hora nona congregantur 3
ad oracionem et exposicionem legis. Sed antequam predicator incipiat, extrahit ensem 4
et ponit euaginatum in loco eminenti, vt ab omnibus videatur, in signum, quod per en-
sem incepit lex illa et per ensem terminabitur. Sane ipsi falso suo prophete arrogant 5
multa miracula, scilicet quod ipse fregit lunam et reintegrauit, et quod luna intrauit ei
per manicam, et quod camela ei locuta est, et quod ipse ascendit super quandam be-
stiam minorem mulo et maiorem asino, et nomen bestie *elberach* [210]), et iuit super be-
stiam illam vsque ad vltimum celum in minori spacio quam in ictu oculi. Et ibi in 6
celo impetrauit graciam cuidam angelo, qui flebat peccata sua. Qui angelus est maior 7
quam totum vniuersum centum vicibus; et multa talia, que omnia sunt contra ipsum
alcoranum eorum, qui dicit, quod Deus dixit Machometo: „Ideo non permitto te facere
miraculum, quia scio, quod tibi non crederent; sed dabo tibi ensem, vt per violenciam
eos cogas credere.“ Sed quomodo ei non crederent, si faceret miraculum, qui ei sine 8
aliquo miraculo crediderunt? et legem tante perfidie receperunt? Ipse eciam Machome- 9
tus in alcorano prohibet, ne de eo credatur nisi quod in alcorano scriptum est, et in
alcorano illa miracula non sunt scripta. Scribit tamen duo signa vel argumenta, que et 10
ipsi Sarraceni reputant sufficientissima ad probandum, quod alcoranus sit opus Dei et

209) Mensis G.

210) Est arab. الْبُرَاق *elburak*. Mordtmannus conferri iubet Freitagii lexicon s. v. docens, esse animal seu iumentum in Corano memoratum, quo Muhammedes ex templo hierosolymitano in coelum evectus fingatur, quodque molis atque formae fuisse inter asinum et mulum interpretes addunt.

11 non hominis. Vnum est, quia ipse dicit, quod talem librum non possent facere nec an-
12 geli nec demones. Aliud est, quod, si alcoranus non esset a Deo [211]), in eo essent multe
13 contrarietates. Sed certe multe sunt contrarietates in eo, et contradicit sibi ipsi. Nam ipse
in pluribus locis prohibet Sarracenis, quod non debeant altercari nec aspera verba di-
cere cum hominibus alterius secte, sed debent eos libere dimittere Deo, qui dirigit quem
wlt et facit errare quos wlt; et quod ipsi non habent Deo reddere racionem de illis, qui
14 errant, quia vnusquisque sibi ipsi errat vel proficit. Et prius et post in pluribus locis
15 precipit de alcorano, dicens: „Occidite illos, qui non credunt, donec credant." Primum
argumentum concedo, scilicet quod angeli nullo modo scirent vel vellent facere librum
tot mendaciis et blasphemiis et obscenitatibus plenum, demones vero bene sciuerunt.
16 Credo tamen, quod cum magno conatu et sollicitudine tot facinora et scelera composue-
17 runt. Vnde eciam in alcorano scriptum est, quod alcoranus placet demonibus, et
quando ipsum audiuerunt *elgen* [212]), quod interpretatur demones, admirati sunt valde et
commendauerunt librum, et multi ex ipsis demonibus facti sunt Sarraceni.

18 Possunt igitur faciliter conuinci Sarraceni et confutari per libros sanctos et aucto-
ritatem sacre scripture, per libros eciam philosophorum et viam racionis, facilius tamen
per ipsum alcoranum, qui suam ipsius falsitatem abhominabilem se legentibus manifestat.
19 Possunt eciam et faciliter confutari per nefariam vitam sui prophete Machometi, qui in
20 luxuriis, adulteriis et rapinis execrabilem vsque ad finem vitam duxit. Nec valet ali-
quid responsio Sarracenorum, qui dicunt, quod Moyses occidit et Dauid adulterauit, et
tamen vterque Dei nuncius et propheta fuit, quia in talibus sceleribus non finierunt vi-
tam, sed inuenitur contricio et penitencia eorum; de Machometo autem nec contricio nec
penitencia inuenitur, sed semper in omnibus sceleribus addebat blasphemiam, dicens:
21 „Deus mandauit michi, quod tale adulterium committerem." Sic legitur in alcorano,
quando acceperat vxorem cuiusdam amici sui nomine Zeich, cum argueretur, dixit: „Ve
tibi, Zeich, quia Deus maritauit vxorem tuam michi. Et testes sunt Michael et Gabriel."
22 23 Et fecit inde legem et capitulum in alcorano. Simile fecit, quando concubuit cum qua-
dam Iacobina nomine Marica. Respondit dicens: „Deus mandauit michi, quod non serua-
24 25 rem iuramentum." Et fecit inde capitulum in alcorano. Quia vero predictus nepharius
Machometus dixit se esse prophetam et nuncium Dei missum cum miraculo virtutis ge-
neratiue, vt multos filios generaret, vt Sarracenorum populus augeretur, comprehenditur
in mendacio patenter, quia tunc multas vxores habuit et concubinas et ancillas, non ta-
men habuit nisi vnam filiam, cum tamen, vt se iactabat, habebat virtutem luxuriandi
26 quantum habent quadraginta homines. Ipsi eciam Sarraceni inducunt pro efficaci argu-
mento, quod Machometus, homo ydiota, sine Deo non posset nec potuisset facere alco-
27 ranum, vbi sunt tam multa de nouo et veteri testamento. Tamen sunt ibi multo plura
28 contra nouum testamentum et vetus. Verumtamen certissimum est in omnibus parti-
bus orientalibus, quod Machometus habuit tres pedagogos, scilicet duos Iudeos, quorum
nomen vnius Salon Persa et nomen alterius Aabdalla (quod interpretatur seruus Dei),
29 filius Sela. Et isti facti sunt Sarraceni, et docuerunt eum multa de veteri testamento et
30 multa de Talmud. Alius autem fuit monachus, et nomen eius Bahheyin, Iacobinus, qui
dixit ei multa de nouo testamento et quedam de quodam libro de infancia Saluatoris et

211) *adeo* G. 212) Est أَلْجِنّ (*eldschin*).

de septem dormientibus, et ista scripsit in alcorano. Sed magister ipsius maior credo 31
quod fuit dyabolus.

XXXVI. MIRACULA SARRACENORUM.

Sciendum autem, quod Sarraceni affirmant, quod multi eorum habent spiritum 1
prophecie. Et quedam vera de futuris dicunt et multa falsa. Dicunt eciam, quod vsque 2
hodie vigent miracula, sed pocius sunt quedam prestigia et signa mendacissima.

Habent eciam quosdam religiosos in Thurchia et Perside, vbi est maximum fri- 3
gus, et ibi multi moriuntur frigore eciam cum multis vestibus. Qui religiosi vadunt to- 4
taliter nudi; vngunt se tamen quodam oleo, quod valet multum contra frigus. Et ex 5
consuetudine eciam non timent frigus.

Habent eciam in Baldaco quosdam alios religiosos, filios perdicionis, qui despe- 6
rantes semetipsos extinguunt, ignem magnum calcantes cum pedibus discalciatis, vt 7
homines admirentur. Et eciam coram hominibus comedunt scorpiones et serpentes non 8
solum crudos, sed eciam crudos viuos. Sed signum aliquod vtile, puta deliberacionem
inferni vel aliquid tale, nullo modo possunt facere, sed sola Antichristi signa vt pre-
cursores Antichristi faciunt. Notandum autem, quod licet Machometus non propheta, vt 9
dicunt Sarraceni, duas tamen prophecias dimisit Sarracenis, quas credo esse satis veras
et conuenientes populo Sarracenorum. Vna est quia dixit eis: „Post me diuidemini in 10
LXXIII sectas siue diuisiones, ex quibus vna tantum saluabitur, totum vero residuum
igni deputabitur.“ Vnde cum ipsi sunt diuisi in multas sectas, quilibet dicit de se: „Ego 11
sum illa, que saluabitur.“ Alia vero prophecia est, quam credo adhuc magis veram. 12
Nam ipse dixit Sarracenis omnibus in alcorano: „Nullus vestrum est, qui non vadat ad 13
ignem inferni.“ Quod eis prestabit, qui viuit et regnat in secula seculorum. 14

Explicit liber peregrinacionis fratris Ricoldi [213]), *ordinis predicatorum.*

213) Inscriptio et subscriptio habent *Richoldus*, contextus, quem dicunt, verborum praefatione § 1 *Ricoldus* praebet, quod praeferendum duximus.

ODORICI DE FORO IULII

LIBER DE TERRA SANCTA.

LECTURIS

S.

De Odorico, cuius librum de terra sancta nunc primum edituri sumus, in codice guelpherbytano inscripto „Num. 40 ms. Weiss" pag. 73 haec leguntur:

„„Ego, frater Odoricus de Foro Iulii, de quadam terra, que dicitur siue vocatur Portus Naonis, de ordine fratrum minorum, testificor et testimonium prebeo reuerendo fratri et domino meo, fratri Guidoco, prouinciali sancti Anthonii in marcha triuisina, cum per eum fuerim requisitus, per obedienciam, quod omnia, que superius scripta sunt, propriis oculis vidi, et quedam audiui a fide dignis, vt predixi. Communis eciam locucio illarum contratarum est, vt illa, que non vidi, non testarer esse vera apud homines, nisi illa propriis oculis conspexissem. Ego autem de die in diem me preparo ad illas contratas ire, in quibus dispono me mori et viuere, vt illi placuerit, a quo bona cuncta procedunt." "

„Predicta autem fideliter frater Guilhelmus de Solagna in scriptis redegit, sicut predictus Odoricus ore proprio exprimebat, anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo, die mensis Maii [1]), Padue, in loco sancti Anthonii confessoris. Nec curauit de latino difficili et ornato, sed, sicut ille sibi narrauit, sic ipse scripsit, ad hoc, vt omnes hec legentes facilius intelligerent, que dicuntur. Qui frater Odoricus transiuit de hoc mundo ad Deum in conuentu Vtini, anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo, die XIV. Ianuarii. Qui postmodum choruscat miraculis multis."

Apparet igitur, me meo iure Odoricum, celeberrimum illum *Ἰνδικοπλεύστην*, non Utinensem, ut alii, sed Foroiuliensem appellasse.

De Odorico plura qui cognoscere velit, conferat Tiraboschium tom. V. p. 121—126, Ramusium II. 245, Acta Sanctorum Ian. I ad diem XIV. p. 984—992, Elogio tor. del. b. Odorico. Venetiis 1761. 4°. (Iosephi Vennii.)

Codex berolinensis, ex quo Odorici librum exprimendum curavimus, inscriptus est „mss. theol. lat. IV N. 141". Est chartaceus, saeculi XV. Insunt varia.

1) Apparet aut hunc, aut postea sequentem anni emortualis numerum mutandum esse.

DE TERRA SANCTA.

PROLOGUS.

Descripturi disposicionem terre sancte seu promissionis dignum est, vt a *Nazareth* ciuitate, in qua nostre redempcionis fuit inicium, descripcionis sumamus exordium.

1 Cap. I. XXIIII° [1]) miliario ab Accon ciuitate *Nazareth* in introitu Galilee ex parte
orientali iuxta montes est sita, et dicitur proprie ciuitas Saluatoris, eo quod in ea con-
2 ceptus et nutritus fuit. Vbi eciam, postquam desponsata fuit, virgo sancta Maria mora-
batur, ad quam missus est Gabriel archangelus a Deo, salutis nostre nuncians primordia.
3 Hec autem amabilis et sancta Deo ciuitas est, in qua verbum caro factum est, et [2]) flos [3])
omnia vincens aromata in vtero virginis germinauit. Vnde Nazareth flos interpretatur [4]).
4 In Nazareth oritur fons irriguus, qui *fons Gabrielis* [5]) vocatur. De quo Ihesus haurire
solebat; et sibi et matri sue ministrabat.

1 2 Cap. II. Vno miliario contra meridiem est locus, qui *saltus Domini* [6]) dicitur. De
quo Ihesum iuuenem Iudei precipitare volebant, eius prudenciam emulantes, sed ab eis
disparuit in momento.

1 Cap. III. IIII° miliario a Nazareth in via, que ducit ab Accon, est *Sephoris* [7]) ci-
2 uitas, ex qua orta est Anna, mater matris Christi. — Inter Sephorim et Nazareth est
fons irriguus et perspicuus, aquas emittens copiosas, et vocatur *Sephorinus* [8]).

1 Cap. IV. VI° miliario a Nazareth, IIII° [9]) miliario a Sephori, versus orientem est
Cana [10]), Galilee villa, a qua Symon Cananeus et Philippus et Nathanael fuerunt nati,
in qua Ihesus cum matre sua discumbens in nupciis aquam mutauit in vinum.

1 Cap. V. VI° miliario a Nazareth contra orientem est mons Thabor, sublimis et
arduus valde, in quo Dominus coram Petro, Iacobo et Iohanne presentibus Moyse et
2 Helia transfiguratus est, gloriam future sue resurrectionis ostendens. Et propter loci
3 reuerenciam Christiani ibi monasterium construxerunt. In descensu montis obuiauit

1) Cod. Berol. habet numerum XIIII, quem Henrici Kieperti auctoritate correximus.

2) Liber ms. habet *et*.

3) hebr. נֵצֶר.

4) Sic vulgari soloecismo sensu passivo dicitur interpretari.

5) Vulgo fons virginis, cf. Robinson Palaestina III. 424 f. Ritter Erdbeschr. XVI. 744.

6) Vid. *Mag. Thietmari* peregrinatio I. 8 p. 3 et quae ibi annotauimus.

7) *Sephoris*] Sepphoris, nunc *Sefûrieh*.

8) Cf. Ritter XVI 749.

9) Scribere debebat: VIIII miliario a Nazareth, V miliario a Sephori.

10) Cana est recens *Khirbet Kâna*, non Kefr Kenna, auctore Robinson Neuere biblische Forschungen in Palaestina Berlin 1857 pag. 140.

Abrahe, redeunti a cede Amalech, Melchisedech, qui et Sem, filius Noe, sacerdos, rex Salem, offerens ei panem et vinum, quo figurabat [11]) corpus et sanguinem Christi in altari.

Cap. VI. II° [12]) miliario a Thabor est *Naym*, ciuitas Galilee, contra meridiem, iuxta *Endor*, vicum grandem in IIII° miliario eiusdem montis ad meridiem, ad cuius portam ciuitatis Ihesus restituit vite filium mulieris vidue.

Cap. VII. XVI° [13]) miliario a Naym est ciuitas *Chimerech* [14]), que et *Thiberias* a 1
Thiberio Cesare dicta est, et super mare Galilee sita frumenti, vini, olei et piscium vber-
tate redundat. Hanc Ihesus in iuuentute sua frequentauit [15]). Vbi accidit [16]), quod, cum 2 3
puer Ihesus cum quodam cognato suo moram ibi traheret, commotus homo predictus
arripuit facem ardentem, et post Ihesum proiecit, volens eum percutere; sed fax infixa
terre in arborem creuit maximam, que vsque in hodiernum diem flores et fructus pro-
ducit. Prope hanc ciuitatem sunt balnea calida [17]) super litus maris. 4

Cap. VIII. II° miliario a Thiberiade est *Magdalis* [18]), opidum paruum supra litus maris.

Cap. IX. IIII° miliario a Thiberiade contra meridiem est *Dothaim* [19]), vbi fratres Ioseph Ismahelitis eum vendiderunt.

Cap. X. IIII° miliario a Thiberiade est *Betulia* [20]) ciuitas, de qua fuit orta Iu- 1
dith, que Holofernem interfecit.

Mare autem Galilee est stagnum in finibus Galilee, ex aquis dulcissimis collectum, 2
et variis generibus piscium commodissimum, visui amenum et delectabile ad potandum.
Et quia in longitudine valde spaciosum est, more Hebreorum et Egipciorum, qui quas- 3
libet aquarum copiosas congregaciones tam ex aquis dulcissimis, quam salsis mare no-
minant, predictus lacus mare nuncupatur. Dicitur autem mare Thiberiadis a ciuitate 4
Thiberiade, cui adiacet. Iuxta quam est *Betsayda*, ciuitas Petri et Andree, quam Domi- 5
nus propria illustrauit presencia. Dicitur autem hoc mare quandoque Genesareth sta- 6
gnum, quod interpretatur *auram generans* [21]), eo quod moncium circumstancium faucibus
frequenter validum ventum colligit, ex cuius perturbacione et tempestate inualescente na-
uicule quandoque submerguntur. Supra istud mare Dominus sicco pede ambulauit. Vbi 7 8
beato Petro ad se ire volenti et mergenti ait [22]): „*Modice fidei, quare dubitasti?*“ Vbi eciam 9
alia vice discipulis periclitantibus mare quietum reddidit. Mare autem Galilee sumit 10
inicium inter Bethsayda et Capharnaum [23]), et terminatur *Corrosaim*, in qua nutrietur [24])

11) Interpretatio typica, qua et Lutherus utitur in maiori Geneseos commentario XIV. 18.

12) Melius III°.

13) Liber ms. habet VI.

14) Non est Tiberias. Cf. Thietmari peregr. II. 1 p. 6 et not. 54.

15) At cf. Ritter XV. 316.

16) Nova, ut videtur, narratio.

17) Cf. Ritter XV. 323 s.

18) Magdala, nunc *Medschdel*.

19) Dothain, Dothan, quam Odoricus h. l. errore captus cum recente *Khân Dschubb Dschûsuf* componit, est *Tell Dôthân*, id quod ostendit Robinson Pal. III. 575 s. Neuere Forschungen p. 158.

20) Cf. M. Thietmarum II. 21 p. 7 notam 76, Robinson Neuere Forsch. p. 443.

21) Vocabulum *Genesareth* nec latinum esse constat, nec graecum, ut de γεννᾶν et αὖραν cogitandum sit.

22) Matth. XIV. 31.

23) Idem dicit M. Thietmarus II. 12 p. 6. ed. nostrae.

24) M. Thietmarus II. 14 p. 7 tradit, Antichristum Corrosaimi naturum esse.

11 **Antichristus. De hiis duabus ciuitatibus ait Ihesus** [25]: „*Ve tibi*, *Betsayda*, *ve tibi*, *Corro-*
12 *saim!*" Hec [26]) est IIII⁰ miliario a Betsayda.

1 Cap. XI. V⁰ miliario a Corrosaim est *Cedar*, ciuitas excellentissima, de qua in
psalmo [27]): „*Habitaui cum habitantibus Cedar*."

2 In dextero capite maris sita est *Capharnaum*, ciuitas centurionis, in qua Ihesus
multa signa fecit.

1 Cap. XII. II⁰ miliario a Capharnaum in descensu maris est locus, in quo Domi-
2 nus predicauit turbis, et apostolos docuit [28]). In quo eciam leprosum curauit. A quo
3 loco in descensu est locus, in quo Dominus pauit quinque milia hominum de quinque
4 panibus et duobus piscibus. Vnde locus ille *mensa* [29]) vocatur, i. e. locus refectionis.
5 Cui subiacet locus, in quo Christus post resurrectionem suam discipulis apparuit, come-
6 dens cum eis partem piscis assi. A Nazareth recto itinere per X leucas itur *Sebasten*,
in qua sepultum fuit corpus beati Iohannis baptiste inter Abdiam [30]) et Heliseum prophe-
tas, quando fuit translatum de Macheronta opido, quod est vltra Iordanem, vbi fuerat
decollatus.

1 Cap. XIII. A Sebaste per IIII [31]) miliaria est *Neapolis* ciuitas, olim dicta *Sichem*,
2 a Sichem, filio Emor, vel Sichar, vt in ewangelio [32]) legitur. In qua sepulta fuerant ossa
Ioseph filii Iacob, translata de Egypto [33]).

3 Extra Sichar est puteus Iacob, super quem Ihesus ex itinere fatigatus sedit, vbi
4 a muliere Samaritana peciit bibere. Ibi eciam sunt duo colles, scilicet *Dan* et *Bethel*, in
quibus Ieroboam, rex Israel, posuit duos vitulos aureos, et eos adorare precepit, dicens:
„*Hii sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de Egypto.*"

1 Cap. XIV. A Neapoli versus meridiem vsque Iherusalem sunt XXIIII [34]) miliaria.
2 *Iherusalem* vero speciali prerogatiua dicta est ciuitas regis magni, et quasi in cen-
tro mundi in medio terre posita, vt ad eam confluant omnes gentes; possessio patriar-
charum, alumpna prophetarum, doctrix apostolorum, salutis nostre cunabula, mater fidei,
a Deo preelecta et sanctificata; in qua steterunt pedes Domini; ab angelis honorata; ab
omni nacione, que sub celo est, frequentata; in circuitu eius montes; et in monte emi-
nenti sita, in parte illa, que dicitur Iudea et Palestina; lacte et melle fluens; frumento,
vino et oleo et omnibus bonis temporalibus habundans [35]); fluminibus prorsus carens,
vnum tamen fontem habet, qui *Syloe* [36]) nominatur, qui sub monte Syon oritur et per me-
dium vallis Iosaphat fluens quandoque aquas ministrat copiosas et [37]) plerumque nullas.
3 Sunt tamen in vrbe et extra multe cisterne ex aquis pluuialibus tam hominibus, quam
4 pecudibus sufficientes ad suas necessitates. Habet autem diversa nomina ex variis euen-
5 tibus, eciam secundum diuersas linguas et naciones. Primo enim dicta est *Iebus* [38]), post

25) Matth. XI. 21. Lucae X. 13.

26) Corrosaim s. Chorazin, cuius quamquam nomen recente Kairbet *Kerâzeh* continetur, antiqua tamen urbs sita erat in monte s. Tell *Hûm*. Vid. Robinson Neuere Forsch. p. 460 et 472.

27) ps. CXVIIII (s. CXX) v. 5.

28) Mons beatitudinis nunc est *Karûn Hattîn*. Vid. Robinson Pal. III. 485 s.

29) Mensa Domini, nunc *Hedschâr en-Nusâra*, vid. Robinson Pal. III. 486 nota I.

30) Cf. M. Thietmarum VIII. 62 p. 25.

31) Sunt VI.

32) Ioh. IV. 5.

33) Vid. Reg. XII. 28.

34) Sunt XXVII.

35) abundans.

36) Vid. *Tit. Tobler* Die Siloahquelle u. der Oelberg p. 36—46.

37) i. e. sed.

38) i. e. mons aridus, v. Ritter XV. 118.

Salem[39]), ex quibus duobus componitur *Ierusalem*. Dicitur eciam *Solima*[40]) et *Ierosolima* 6
et *Luza*[41]) et *Bethel*. Ad vltimum, dicta est *Elya*[42]) ab Helyo Questore[43]), imperatore 7
Romano, qui eam, vbi modo est, post destructionem a Tyto et Vespasiano factam reedificauit.
Habet autem montem *Syon* a meridie infra ciuitatem, in quo Dauid in arce Syon 8
expulsis Iebuzeis habitauit, et eam ciuitatem Dauidis vocauit. *Montem* vero *Olíueti* habet 9
ab oriente extra ciuitatem.

Cap. XV. *Mons* autem *Caluarie*[44]), in quo crucifixus erat Dominus, vbi sanguis[45]) 1
de latere eius fluens in lapidem sub monte, in parte illa, que *Golgata* dicitur, vbi inuentum est caput Ade[46]), et sepulchri Domini locus, illi loco sub monte Caluarie proximus, vsque ad tempora predicti Helii imperatoris erant extra vrbem, sed modo sunt intra, quia ipse imperator eam reedificans adeo ampliauit, quod[47]) predicta loca intra murorum ambitus inclusit, ductus aquarum construens, quibus tempore pluuiali a sordibus purgaretur.
In loco Dominici Sepulchri postea Christiani decenti scemate[48]) et forma rotunda, 2
vno tamen foramine[49]) superius aperto, ecclesiam Dominice Resurrectionis gloriosam construxerunt, que inter alias ecclesias merito tenet principatum. In qua dyaconus, quando 3
in ewangelio[50]) legit illud: „*Surrexit, non est hic!*“ digito suo demonstrat Dominicum Sepulcrum.

Cap. XVI. Prope montem Caluarie est locus, vbi beata virgo cum aliis mulieri- 1
bus plangebat Dominum in cruce pendentem. Ibi iuxta est locus, vbi Ioseph ab Arma- 2
thia et Nycodemus corpus Christi de cruce depositum lauerunt. In medio chori est locus, 3
qui dicitur medium mundi. Vbi Christus digitum suum inposuit, dicens: *Hic est medium* 4
mundi. Prope quem est locus, vbi Christus, cum surrexisset a mortuis, apparuit primo 5
Marie Magdalene, estimanti eum esse ortulanum[51]). Vbi est altare factum ob honorem 6
illius apparicionis, et est ante cellam sepulchri.

Cap. XVII. Deinde itur ad locum, vbi est columpna, ad quam Ihesus fuit ligatus 1
et flagellatus. Et est sub quodam altari. Deinde itur ad portam, per quam Maria 2
Egypciaca[52]) non poterat ingredi, ceteris Christianis introeuntibus, donec promisit se
acturam penitenciam. Vbi audiuit vocem dicentem sibi: „*Si Iordanem transieris, salua eris.*“ 3

39) i. e. pax, hebr. שָׁלֵם.

40) i. e. Salem.

41) Constat inter omnes, *Luzam*, quae nunc est *Beitîn*, postea *Bethel* dictam esse, Hierosolymam autem, quae et ipsa suo iure *Domum Dei* et dicta et dicenda est, etiam anno p. Chr. n. 1633 cum illa Luza (Hebraeorum Lus) confundi docet libellus inscriptus: Danckbar Jahr-Gedächtnis vnd christliche Leich-Predigt, den 6. Nov. 1633 zu Lützen bey der Wahlstatt vber Gustavi Adolphi tödtlichen Abgang gehalten von *Paullus Stockmannen*. Ubi p. 26 legitur: Ist darauff (Gustavus Adolphus) in der andern Stunde dieses blutigen Treffens als ein Held mitten unter den Feinden, von etlichen Geschosz vorwarts getroffen, gestorben als ein rechter Märterer, steiffer Bekenner vnd Vermehrer des Reichs Seines Herrn Jesu Christi, der für vns alle; nahe für *Jersulem, die vor alters auch Lüza oder Lüzen* geheissen, gestorben ist, allhier bey Lützen gestorben.

42) Elya est Aelia Capitolina, quam condidit T. Aelius Hadrianus Imp.

43) Quid hoc sibi velit, nescio.

44) Vid. *T. Tobler* Golgotha 1851. Robinson Neuere Forsch. p. 322—344.

45) Supplendumne *est?*

46) V. Tobler Golgotha p. 254.

47) *quod — inclusit*] ut — includeret.

48) *scemate*] schemate.

49) Vid. Ritter XVI. 438.

50) Marci XVI. 6, Matth. XXVIII. 6.

51) hortulanum.

52) V. Tobler Siloahquelle p. 182 s. qui citat Rolleri vitas patrum ex editione H. Rosweidii p. 419 s.

1 Cap. XVIII. Postea in via ad montem inuenitur ecclesia *sancti Iacobi Zebedei* [53]),
2 que est Armeniorum. Vbi olim repositum fuit eius corpus allatum per manus angelorum de Ioppe, vbi fuit decollatus.

1 Cap. XIX. Inuenitur in monte Syon ecclesia *sancti Saluatoris* [54]), que fuit domus
2 Cayphe, principis sacerdotum. In qua Dominus fuit tota nocte attritus, et est ibi pars
3 4 columpne, ad quam ligatus erat. Ibidem eciam Petrus Christum ter negauit. Ibi eciam
carcer erat, in quem Iudei posuerunt Ihesum et eum seruabant vsque mane, quando mi-
5 serunt eum vinctum ad Pylatum. Ibi eciam est lapis grandis super altare, qui dicitur
6 primo positus fuisse super monumentum Saluatoris. Quidam dicunt, quod Corrosaimini [55]),
quando ceperunt Iherusalem, fregerunt eum, credentes inuenire thesauros absconditos in
sepulchro Domini.

1 Cap. XX. Deinde itur ad cellam, in qua beata virgo Maria morabatur XIIII an-
2 nis post ascensionem Domini. Prope quam est cella, in qua ipsa migrauit de hoc mundo.

1 2 Cap. XXI. Ibi est eciam ecclesia *sancti Iohannis ewangeliste*. Que dicitur fuisse
prima ecclesia, in qua ipse in conspectu beate virginis missam celebrauit, quamdiu ipsa
3 vixit. Adhuc est ibi lapis rubeus, qui pro altari transportatus fuit de monte Synai per
angelos ad preces beati Thome de Iudea reuertentis.

1 Cap. XXII. Est autem capella in monte Syon, vbi Dominus cenauit cum disci-
2 pulis suis corpus suum eis dando, et pedes eorum lauit. Ibi eciam iuxta chorum est
locus, vbi apostoli post ascensionem Domini vsque ad diem penthecostis cum ieiuniis et
3 oracionibus promissum Spiritum Sanctum exspectantes permanserunt. Est ibi alius locus,
vbi apostoli elegerunt beatum Mathiam in apostolum loco Iude proditoris, et locus, vbi
4 elegerunt septem dyaconos. Ibique iuxta est alius locus, vbi apostoli elegerunt Iacobum
5 minorem in primum episcopum Ierosolimitanum. Ibidem est alia capella desubtus [56]), in
6 qua Dominus discipulis suis apparuit ianuis clausis et Thome. Est eciam ibi vas lapi-
deum, quod dicitur peluis, in quam Dominus misit aquam, quando lauit pedes discipulo-
7 8 rum. Et iuxta est sepulcrum Dauid regis et filii eius Salemonis. Ibi eciam non longe
est sepulcrum beati Stephani prothomartiris, vbi post inuencionem positum fuit corpus
9 eius, sed modo Rome cum beato Laurencio vno gaudet sarcophago. — In descensu mon-
tis Syon est locus, vbi apostoli dominam nostram portantes ad sepeliendum in valle
10 Iosaphat [vbi] deposuerunt feretrum eius. Quod audientes Iudei, habitantes ibi in vico
11 prope, cucurrerunt ad locum, vt raperent corpus eius ad conburendum. Tunc pontifex
12 ceteris audacior misit manus ad feretrum; que statim aruerunt. Cui roganti beatum
Petrum, vt pro se oraret, ipse respondit dicens: *Si credis, quod hec est mater Christi, et*
13 *baptizari volueris, recipies sanitatem.* Qui credidit: statim restitutus est pristine sanitati.
14 Est eciam ibi ecclesia a wlgo dicta *Galli cantus*, vbi beatus Petrus in cauca profunda
penitens, quod negauerat Christum, fleuit amare.

Cap. XXIII. Deinde itur ad agrum *Acheldemach*, emptum pro XXX argenteis, quibus Christus venditus fuit.

1 Cap. XXIV. Deinde itur ad fontem *Syloe*, vbi Christus illuminauit cecum natum.

53) V. Tobler Topographie von Jerusalem I. 439 ss.

54) V. Ritter XVI. 353 s.

55) Fortasse sunt *Charismii*, de quibus v. Wilken Gesch. der Kreuzzüge VI. 630 — 645, Ritter XVI. 296, Tobler Topogr. v. Ierus. I. 9.

56) Francice *de dessous*.

Ibique Ysayas [57]) propheta serra lignea sectus fuit a Manasse, rege Iherusalem, et ibi- 2
dem tumulatus sub quercu Rachel.

Cap. XXV. Vno miliario a Iherusalem ad orientem est *mons olivueti*, in quo Do- 1
minus sedit contra templum, quando discipuli eius signa aduentus eius ad iudicium ab
eo quesierunt [58]). Ad quem eciam frequenter exiuit ad oracionem, et maxime imminente 2
passione sua. Ibique est lapis, in quo vestigia pedum suorum apparent, que inpressit, 3
quando circulos ascendit [59]). Ibi eciam est locus, in quo beata Pelagia [60]), genere An- 4
thiochena, penitenciam egit et sepulta fuit. In monte olivueti eciam est ecclesia, in qua 5
Dominus apostolos docuit orare „Pater noster" [61]). Et ibi prope est lapis, supra quem 6
stans Dominus predicauit turbis, et ostendens Iherusalem fleuit [62]) super eam, dicens [63]):
„*Quia si cognouisses et tu* etc." Quod inpletum est sub Thito et Vespasiano, eius patre, 7
imperatoribus Romanorum.

Cap. XXVI. In decliuo montis olivueti et Bethanie est *Betphage* [64]), viculus sacer- 1
dotum. Vbi Dominus misit Petrum et Philippum pro asina et pullo eius. 2

Cap. XXVII. Deinde in pede montis olivueti est villa *Getsemani*, vbi Dominus fuit captus a Iudeis et a Iuda osculatus, et ibi prope orauit, dicens [65]): „*Pater, si possibile est, transeat* etc. Vbi eciam est lapis [66]), quem Dominus pro tristicia strinxit et in inpressis digitis [67]) eius inclusit.

Cap. XXVIII. Deinde in valle *Iosaphat*, dicta a rege Iosaphat ibi sepulto, ibi [68]) est eciam sepulcrum beate virginis et Iacobi minoris.

Cap. XXIX. Deinde itur ad portam auream, per quam Dominus in ramis pal- 1
marum [69]) sedens super pullum asine introiuit Iherusalem, gloriose receptus. Et inde ad 2
iactum baliste est templum Domini in monte Moria, in area Ornan [70]) Iebusei, in quo
sunt quatuor introitus et XII porte. In hoc loco est rupis, in qua dicitur stetisse et ap- 3
paruisse Dauid angelus, exterminator populi Israhelitici, propter dinumeracionis propo-
situm a Dauid facte. Vnde Sarraceni hodie templum Domini rupem [71]) vocant et in 4
tanta veneracione habent, quod nullus audet ipsum sordibus maculare, sed a remotis
veniunt ibi adorare ymaginem Machometi ibi positam. Nullum Christianum intrare per- 5
mittunt. Creditur a quibusdam archa Dei adhuc in dicta rupe esse inclusa, eo quod 6
Osyas [72]), rex Iude, preuidens destructionem ciuitatis Iherusalem, precepit eam includi
et abscondi. In secundo Machabeorum [73]) ibi reperitur, quod Ieremias propheta immi- 7
nente captiuitate exiuit in montem, in quem Moyses ascendit, et vidit Dei hereditatem
et speluncam, in qua inuenit tabernaculum et altare incensi, et ibi archam obstruens

57) V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 203 sqq.

58) V. Tobler Die Siloahquelle u. der Oelberg p. 229 s.

59) V. Tobler Siloah p. 87, 89, 105—114.

60) V. Tobler Siloah p. 125 sqq.

61) V. Tobler Siloah p. 239 sqq.

62) V. Tobler Siloah p. 231 sqq.

63) Lucae XIX. 42.

64) V. Robinson Pal. II. 312 s. Tobler Siloah p. 217. Ritter XV. 486.

65) Matth. XXVI. 39.

66) V. Tobler Siloah p. 218 s.

67) Lib. ms. habet *digitorum*, quod e coniectura correximus. De ipsa re cf. Tobler Topogr. v. Jerusalem I. 367.

68) Voc. repetitum *ibi* abundat, sicut in cap. seq. et passim apud medii aevi scriptores.

69) Cod. habet: Dominus in palmis ramarum sedens super pullum asine. — Ceterum cf. Ev. Ioh. XII. 13—15.

70) V. Chron. l. I c. 21 v. 15 sqq.

71) *Kubbet es-Sachrah;* vid. Tobler Topogr. v. Jerus. I. 518.

72) Iosias.

73) Maccab. l. II c. 2 v. 7. 8.

ait: *„Ignotus erit locus, donec congreget Dominus populum suum et propicius fiat, et tunc ostendet hec.*

1 Cap. XXX. Ab introitu templi est porta speciosa et ex alia parte templum Sa-
2 lemonis. Inter templum et auream portam fuerunt arbores, de quibus primi Hebreorum
3 ramos tulerunt, quando Domino sedenti super pullum asine occurrerunt. Et ibi iuxta
templum Salemonis in angulo ciuitatis est cubiculus et Christi balneum et lectus matris
eius et sepulcrum iusti Symeonis.

1 Cap. XXXI. Deinde itur ad ecclesiam *sancte Anne* [74]), et ostenditur cripta, in
2 qua beata virgo dicitur nata, que fuit olim domus Ioachim et vxoris sue Anne. Ibi
iuxta murum templi est probatica piscina, de qua in ewangelio, in qua longo tempore
lignum sancte crucis iacuisse dicitur.

1 Cap. XXXII. Postea itur ad domum Pylati, vbi Dominus fuit flagellatus, corona-
2 tus et illusus et dampnatus. Ibi eciam via est, ducens ad templum Domini, per quam
venientes Iudei clamabant, dicentes: *„Crucifige, crucifige eum!“* [75])

1 Cap. XXXIII. Deinde itur ad domum *Anne*, principis sacerdotum, soceri Cayphe,
2 ad quem primo Christus fuit ductus. Ibi eciam est domus, in qua fecerunt Iudei consi-
3 lium, vt Christum occiderent. Et ibi iuxta est ecclesia dicta sancta Maria de Pasmoy-
4 son [76]). Vbi cum magno dolore vidit filium suum crucem baiulare et super duos magnos
5 lapides albos requiescere, qui adhuc sunt ibi in arcu alto murati. Ibi eciam est via du-
6 cens ad portam sancti Stephani, extra quam fuit lapidatus. Que olim dicebatur *porta
piscium*, per quam Iudei ducentes Christum inuenerunt Symonem Cyreneum, quem an-
gariauerunt portare crucem post Christum vsque ad montem Caluarie, vbi eum crucifi-
7 8 xerunt. Iuxta dictam ecclesiam dicitur fuisse palacium Herodis regis. Et ibi non longe
ostenditur domus Iude proditoris, in quam cum vxore et filiis suis habitauit.

1 Cap. XXXIV. Deinde itur ad *turrim Dauid*, nunc destructam, vbi post passio-
nem Christi Ioseph ab Arimathia fuit in carcere XLIIII^os^ annis vsque ad aduentum Tyti
2 et Vespasiani imperatorum. Eciam est ibi porta Dauid, extra quam non longe Iudas
3 proditor se suspendit ad arborem sycomorum. Prope Iherusalem ad duo miliaria, ab-
4 5 scisum fuit lignum sancte crucis. Vbi edificata est ecclesia pulcherrima. Qui locus di-
6 citur arabice *Messabile* [77]), i. e. mater crucis. Inde ad duas leucas et dimidiam est fons
egregius [78]), in quo beatus Philippus eunuchum Ethiopem de Iherusalem reuertentem
baptizauit.

1 Cap. XXXV. Deinde ad vnam leucam et per tres leucas a Iherusalem est locus
seu ciuitas pulcherrima, nunc deuastata, in montanis Iudee sita, nomine *Sacharia* [79]), ad
quam beata Maria iuit de Nazareth ad tres dietas cum dimidia, et salutauit Elysabeth,
2 3 matrem Iohannis baptiste, qui ibi fuit natus [80]). Et exultauit infans in vtero eius. Et
4 beata Maria dixit [81]): *„Magnificat anima mea Dominum.“* In loco, quo sic ibi obuiauerunt

74) V. Tobler Topogr. v. Jerus. I. 429 sqq.

75) V. Marci 15. 13, Lucae 23. 21, Ioh. 19. 6.

76) Ita, quod liber ms. dedit, *Panmoyson*, emendavimus duce Toblero Topogr. v. Jerus. I. 449 s. nota 1, ubi dicitur *la Pasmoison de la Vierge*. Est ecclesia S. Mariae, s. spasmi S. Mariae.

77) Legendum est *Messalibe*. Cf. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 727, qui dicit *Musullabeh*. Sed alii alias verbi formas habent.

78) Nunc *'Ain Hanîyeh*: vid. Robinson Neuere Forsch. p. 347.

79) Nunc *Beit Sakârijeh*: vid. Robinson Neuere Forschungen p. 372.

80) V. Robinson Palaestina III. 193.

81) Vid. Lucae I. 46. 68.

et se inuicem amplexerunt, pulchra ecclesia est constructa, que Magnificat vocatur[82]) in
presentem diem. Ibi Sacharias, pater Iohannis baptiste, benedixit Deum, dicens: *Bene-* 5
dictus Dominus Deus Israel etc.

Cap. XXXVI. Inde ad duas leucas[83]) iuxta *Modin*[84]), ciuitatem Machabeorum,
et ciuitatem *Gabaon*[85]) est castellum *Emaus*[86]), in quo duo discipuli cognouerunt Chri-
stum in fractione panis.

Cap. XXXVII. De Iherusalem volens ire in Bethlehem exibit per portam Dauid, 1
a qua per duos iactus baliste vel plus ad manum dexteram est *Gyon*[87]), vbi Salemon in
regem fuit vnctus. Et est ibi ecclesia sancti Petri, in qua plures reges et prophete sunt 2
vncti. Inde ad vnam leucam manebant Samuel et Helyas, et ibi est campus, vbi He- 3
lyas raptus fuit in celum. Et dicitur *campus floridus*[88]). 4

Cap. XXXVIII. Vno miliario inde est *tumbà Rachel*[89]), vxoris Iacob, ibi mortue 1
in partu Benyamyn. Super quam posuit XII lapides magnos in memoriam XII filio- 2
rum suorum.

Cap. XXXIX. Deinde itur *Betlehem*[90]), distans a Iherusalem per duas leucas. 1
In qua ciuitate est ecclesia pulcherrima in honore beate virginis dedicata. In qua est 2 3
capella, vbi natus fuit Christus. Presepe autem cum feno, in quo erat positus, dicitur 4
esse Rome in ecclesia sancte Marie maioris. In sinistra parte dicte ecclesie est locus, 5
vbi positus fuit vmbilicus et circumscisio Domini. In dextra ipsius parte sepulti fue- 6
runt sancti innocentes. Vbi est altare in exitu chori. Ad manum dextram est puteus, 7 8
vbi videtur stella, que duxit tres reges ad Christum in presepio.

Cap. XL. Infra claustrum autem canonicorum est cripta, in qua beatus Lauri- 1
nus, interpres beati Ieronomi, fecit penitenciam, et beatus Ieronomus transtulit bybliam
et multos libros conposuit; non longe ab illa predicta ecclesia sancte Paule, nobilis 2
matrone de Roma, vbi ipsa cum filia sua Eustochio egit penitenciam. Desubtus in dicta 3
ecclesia est cripta Maximini, vbi est capella, de qua dicitur, quod, quando Domina no-
stra vbera sua prebebat, lacte replebatur terra, que est quasi lac dealbata.

Cap. XLI. Secundo miliario de Betlehem est locus, vbi angelus apparuit pastori-
bus[91]) in natiuitate, dicens[92]): „Annuncio vobis gaudium etc.“

Cap. XLII. Supra Betlehem est *Ebron*, ciuitas antiquissima, distans a Iherusalem 1
VII° miliario[93]), Philistinorum metropolis. Et primis temporibus fuit habitacio maximo- 2
rum Gygantum[94]). Regnauit postea Dauid in ea. Et est sita in agro Damasceno, in 3 4
quo Adam fuit plasmatus. Sarracenice[95]) dicitur ciuitas quatuor patrum, quia ibi in
duplici spelunca quatuor patriarche sunt sepulti, scilicet Adam, Abraham, Ysaac et Iacob,

82) Cf. Ritter XVI. 513.

83) V. Tit. Tobler Topogr. v. Jerusalem II. 900 s. not. II.

84) V. Tit. Tobler Topogr. v. Jerusalem II. 804. 896 sqq.

85) Nunc *Ed-Dschîb.* V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 545 s.

86) V. Tit. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 536 s. — 543 sqq. — 752 s. — 999. 1005.

87) Gihon mons. Cf. T. Tobler Topogr. v. Jer. I. 11.

88) Cf. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 548. 552.

89) V. Tobler l. l. II. 782 sqq. Cf. Thietmarum IX. 24 p. 28.

90) Vid. Tit. Tobler Bethlehem in Palästina. St. Gallen u. Bern 1849.

91) Vid. Tobler Bethlehem p. 251 sqq.

92) Lucae II. 10.

93) Quum sint 10 mil. passuum rom., Kiepertus *leucis* legendum esse putat.

94) Sunt Enakim Ios. XIV. 15.

95) Hebraice potius. V. Ritter XVI. 211 —213.

6 et vxores eorum, scilicet Eua, Sara, Rebecca et Lya. Caput Ade est intra murum ec-
7 clesie contra altare, et multum honoratur a Sarracenis. Et ibi est in petra scriptum:
8 „*Hic iacet caput Ade.*" Extra ecclesiam in caua [96]) versus septentrionem est tumulus
9 10 Ioseph venditi in Egypto. Et multum honoratur a Sarracenis. Ad iactum baliste a ci-
uitate est cripta, in qua Adam cum Eua penituit centum annis post mortem Abel, filii
11 sui, quem Cayn occidit. Deinde Adam commonitus ab angelo cognouit Euam, de qua
12 genuit Seth. Deinde ad duos iactus baliste est *fons beate virginis*, de quo ipsa bibit et
lauit pannos filii sui.

1 Cap. XLIII. Secundo miliario ab Ebron versus meridiem in medio agri est gleba
2 rubea [97]), que ab incolis foditur et comeditur. Que per Egyptum venalis portatur et
3 pro speciebus carissimis emitur. Et quantumcumque effoditur, ager finito anno reinte-
gratus reperitur.

1 Cap. XLIV. Secundo miliario versus Betlehem ab Ebron est locus, vbi Ionas [98])
2 propheta manebat, postquam venit de Niniue. Et ibi mortuus est et sepultus.

1 Cap. XLV. Secundo miliario [99]) ab Ebron versus meridiem est locus, vbi Abra-
ham orauit pro Loth, quando venit de Segor, a subuersione ciuitatis precibus eius re-
2 seruata. Ibi iuxta est locus, vbi Cayn occidit fratrem suum Abel in campo iuxta agrum
Damascenum.

1 Cap. XLVI. Supra Ebron via medie diete ad desertum Surie vel Sirie, in quo
vagunt [100]) homines siluestres, scilicet Badewini [101]), habetur pulchra ciuitas, nunc de-
2 serta, *Bersabee* vocata, que est inicium Iudee seu terre promissionis. Hec erat bona et
spectabilis vltimo tempore Christianorum.

3 4 A Ebron incipit vallis *Mambre*, que protenditur fere vsque Iherusalem. Non re-
mote ab Ebron est mons *Mambre*, et in ipso monte stat arbor, scilicet quercus arida,
que ab antiquitate sua speciale sibi nomen meruit habere in vniuerso mundo, et vocatur
5 6 *arbor sicca*. Sarraceni dicunt eam *dirp* [102]). Hec creditur stetisse a tempore Abrahe, et
quidem [103]) ab inicio mundi, virens, donec passionis Christi tempore siccaretur.

Cap. XLVII. In valle *Mambre* est locus, vbi Abraham sedens in ostio tabernaculi tres vidit et vnum adorauit [104]).

1 Cap. XLVIII. VII° miliario [105]) de Iherusalem via, que ducit Sychem, est *mons*
2 *Gabaa* [106]) in tribu Beniamyn, collateralis seu contiguus monti offensionis [107]). Et diuidit
3 eos via, que ducit de valle Iosaphat in Bethaniam. Et dicitur *mons offensionis* eo quod
4 rex Salemon posuit in eo ydolum Moloch, adorans illud. Et a quibusdam vocatur *Ga-
lilea*, vbi Christus, cum surrexisset a mortuis, apparuit discipulis iuxta verbum angeli,
5 dicentis [108]): *Precedet vos in Galileam* etc. Ex opposito montis Syon est mons, vbi nunc

96) valle. Cf. Ducange.

97) Cf. M. Thietmarum X. 16 p. 29.

98) Cf. Robinson Neuere Forsch. p. 369.

99) Negat Titus Tobler.

100) i. e. vagant s. vagantur.

101) Beduini.

102) Maundeville, qui hunc Odorici locum exscripsisse videtur, habet *drip*. Vid. latinam interpretationem Maundevillii ms. hamburgensem p. 18.

103) Liber ms. habet *quidam*. Nec sufficit, quod posuimus, *quidem*.

104) Vid. M. Thietmarum X. 21 p. 29.

105) Secundo mil. habet liber ms., quod correximus.

106) Nunc *Dscheba'a*.

107) scandali. V. Ritter XVI. 322. 325.

108) Marci XVI. 7.

est ecclesia sancti Cypriani, vbi magis egredientibus Iherusalem de natiuitate Christi instructis apparuit stella.

Cap. XLIX. Postea itur ad *Bethaniam*, vbi est castellum Marie Magdalene et Marthe et Lazari, fratris earum.

Cap. L. Quindecim stadiis a Iherusalem vltra montem olieuti ibi est domus Sy- 1
monis leprosi [109], in qua Maria Magdalena pedes Christi recumbentis lacrimis suis lauit.
Ibi ex opposito Lazarus sepultus fuit et suscitatus, et postea vixit XXIX annis. Factus 2 3
episcopus Marsilie moriebatur.

Extra Bethaniam ad duos iactus baliste est domus Marthe, in qua Dominus cum 4
discipulis suis comedit, cum Martha dixit: „*Domine, non est tibi cure, quod soror mea* etc.“
Et ibi prope versus orientem ad duos iactus lapidis est locus, vbi Martha et Maria 5
Magdalena occurrerunt Christo, plangentes mortem fratris sui.

Cap. LI. Deinde XIIII⁰ miliario [110] itur recto itinere ad *Iordanem*, qui sub mon- 1
tibus Galilee confluit ex duobus fontibus, scilicet Ior et Dan [111], qui oriuntur ad radi-
cem montis Libani iuxta Cesaream Philippi. Ex quibus in stagnum Genesareth descen- 2
dit, et inde egrediens per centum fere miliaria regionem adiacentem irrigat, reddens
ortos et terram fructiferos. Et habet aquas dulces ad bibendum, pisces sanos ad eden- 3
dum et ripas aptas ad arundinem, ex qua domus teguntur. Perfluens autem vallem illu- 4
strem, que dicitur *vallis salinarum*, in mare mortuum se extendit, et postea absorptus
non apparet. Peregrini et indigene corpora et vestimenta sua aquis Iordanis cum magna 5
deuocione solent abluere, eo quod Christus, in eo baptizatus, ipsum sanctificauit. Multi 6
viri religiosi propter eius sanctitatem et aquarum oportunitatem vicinas eius habitacio-
nes construxerunt quam plures, in solitudinibus Iordanis. Vbi beatus Iohannes baptista 7
olim habitauit, mortui mundo vt viuerent Deo, quietem sepulcri [112] elegerunt. In hoc 8
heremo beatus Zozima [113] fuit, abbas et pater multorum monachorum, ibique inuenit
Mariam Egipciacam, XXXVIII annis incognitam hominibus.

Cap. LII. A Iordane ad montem Synai, vbi beata Katherina requiescit, sunt XV diete [114] per desertum. In quo monte Deus legem Moysi dedit.

Cap. LIII. II⁰ miliario a Iordane est fluuius *Iaboch* [115], quo transito Iacob rediens de Mesopotamia luctatus est cum angelo.

Cap. LIV. IIII⁰ miliario a Iordane est *Ihericho* [116], grandis olim ciuitas. Inde fuit Sacheus, princeps publicanorum, de quo legitur in ewangelio.

Cap. LV. II⁰ miliario [117] a Ihericho contra orientem est *Alphates* [118], quod est 1
mare mortuum, et vere mortuum, quia nichil viuum recipit uel mittit. Vbi quatuor ciui- 2
tates, scilicet Sodoma, Gomorra, Seboym et Adama, igne sulphureo concremate in lacum
istum verse sunt propter peccata sua.

109) V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 460 sqq. et 663 s.

110) Fortasse scribendum est *leucis*. Saewulfus enim, Toblero monente: Iericho, inquit, distat ab Hierosolyma 10 leugas. Iordanis fluvius est ab Iericho 4 leugas ad orientem.

111) Cf. M. Thietmarum III. 3 not. 82 p. 8.

112) Liber ms. habet *quietis sepulcris*, quae correximus.

113) Zosimas. V. Tobler Topogr. v. Jerus. II. 714 s.

114) Saewulfo auctore sunt XVIII.

115) Liber ms. habet *Saboth*. Cf. M. Thietmarum p. 8 not. 92 ad III. 9.

116) Iericho.

117) Sunt VIII mil. pass. rom.

118) Asphaltes, Asphaltites.

1 Cap. LVI. III° miliario a Ihericho et a montibus Gelboe vsque ad Alphatem in
descensu Arabie est *Carnaym*[119]) spelunca in monte Moabitarum, in quam Balam ad
2 maledicendum populum Israel adductus fuit. Alphates diuidit Iudeam et Arabiam.

1 Cap. LVII. II° miliario a Ihericho est *Quarentena*[120]), mons valde excelsus, in
quo Christus post baptismum suum quadraginta diebus et noctibus solitarius ieiunauit.
2 Vbi dyabolus eum temptauit, dicens[121]): „*Si filius Dei es, dic vt lapides* etc.“; prout in
3 ewangelio. Multi specialiter exemplo Christi sunt ducti in desertum illud, vt vitam du-
4 5 cerent heremiticam. Degentes in modicis cellulis Deo deuotissime militabant. Sub monte
Quarentena est ortus[122]) Abrahe, in quo creuit palma, quam angelus detulit in montem
6 Syon in transitu beate virginis. In huius montis cacumine pulchra est ecclesia, facta in
7 loco, quo Ihesus a dyabolo est temptatus. De hoc eciam deserto legitur[123]): „Ductus
est Ihesus in desertum a spiritu“, vt in ewangelio.

Cap. LVIII. Sed est alius mons[124]) excelsus, in quo dyabolus Christo ostendit omnia regna mundi et gloriam eorum, prout habetur in ewangelio. Et ille distat a monte Quarentena duo miliaria.

Cap. LIX. II° miliario[125]) a Ihericho est *Galgala*[126]), ex qua oriundus fuit Heliseus propheta.

Cap. LX. XIIII° miliario a Quarentena reiteratur Iherusalem.

Cap. LXI. IIII° miliario[127]) a Iherusalem est *mons Iore*[128]), vbi Samuel propheta est sepultus[129]).

1 Cap. LXII. II°[130]) miliario ab illo monte est ciuitas pulchra sita et adhuc com-
2 petenter inhabitata, nomine *Dyospolis* et alio nomine *Lybden*[131]) vocata. In hac ciuitate
3 beatus Georgius fuit martirizatus et decollatus. Ibidem pulcherrima stat ecclesia, in qua
in choro locus decollacionis eius aperte monstratur.

1 Cap. LXIII. VIII° miliario[132]) a Dyospoli ciuitate est *Ioppis*[133]) seu *Iaffe*, ciui-
2 tas antiquissima et pulcherrima, in littore maris sita. Cuius ciuitatis portum Ionas pro-
3 pheta intrauit, dum a facie Domini fugere voluit. Istam ciuitatem edificauit primo
Iaphet[134]), filius Noë, sed nunc est deserta, et distat a Iherusalem fere ad duas dietas.
4 Et ibi est portus communis peregrinorum, tendencium ad sanctam ciuitatem Iherusalem.
5 6 Et ibi est petra, que dicitur Lompson[135]) sancti Iacobi. Extra cuius muros est capella
Abbakuc[136]) prophete, vbi angelus Domini apprehendit eum et portauit eum in Babilonem ad Danielem in lacum leonum, et ad eundem locum eum restituit.

119) Astaroth Karnaïm. Vid. Ritter XV. 822.

120) Quarantana.

121) Matth. IV. 3.

122) hortus.

123) Matth. I. 1.

124) Cf. M. Thietmarum p. 31 not. 375 ad cap. XI § 11.

125) Sunt stadia X.

126) Gilgal. V. Ritter XV. 540 sqq.

127) Kiepertus ad me scripsit esse IV leucas, XII mil. pass. rom.

128) Kieperto recens *Beit Ur* (el Fôka) esse videtur.

129) Samuelis sepulcrum nunc est *Nebi Samwil*. De quod vid. Robinson Palaestina II. 358.

130) Sunt XXVIII.

131) Lydda, Diospolis, nunc *Ludd*.

132) Sunt XIV.

133) Ioppe. Cf. Ritter XVI. 574 sqq.

134) Cf. Robinson Pal. III. 439 not. 1.

135) Fortasse λάμψων, petra semper splendorem sparsura.

136) Habacuci. Cf. M. Thietmarum p. 24 not. 283 ad VIII. 54.

Cap. LXIV. III⁰ miliario [137]) a Iherusalem intra terram pulchra ciuitas est sita, 1
olim nomine *Rama*, sed *Bael* nunc vocata, et in loco pulcherrimo et delectabili ac sua-
uissimo situata, et non ab aliis nisi a Christianis inhabitata. Ex hac ciuitate omnia 2
vina, que Christiani in Iherusalem et in aliis locis bibunt, deportantur.

Cap. LXV. XXIIII⁰ miliario [138]) a Ioppe est *Cesarea* ciuitas, metropolis Pale- 1
stine, sita super litus maris. Que quondam vocabatur *Dor*, sed nunc est destructa. 2
Hanc ciuitatem Herodes, rex Iudee, ampliauit et ad honorem Augusti Cesaris Cesaream 3
vocauit. Et regio Palestina incipit. In hac ciuitate est ecclesia sancti Petri, edificata 4 5
de domo Cornelii, quem beatus Petrus conuertit et baptizauit et in episcopum ordina-
uit; et fuit centurio. Ex ea fuit eciam Philippus, vnus de VII dyaconis ab apostolis 6
ordinatis, habens quatuor filias prophetissas [139]), cum quibus ipse sepultus fuit. Et dici- 7
tur *Cesarea Palestina*, et non Philippi. Hic quondam fuit turris Stratonis. In ea est 8 9
carcer supra ecclesiam, vbi beatus Paulus apostolus longo tempore fuit detentus. Inde 10
pergens Romam, consecutus est suam appellacionem apostolacionis. Extra eam et inter 11
ortos est petra, que vocatur *Domini tabula* [140]), vbi ipse cum discipulis suis comedit.
Iuxta illam est cathedra, super quam beatus Petrus apostolus missam celebrauit. Et 12 13
alie tres grosse petre, que fuerunt candelabra sua.

Cap. LXVI. II⁰ miliario a Cesarea est parua capella, vbi domina nostra morari
quandoque solebat. Hec de terra sancta sufficiant.

Cap. LXVII. DE MACHOMETO.

Machometus statim post tempora beati Eugenii, parum ante tempora Eraclii ab- 1
hominabilem et execrabilem doctrinam suam primo in Arabia, vnde oriundus exstitit, et
postea bestiali populo in partibus vicinis, hominibus rudibus et incultis partim predi-
cauerat, partimque per timorem et violenciam in errorem suum contradicentes inpulerat.
Cuius successores tanto feruore et furore dyabolico succensi sunt, vt in pestiferam Ma- 2
chometi doctrinam non solum verbis et exhortacionibus populos insipientes inducerent,
sed eciam metu et gladiis tam Arabes, quam orientales populos inpellerent. Seductor 3
autem ille, qui dictus est Machometus, quasi alter Antichristus et primogenitus Sathane,
tamquam Sathan in angelum lucis transfiguratus (scilicet Dei maxima indulgencia in-
dignacionem magnam [141]) sustinente et merito genere humano cooperante), plures gentes
pervertit et in errorem suum traxit, quam aliquis alius hereticus ante tempus ipsius le-
gatur subuertisse aut aliquis predicacione et miraculis reperiatur ad Dominum conuer-
tisse. Doctrina scilicet eius vt serpens [142]), vt cancer pestifera, non solum Arabes et 4
Syrios, Medos et Persas, Egipcios et Ethiopes, et plurimos [143]) orientales populos letali-
ter interfecit, sed et Affricam et plures regiones occidentales corrumpens vsque in
Hispaniam peruenit. Nec puto, quod ab infancia primeue ecclesie et in senectam et 5
senium eiusdem vsque ad tempora filii predicacionis maior fuerat vel futura sit abho-

137) T. Toblerus in literis ad me datis *leucis* legendum esse censet, quum h. l. dicatur Kirjath Baal. Sed si recens *Tuleil-Fûl* dicitur, quadrant numeri.

138) Sunt XL. Cf. Ritter XVI. 555.

139) Cf. M. Thietmarum p. 23 not. 277 ad VIII. 44.

140) Vulgo *mensa Domini*.

141) Liber ms. omittit vocab. *indulgencia* et habet *indignacionem magnam*. Equidem e coniectura locum restituere conatus sum.

142) Liber ms. habet: *Doctrina et eius serpens*. Locum coniectura sanare studuimus.

143) Liber ms. habet *persios*.

WILBRANDI DE OLDENBORG

PEREGRINATIO

ITERUM EDITA.

PRAEFATIO EDITIONIS PRIORIS.

Wilbrandi itinerarium, quamvis extrema parte mutilatum, ut ederemus, complures nos adduxerunt rationes. Etenim quum illustrissima scriptoris origine, tum ipsius libri pretio iterum iterumque monebamur, ut spissas, quibus viri et memoria et scriptum immerito obducta iacebant, tenebras dispellere studeremus. Nicolaus Schatenius: „*Totum*", inquit, „*iter suum Willebrandus eleganti, ut tum ferebant tempora, narratione complexus est. Seu nunc eius doctrinam ex erudita hac lucubratione, seu magis religionem pietatemque aestimare libet, illustre sane virtutis doctrinaeque specimen ex privata canonici vita dedit.*" Neque negabitur, Wilbrandi peregrinationem puro admodum nitidoque sermone enarratam, geographis pariter atque historicis et usui fore, suisque adhuc fructibus caruisse. Geographica enim medii aevi, Ciliciae imprimis, cognitio non paucis a Wilbrando augetur nominibus; Austriae historicis Leopoldorum sexti et septimi res gestas ab eo memoratae, philologis porta Alexandri M. libro I cap. XVIII accuratius descripta, literariae historiae scriptoribus narrationes de Apollonio Tyrio et de Virgilio, quas attingit Wilbrandus, merito debent commendari. In recensendo hoc itinerario praeter editionem principem anni MDCLIII uti nobis contigit apographo, quod Georgii Pertzii humanitati acceptum referimus, berolinensi, seculo XVII duabus manibus conscripto ductoque ex eodem fonte, unde Leonis Allatii sive Bartoldi Nihusii (Allatii Συμμίκτοις comprehensa) editio manavit. De suo libro manuscripto haec dicit Allatius: „Willebrandi copiam fecit mihi rerum harum peritissimus Lucas Holstenius, quem ex Bibliotheca Puteana habuerat, descriptum ex vetusto manuscripto Branensis monasterii prope Suessionem." Cuius codicis exemplar, seculo XVI ortum, Parisiis asservari dicitur. (Vid. Pertz Archiv VII. 45.) Apographon, quod contulimus, berolinense insignitum est: Ms. Diez. C. Fol. 60. Nos ei notam B dedimus.

Dabamus Hamburgi Paschate a. MDCCCLVIIII.

PROLOGUS.

1 Presentis operis materia, suis terminis nimirum contenta, stylum grandiloquum
abhorrens, mediocri, immo humili non indebite describitur, quippe ne, si montes in ea
2 forte parturirent, ridiculus mus nasceretur. Quam ideo describere et in medium ue-
stri [1] deducere decreui, ne ille hostis antiquus, „leo rugiens et querens quem deuoret“,
non solum me peregrinum, uerum eciam aliquibus operibus non uirtuosis [a]) intentum in-
3 ueniret et occupatum. Nullius itaque „*tumoris*“ [b]) [2]) uana et perniciosa inductus „*arrogancia*“,
sed tamen predicta habita consideratione de locis sanctis et de ciuitatibus, quas in trans-
marinis partibus et in terra promissionis cum uiris prouidis et honestis, nunciis [c]) [3]) du-
cis Austrie [4]), nec non cum uenerabili magistro domus Alemannorum, fratre Hermanno
de Salza [5]), diligenter perlustraui, et de incidentibus earum historiis, quas eciam pre-
dictorum uirorum auxilio curiose disquisiui, et de statu et munitionibus ipsarum, prout
nunc sunt, scribere propono, eum in dicendo ordinem et successionem, quam in uidendo,
4 obseruans [d]) [6]). Quapropter fauorabilem attentionem illorum humiliter deposco, qui queis-
libetcunque prepediti negociis terram sanctam et eius loca et ciuitates non uisitarunt,
amore tamen et desideratione illius inducti de eis, que nondum senserunt nec uiderunt,
5 legere delectantur et intelligere. Graciam uero et correctionis lineam illos appendere
imploro, qui iam sepe pretacta loca aliquando uisitantes et profundiora considerantes
me in ipsorum descriptione animaduertunt et sciunt peccasse; quia

pluribus intentus minor est ad singula sensus [e]).

a) *uitiosis* B. i. e. apogr. berol. — *uirtuosis* Ed. i. e. editio anni 1653. — b) *timoris* B Ed. — c) *munitus* B Ed. — d) *obseruaui* B Ed. — e) B et Ed. hunc versum non distinxerunt.

1) *uestri*] Alloquitur collegas suos, canonicos hildeshemenses. Haec enim est Wilbrandi vita. Wittekindi stirpe oriundus, natus comes Oldenburgi, anno 1211 canonicus hildeshemensis, deinde anno 1226 paderbornensis, 1227 ultraiectensis ecclesiae infula ornatus episcopali, anno 1234 d. 27. m. Iulii diem obiit. Stemmatis Wilbrandi fragmentum libri huius ad calcem adiunximus. Vitam vernacule scriptam addidimus editioni priori.

2) *tumoris*] Sic legendum, v. Estherae 16,12 e Vulgata.

3) *nunciis*] Sic legendum coniecit vir quidam doctus in margine apographi berol. Cf. I. 19. 15.

4) *ducis Austriae*] Leopoldi VII Gloriosi.

5) *Hermanno de Salza*] Cf. I, 24. 2 et *Georg Voigt* Hermann von Salza. Königsb. 1856.

6) *eum in dicendo — in uidendo obseruaui*] Allatius sive Nihusius scribendum suspicatur: *eum in dicendo ordinem obseruaturus, quem in uidendo obseruaui.* Sed hoc audacius quam verius coniectum censemus. Nos quae scripsimus, amici sagacitati accepta referimus.

LIBER I.

I. Igitur post multa pericula et post multas quassationes, quas in mari sex septimanis 1
sustinueramus, anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo undecimo, consecrationis gloriosi regis Romanorum Othonis tertio [7], pontificatus domini Innocentii pape, tertii, decimo tertio, VIII. Kal. Septembris *Naction* [8], vel secundum uulgus *Akjers* [a] [9] peruenimus. Hec est ciuitas bona et fortis, in littore maris sita, ita ut, dum ipsa in dispositione 2
sit [b]) quadrangula, duo eius latera angulum constituentia a mari cingantur et muniantur; reliqua duo latera fossa bona et larga et profunda funditus murata et duplici muro turrito pulchro ordine coronantur, eo modo, ut prior murus suis cum turribus ipsam [c]) matrem non excedentibus a secundo et interiore muro, cuius turres alte sunt et ualidissime, prospiciatur et custodiatur. Hec ciuitas bonum et firmum habet portum, pulchra turre 3
custoditum, in qua olim apud gentiles errores [d]) deus muscarum, quem nos Beelzebub, ipsi ueroAccaron appellabant, colebatur [10]; a quo et ipsa ciuitas Karon uel Akaron [e]) [11]) est nominata. Que post perditionem terre sancte multis laboribus nostrum recuperata 4
reliquias sancte Hierusalem, sue matris, uidelicet dominum patriarcham [12]), dominum regem [13]), templarios et alios uiros religiosos, episcopos et abbates, sicut fidelis filia in se fouet et enutrit. Unde et ipsa nunc temporis inter alias ciuitates, quibus nostri in Suria 5
dominantur, principalis et capitanea reputatur. Plurimos enim et ualde diuites in se ha- 6
bet habitatores: Francos et Latinos, Grecos et Surianos, Iudeos et Iacobinos [14]), quorum quilibet suas leges obseruant et colunt; reliquis tamen ipsi Franci et Latini dominantur. Et sciendum, quod hoc nomen Franci large sumitur in transmarinis pro omnibus eis, 7
qui romanam legem obseruant. Suriani uero dicuntur illi, qui de Suria nati sarraceno 8
utuntur [pro] idiomate et greco pro latino. Christiani sunt et seruant legem Pauli [15]), 9
sicut Greci.

a) B et Ed. habent *Aljers.* — b) *est quadr.* Ed. *sit* B. — c) *prior murus sicut trilms ipsam* B Ed. Quae coniectura emendavimus. — d) *errones* Ed. *errores* B. — e) B et Ed. pr. habent *Haron uel Aharon.* Quod correximus.

7) *consecrationis — Othonis tertio*] Die 27. m. Sept. anno 1209 ab Innocentio III coronatus erat Otto IV imperator, sed anno 1210 ab eodem papa anathemate ictus. Quî ergo fieri poterat, ut canonicus imperatorem excommunicatum gloriosum praedicaret? quid causae erat, cur eum omnino commemoraret? Wilbrandus quum esset hildeshemensis ecclesiae canonicus, Ottonis ducis brunsvicensis a partibus stetit, quin etiam *comes* Wilbrandus, illustrissima et bellicosissima ducum oldenburgensium gente oriundus, Ottonis imperatoris legatus fuit, quamquam, quae mandata habuerit, frustra quaesivimus. Cf. I. 2. 1.

8) *Naction*] Nomen corruptum, ortum ex Acon. Cf. infra c. II. 13 et 15. et notam 186.

9) *Akjers*] Fortasse est arab. حجر, sive *hadschar*, *hadschr*, saxum, quum in numis Romanorum antiquis Colonia Ptolemais sit mulier in saxo sedens. V. Mionnet description des médailles antiques V. 476. Cf. Ritter Geogr. XVI. 728. Ceterum scriptionem tralaticiam *Aljers* in *Akers* mutavimus, ducti codice Burchardi viennensi, qui cap. II habet: *Akon, in materna lingua Akers.*

10) *deus muscarum — Accaron appellabant*] Constat nomen עֶקְרוֹן urbis esse, non dei. Sed cf. Thietmarum I. 1 p. 2. 3 et not. 23.

11) *Akaron*] Est *'Αχαρών*, *'Αχχαρών* apud LXX II. Reg. 1. 2 et alibi.

12) *dominum patriarcham*] Albertum. Vid. Wilken Geschichte der Kreuzzüge VI. 89.

13) *dominum regem*] Iohannem de Brienne.

14) *Iacobinos*] Iacobitas, asseclas Iacobi Zanzali, el Baradai cognominati. Cf. Burchardum prol. p. 20 sq.

15) *seruant legem Pauli*] Pauliciani dici videntur. Sed cf. Robinson III. 738 sqq.

10 Usque in hanc ciuitatem fere protenditur Libanus, et incipit *Carmelus* mons, in
11 quo Helias per coruum alebatur [16]). In terminis eciam huius ciuitatis situm est quoddam
12 casale, de quo, ut dicitur, nata fuit Maria Magdalena, exemplum penitencie [17]). Et no-
tandum, quod Dominus noster, cum deambularet per [a]) maritima Surie, hanc ciuitatem,
ut dicunt, non intrauit, sed cuidam eius turri maledixit, que hodie *maledicta* [18]) a populo
13 14 nuncupatur. Sed pocius credo, quod aliunde nomen acceperit. Cum enim nostri hanc
ciuitatem obsedissent, hec turris pre omnibus aliis se maxime defendit: unde nostri eam
15 maledictam appellauerunt. — Domina uero nostra intrauit, et ubi ipsa requieuit, illic
16 ecclesia pulchra est edificata, que in magna habetur ueneratione. In hac uero ciuitate
magnus [b]) est [19]) episcopatus.

1 II. Inde in naui descendentes uersus septentrionem, ad agendum negocia domini
imperatoris Othonis et ducis Austrie, qui tunc ensem acceperat [20]), peruenimus *Sur*, quam
2 nos Latini *Tyrum* appellamus. Hec est ciuitas bona et fortis, maximum Christianorum
solacium, quia inter omnes seculi ciuitates ipsa, ut creditur, uero nomine fortissima nun-
cupatur; ex una enim parte munitur muro bono et mari, in quo latentes scopuli longe
sub aquis protenti insultum nauium ex muro defendunt [21]); ex alia parte defenditur fossa
bona murata et quinque muris [22]) turritis et ualidissimis, in quibus disposite et transpo-
site sunt quinque porte, que introitum ciuitatis adeo intricant et obseruant, ut, qui eas
3 introeunt, in domo Dedali errare et laborare uideantur. Hec est illa Tyrus, de qua
4 Apollonium de Tyro [23]) appellamus, in qua hodie eius palacium monstratur. In hac
5 eciam illa infelix et misera Dido Tyriis et Sidoniis imperabat. Iuxta muros huius ciui-
tatis sunt tres lapides magne uenerationis, in quibus Dominus dicitur cum discipulis re-
6 quieuisse [24]), cum transiret per medios fines Tyri et Sidonis. Et nota, quod hec ciuitas,
7 ut ante tactum est [25]), iacet in litore maris. Quam eciam ipsum mare ex omni sua parte

a) Voc. *per* om. B. — b) *magna est* B Ed.

16) *in quo — alebatur*] V. I Reg. XVII. 3—6. Sed haec spectant ad rivum Crith, recentem Wadi Kelt prope Hierichuntem. Wilbrandus et hic, et II. 1. 6 scholam, quam dicunt, Eliae in mente habere videtur. Cf. Robinson Palaestina II. 534 sq. Ritter XV (1). 489 sq. XVI. 716 sq.

17) *casale — penitencie*] Non longe a Ptolemaide abest urbs Medschdel Kerâm, quae cum antiqua Magdala, recente Medschdel, ad mare galilaeum sita, h. l. confunditur. V. Robinson II. 530 sq.

18) *maledicta*] Cf. Ritter XVI. 730.

19) *magnus*] Sic scribendum esse docent quae leguntur I. 2. 14; 5, 17.

20) *ensem acceperat*] i. e. sumserat. Anno 1208 Leopoldus VII cruce signatus erat. De verbo *acceperat* pro *sumserat* usurpato cf. Matth. XXVI, 52: Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.

21) *ex muro defendunt*] a muro arcent. Nisi forte legendum: insultum navium *in murum*.

22) *quinque muris*] Wilhelmus Tyrius anno 1198 quadruplicem tantum Tyri murum commemorat. Cf. Ritter XVII (1) p. 344 sq.

23) *Apollonium de Tyro*] Constat Apollonium Tyrium Caesari aequalem de Zenone Citieo scripsisse. Sed huic nihil commune est cum hoc Apollonio Tyrio, cuius res gestas fabula, quam dicunt, romanensi seculo XV enarravit Henricus de Neuenstadt. Apollonium Tyrium medii aevi carminibus epicis et mythis celebrari docet Graesse: Die grossen Sagenkreise des Mittelalters p. 457 sqq. Et cf. Ed. von Bülow Novellenbuch IV. 332 sqq. Inest etiam in Shakespearii comoedia Pericle. Cf. Pericles, a novel by *George Wilkins*, founded upon Shakespeare's play, edited by *Tycho Mommsen*. p. XII sqq. Ubi Pericles est Apollonius Tyrius.

24) *tres lapides — requieuisse*] Cf. Burchardum p. 25 II. 6. V. Matth. XV. 21. Marc. VII. 24.

25) *ut ante tactum est*] sect. 2.

cinxisset, si suauem dulcedinem ortorum, qui iuxta muros sunt, sua amaritudine non ab-
horreret. Libanus enim supra ciuitatem extenditur, qui, dum in suis cedris, quas eciam 8
Cantica commendant [26]), lasciuit, aquam dulcem et limpidissimam ad irrigandum ortos
in pede suo iuxta muros pulchre elaboratos in admirabili quantitate transmittit. In me- 9
dio enim illorum habetur ille fons [27]), de quo dictum est per typum in Canticis [28]): „*Fons
ortorum, puteus aquarum uiuentium, que fluunt impetu de Libano.*“ Et uere *impetu*, quia intra 10
iactum teli nouem molendina ad commodum ipsius ciuitatis propellit. Super quem nos 11
uesperas et ipsam antiphonam *Fons ortorum* [29]) decantauimus. Huic tamen fonti, ut in- 12
fra [30]) patebit, Tripolis ciuitas contradicit. Hec ciuitas multos habet inhabitatores, qui- 13
bus rex de Acon dominatur. Et est in ea diues archiepiscopatus. Ipsa distat ab Acon 14 15
paruam dietam.

III. Abhinc procedentes transiuimus *Sarfente* [31]), quam nos *Sareptam* uocamus. 1
Et quia alia habetur Sarepta in Iudea, ut post scietis [32]), ad differenciam illius secun- 2
dum [a]) librum Regum [33]) dictum est ad Heliam Thesbitem: *Surge et uade in Sareptam Si-
doniorum.* Hec enim est illa. Et est ciuitas parua, non bene [b]) munita, iuxta mare iacens, 3 4
in mediis finibus Tyri et Sidonis; cui eciam nostri dominantur. Extra muros illius He- 5
lias, uidens uiduam [duo] ligna [34]) colligentem, petiit ab ea aliquid, quod manducaret;
quam cum ex ipsius professione pauperem intelligeret, ditauit oleo et farina [35]). Ob 6
cuius rei memoriam ecclesiuncula in eo loco, in quo mulier loquebatur, est edificata [36]),
in qua hodie sua apparent uestigia. Hec ciuitas distat a Tyro quatuor milia gallicana. 7

IV. Inde uenimus *Saget* [37]), quam euangelia *Sidonem* appellant. Que licet nunc 1 2
temporis inter suas coëtaneas ciuitates ferme sit minima, tamen in Sacra Scriptura non
est minime recitata. Paucos iam habet habitatores, quibus nostri — proh dolor! — ini- 3
mici dominantur, aliquantulos reditus nostris pro pace seruanda soluentes; muri etenim
et munitiones ciuitatis sunt destructe. Plurimos ortos et fertilissimos habet fines, qui ni- 4
mirum, ut credo, a creatore suo et datore totius boni toties superambulante de rore celi
et de pinguetudine terre abundanciam sibi attraxerunt. Forsitan et ipsa ciuitas, que 5
nunc sedens in tristicia dolet, et non est, qui consoletur eam, aliquid sibi attraxisset,
si saltem eum, quem corporaliter se uisitantem recepit, et receptum pectoris hospicio et
fide receptum caste conseruasset. Iuxta illam pugnauit aliquando Lippoldus senior, dux 6

a) *illius dictum est secundo libro Regum* Ed. — b) non *bene* munita B. non *multum* Ed.

26) *Cantica commendant*] V, 15.

27) *ille fons*] Est recens Râs el-'Ain, de quo v. Robinson III. 659 sqq.

28) *in Canticis*] IV. 15. Et v. Robinson III. 663.

29) *antiphonam fons ortorum*] Vid. M. Ludeci vesperale et matutinale P. II de sanctis p. 243.

30) *ut infra*] I. 8. 13.

31) *Sarfente*] Quae quum Wilbrando auctore „iuxta mare“ sita sit, est quidem antiqua Sarepta s. Zarpath Bibliorum, sed non est recens Sŭrafend s. Sarafend, a qua dimidio horae abest. Cf. Burchardum p. 26 II. 9. Robinson III. 692.

32) *ut post scietis*] II. 2. 6.

33) *secundum librum Regum*] Cf. infra II. 12. 4. Nihil igitur mutandum. Vid. III (I) Reg. XVII, 9 e Vulg.

34) [*duo*] *ligna*] Voc. *duo* in ipsis Bibliis III Reg. XVII. 10 non legitur, et absurdum est; quare uncis inclusimus.

35) *oleo et farina*] V. III (I) Reg. XVII, 10—16.

36) *ecclesiuncula — edificata*] V. Robinson III. 691 sq.; est rec. Weli el-Khudr, sepulcrum Georgii.

37) *Saget*] Crucesignatorum temporibus *Sagitta* dicebatur. V. Robinson III. 702 not. 4.

7 **Austrie**[38]. **cum inimicis ecclesie, et deuictos captiuauit et occidit. Ubi eciam tunc nostri graciam et fertilitatem predictis finibus collatam in multis spoliis — Deo gracias**[a])! —
8 **senserunt et gratanter acceperunt. De quibus quondam egressa est mulier chananea,**
9 **clamans:** „*Fili David!*“[39]) **Hec distat a Sarepta duo milia, a Tyro sex.**

1 **V. Procedentes ab illa transiuimus** *flumen amoris*[40]) **et quoddam casale bonum** *Slaudie*[41]) **uocatum, de quo natus est dux Hospinel**[42]) **uocatus, uir bellicosus, de quo multa uirilia facta leguntur, et, ut quidam uolunt, maximus ille poetarum Uirgilius**[43]), **qui postmodum in Longobardiam et Apuliam transfretauit, et peruenimus** *Baruth*[44]), **quam**
2 **Latini** *Berytum* **appellabant. Hec est ciuitas admodum magna, super mare sita, fines**
3 **habens amenissimos. Cuius muros Sarraceni, nimio timore nostrorum perculsi et ad fugam se disponentes, destruxerunt, in castrum ipsius ciuitatis, quod fortissimum est et tunc erat, ad defensam se recipientes; superueniente autem pie memorie Conrado**[b]) **cancellario cum omni exercitu Alemannorum illos filios iniquitatis tantus timor inuasit, ut, furorem teutonicum fugientes, castrum cum omnibus suis contentis nostris post tergum**
4 **relinquerent illesum**[45]). **Quod nunc a quodam Iohanne**[46]), **uiro ualde christiano et stre-**
5
6 **nuo, possidetur. Et, ut tactum est**[47]), **castrum fortissimum est. Ex ima enim parte munitur mari et alte rupis precipicio, ex alia autem parte ambitur quadam fossa murata et adeo profunda, ut in ea plures captiuos tanquam in alto carcere uideremus detrusos.**
7 **Hanc fossam prospiciunt duo muri fortes, in quibus contra machinarum insultus eriguntur turres ualidissime, cum quarum iuncturis lapides magni ferreis uinculis et duris am-**
8 **plexibus internectuntur**[48]). **In una illarum, que de nouo construitur, uidimus quoddam**

a) *Deo gratias* B. *Dei gracia* Ed. — b) *Corando* BEd.

38) *Lippoldus senior, dux Austrie*] Leopoldus VI annis 1190 et 91 in terra sancta fuit; sed pugnae prope Sidonem factae ne Wilkenius quidem mentionem facit.

39) *fili David!*“] V. Matth. XV. 22.

40) *flumen amoris*] Ex graeco *Ταμύρας, Δαμούρας* Arabes *Nahr el-Dâmûr*, Francogalli *fleuve d'amour* faciebant.

41) *Slaudie*] Quaeritur, quem locum viderit Wilbrandus: viditne recens Khân Khulda? an Helduam itinerarii hierosolymitani? Robinson Neuere biblische Forschungen p. 42 dicit: Diese Stelle war wohl einst der Ruheort eines edlen Geschlechts. Qui sarcophagos prope Khân Khulda exstantes commemorat.

42) *dux Hospinel*] Haud scio, utrum Hospinel fuerit aliquis ex baronibus regni hierosolymitani, an celeberrimus ille Haimonides Rainaldus de Albo Spino sive de Alba Spina, Tassonis Rinaldo, Francogallorum Reinaut d'Aubépine. Qui si est, Hospinel est adiectivum albospinalis. Cf. Graesse Sagenkreise p. 271 sq. et Bibliothecam societatis literariae stuttgardensis vol. 67 p. 507 sq.

43) *Virgilius — transfretauit*] Utenturne Vergili, quem nunc dicunt philologi elegantiores, vatis et magi, biographi Wilbrando nostro? Quae h. l. leguntur, nusquam alibi exstare videntur.

44) *Baruth*] بيروت Berût nunc pronunciant Arabes.

45) *Conrado — illesum*] Conradus de Querfordia, annis 1194—98 episcopus hildeshemiensis, anno 1202 episcopus herbipolitanus sicarii manu periit. Quae hic narrantur, anno 1197 gesta, leguntur sed paullo aliter; apud Wilken V. 35 sqq. Cf. *E. F. Mooyer* Onomastikon hierarchiae germanicae p. 48 et 125. Et Wilken V. 20 sq. not. 38.

46) *a quodam Iohanne*] Anno 1231 Iohannes de Ibelin Beryti dominus erat: vid. Wilken VI. 528.

47) *ut tactum est*] sectione tertia.

48) *cum quarum — internectuntur*] Cf. quae leguntur ap. Vitruv. V. 12: „Deinde tunc quadrato saxo murus ducatur iuncturis quam longissimis, uti maxime medii lapides coagmentis contineantur.“ — Vitruvii „*coagmenta*“ Wilbrandi *vincula* sunt et *amplexus*. „*Iuncturae*“

palacium ornatissimum, quod pro mea insufficiencia breuiter describo uobis. Funditus 9
est forte, bene situm, ex una parte mare et naues illic discurrentes, ex altero latere
prata, pomaria et loca amenissima prospiciens. Pauimentum habet subtile marmoreum, 10
simulans aquam leui uento agitatam, ita ut, qui super illud incesserit, uadare putetur,
cum tamen arene illic depicte summa uestigia non impresserit. Parietes uero domus 11
marmoreis tabulis, que sui operis subtilitate diuersas cortinas illic mentiuntur, undique
conteguntur. Cuius testudo adeo proprie aërio colore depingitur, ut illic nubes discur- 12
rere, illic Zephyrus flare et illic sol annum et menses, dies et hebdomadas, horas et
momenta suo motu in zodiaco uideatur distinguere. In quibus omnibus Suriani, Sarra- 13
ceni et Greci in magistralibus suis artibus quadam delectabili operis altercatione glo-
riantur. In medio uero palacii loco centri est quedam cisterna diuersissimo marmore 14
consternata[a]), in qua ipsum marmor ex diuersi[b]) coloris tabulis compactum et tamen
ductum pollicem non offendens innumerabiles florum ostentat uarietates, quas cum oculi
uidentium distinguere laborant, disgregantur et illuduntur. In cuius medio quidam draco, 15
qui animalibus illic depictis inhiare uidetur, crystallinum quendam fontem parturit et in
abundanti qualitate profundit, ita ut alto desiliens aërem, quem fenestre pulchro ordine
ex omni latere subministrant, tempore caloris humectet et frigidet. Ipsa eciam aqua, ex 16
omni parte cisterne perstrepens et in subtilissimos poros se recipiens, somnum suis do-
minis assidentibus blando murmure inducit; cui omnibus diebus meis libenter assiderem.

Ipsa uero ciuitas, que huic castro adiacet, pauperem habet episcopatum et clerum 17
ualde religiosum. Extra muros illius monstratur *sepulchrum Simonis et Iude*[49]). In quo 18 19
loco aliquando erat claustrum diues in honore illorum[c]) constructum; quod ipsi infideles
penitus diuulserunt; pro quo facto nostri eorum oratorio sui Mahometi[d]) condignam red-
diderunt talionem.

In hac ciuitate primo uidimus poma Adami, et post sensimus canalem, de quo 20
excoquitur zuccarum. Item in hac aliquando eicon Domini a Iudeis crucifixi effudit 21
sanguinem et aquam[50]). Hec ciuitas distat a Sidone sex milia gallicana. 22

VI. Inde post requiem duorum dierum uenimus *Gibeleth*[51]), quam episcopus loci 1
illius *Biblionem* appellabat, asserens Biblia in ea primo hebraico stylo fuisse compilata[52]).
Hec est ciuitas parua, habens turrim quandam amplam et munitissimam, unicum sue 2
defensionis solacium, in qua Sarraceni, cum ipsam auellere laborarent, multos sudores
sepius perdiderunt et expensas, qui tamen omnem[53]) munitionem[e]) ipsius ciuitatis de-
struxerunt. Portum habet paruis nauibus satis commodum, raro frequentatum, quia 3
eius tanquam

„pauperis est numerare pecus[f])[54]).

a) *consternata* B. *constrata* Ed. Sed hoc est correctoris, non editoris. — b) *diuersis* B Ed. Quod correximus. — c) *illorum* B. *ipsorum* Ed. — d) *suis Mahometis* B. *sui Mahometis* Ed. — e) B et Ed. pr. omittunt voc. *munitionem* habentes: *qui tamen omnem ipsius ciuitatis destruxerunt.* — f) Versum non distinxit neque B, neque Ed.

utriusque sunt turrium partes infimae, lapidibus transversis cum muro ipso coniunctae.

49) *Simonis et Iude*] Locus notatione, ut videtur, dignus, quia Simonis et Iudae apostolorum sepulcra aliis vulgo locis esse traduntur.

50) *eicon — aquam*] Cf. Burchardum p. 27 III. 13 et Robinson III. 727.

51) *Gibeleth*] Burchardus p. 27 scribit Sibleth.

52) *Biblionem — compilata*] Derivatio nominis absurda. Burchardus habet Biblium.

53) *omnem*] Vocab. *munitionem* e coniectura inseruimus.

54) *pauperis — pecus*] V. Ovid. Met. XIII, 824.

4 In ea dominatur quidam Francigena, Guido[55] nomine, et, ut iam tetigi[56], in ea
5 est sedes episcopalis, licet paupercula. Hec ciuitas distat a Beryto octo miliaria parua.

1 VII. Eadem nocte, que semper a me nigro lapide computabitur, processimus
Boterim[57], quod est castellum bonum a nostris possessum, et transiuimus *Neffin*[58], cuius
situm et munitiones diligentius considerassem, si quedam ualidissima tempestas, que nos
2 miseros illic inuasit et quassauit, omnes sensus meos non impediuisset. Quantum uero
territi procellis permittentibus considerare potuimus, hec est ciuitas admodum parua,
bene munita, surianos fouens inhabitatores, nostris subdita et tributaria, cuius fines sunt
3 fertilissimi, optima et multum commendata uina afferentes. Hec distat a Biblione[a] quatuor milia.

1 VIII. Illa propter impellentem tempestatem breuiter relicta *Tripolin* applicuimus
que nos desperatos et quasi naufragos non sine multorum spectaculo, nostrum naufra-
2 gium exspectantium, recepit et refecit resolutos. Hec est ciuitas ualde diues, plurimos
habens inhabitatores, Christianos, Iudeos et Sarracenos, quibus omnibus comes, uir no-
3 stre fidei, sicut toti illi terre dominatur. Ipsa uero ciuitas in omni sua dispositione Tyro
simillima fere undique mari cingitur et munitur; sed ipsa natura, suis naturatis[59] com-
4 moda, pratum quoddam amenum et fertiles ortos interiecit. Circa quem locum ipsa
munitur duobus muris ualidis et turritis, duas fossas largas et profundas inter se capientibus, quorum portas et introitus speciales quondam sinuose[60] barbacane intricant
et obseruant.

5 Et nota, quod Libanus, qui illic, ut uolunt, altissimus est, directe ipsi ciuitati
6 suspenditur, ita ut large ad unum campum distet. Inter quem et ciuitatem iacet qui-
7 dam monticulus, qui hodie *Mompellerin*[61], id est mons peregrinorum, appellatur. In
quo comes sancti Egidii, uir bellicosus, et alii peregrini castrum quoddam edificauerunt[62] et per illud filios iniquitatis, nostros inimicos, qui tunc Tripolin manu tenebant,
8 multis annis sicut uiri laboribus infracti obsederunt. Quorum constanciam nimiam Sarraceni admirantes et timentes a manibus[b] eorum liberari desiderabant; auxilium Sol-
9 dani et suorum inuocabant. Qui maximo exercitu apparato literas consolatorias ipsis
10 per columbam nunciam more illius terre remiserunt. Quam nostri casu comprehendentes (si eciam uere casus dici possit, quod ex diuina prouidencia sic accidit), literis et
11 secretis illorum perspectis alias sub nomine Soldani illi alligauerunt. Que sic dimissa
suis dominis quasi in arca inclusis exspectantibus pro ramo literas, pro consolatione
12 desolationem reportauit. Qui nimio timore uite perterriti uel attoniti et huiusmodi diuinum dolum ignorantes ipsam ciuitatem nostris — Deo gracias! — illesam reddiderunt,
13 saluis suis personis per conditionem preordinatam recedentes. Que nunc in eis, que
nostre fidei sunt, uigens et exultans *fontem* se *ortorum*, *puteum* se *aquarum uiuentium*, *que*

a) *Villone* B. *Villione* Ed. — b) B et Ed. pr. habent *membris*.

55) *Guido*] Aliquis ex baronibus regni hierosolymitani fuisse videtur, alioquin ignotus.

56) *ut iam tetigi*] capitis initio.

57) *Boterim*] rec. el-Batrûn, ant. Botrys.

58) *Neffin*] V. Burchardum p. 27 not. 80.

59) *natura suis naturatis*] i. e. generatis. Sic et infra I. 16. 8 loquitur ex philosophia Iohannis Scoti Erigenae. Cf. *H. Ritter* Geschichte der christlichen Philosophie III. 215 sqq.

60) *quondam sinuose*] Fortasse *quedam* scribendum est.

61) *Mompellerin*] Cf. Ritter XVII (1). 602 sqq.

62) *comes sancti Egidii — edificauerunt*] Unde nomen arab. *Hösn Sandschil.*

fluunt impetu de Libano, gloriatur, multa super eo pro se contra[a] Tyrum, sicut supra[63]
tetigi, allegans; cui[64] tamen sufficeret[65], quod prope suis finibus in pede Libani oriun-
tur duo fontes, Ior et Dan, qui in unum confluentes Iordanem constituunt. Ex predictis 14
scire potestis, quod Libanus est mons altus et longus, qui usque ultra Tyrum protendi-
tur. Item in summo illius supra Tripolin monstrantur quidam sarcophagi, in quibus 15
Noë et filii sui[66] dicuntur requiescere, quia, ut eciam uolunt, arca Noë in illo loco fuit
edificata. In hac ciuitate est diues episcopatus, curiam habens amenissimam, de qua 16
uobis[67] multa scriberem, si prolixitatem non timerem. Hec ciuitas distat a Neffin duo 17
milia, que nobis in tempestate uidebantur longissima, quia ut[68] fortiter desideranti
animo nihil satis festinatur.

IX. Aliquot igitur diebus recreati et in equis procedentes transiuimus *Culicath* et 1
Manacusine[b][69], que sunt duo castella a Sarracenis destructa. Iuxta que vidimus agros 2
plenos feniculo et fructibus lanam afferentibus, quam nos lanam arborum uocamus.

Et reliquimus ad dexteram *Crac*[70], quod et castrum hospitalariorum[c] maximum 3
et fortissimum, Sarracenis summe damnosum. De cuius situ et munitionibus, cum ipsum 4
non uiderim, scribere non presumo; sed, quod dictu mirabile est, tempore pacis a duo-
bus milibus pugnatorum solet custodiri; quod hospitalarii sub magno asserunt iuramento.

Ad eandem manum[d] uidimus *Casteblans*[71], quod est castrum bonum et forte, si- 5
tum in montanis et in terminis[e] Antiqui de la Montagne, qui cultellis principes consue-
uit nostros per nuncios occidere[f]. De cuius uita et paradiso, quam sibi parauit, satis 6
audiuistis, unde ea tanquam nota pertranseo. Hoc castellum est sue terre[72] ualde no- 7
ciuum. Quod a templariis est possessum et custoditum. 8

X. Inde uenimus *Tortost*[73]. Hec est ciuitas parua, non multum munita, super 1 2
mare sita, in capite habens castrum fortissimum, optimo muro et undecim turribus sicut
undecim preciosis lapidibus coronatum[g][74]. Nec mirum, si duodecima[h] turris ei sub- 3
trahatur, cum illa turris, quam rex Francie[75] ad subsidium terre edificauit, sua pulchra
fortitudine suppleat illius defectum. Hoc castrum a templariis, quia ipsorum est, optime 4
custoditur. Ciuitatem uero istius Latini *taradensem*[76] appellant. Et est in ea ecclesia 5 6

a) *circa* B Ed. Quod correximus. — b) *Manacusi* B. *Manacusine* Ed. — c) *hospitum* B Ed. *Hospitalariorum* e coniectura dedimus. — d) *ad eandem magnum vidimus* B Ed. *Manum* e coniectura scripsimus. — e) *situm in montanis et in castiblans terminis antiqui* B. *situm in montanis et in terminis Antiqui* Ed. — f) *qui cultellis principes consueuit nostros* B. *qui cultellis Principes nostros per nuntios occidere consueuit* Ed. — g) *cornutum* B. *ornatum* Ed. — h) *duodena* B.

63) *sicut supra*] I. 2. 12. Quum flumen Râs el-'Ain, quod medio aevo pro fonte hortorum habebatur, prope Tyrum sit, erraverunt et Tripolitani, et Burchardus de Monte Sion. Vid. Robinson III. 659—664.

64) *cui*] Tyro.

65) *tamen sufficeret*] Tripolitanorum ex mente loquitur scriptor, Tyrios monentium, contenti sint Iordane prope fines suos orto.

66) *Noë et filii sui*] Alii aliis locis haec sepulcra monstrant. V. Ritter XVII (1). 195. Robinson III. 206.

67) *uobis*] canonicis hildeshemensibus. Cf. prol. 2 n. 1.

68) *ut*] tamquam.

69) *Culicat et Manacusine*] Loci ignoti.

70) *Crac*] Cf. Burchard. p. 29 n. 95.

71) *Casteblans* s. *Castiblans* si est rec. *Safitah*, quae est albis constructa lapidibus, legendum erit Castelblans, château blanc. V. Robinson N. F. 739.

72) *sue terre*] i. e. terrae Antiqui de la Montagne.

73) *Tortost*] Tartus, Tortosa, aut. Antaradus.

74) *coronatum*] Sic legendum. Cf. I. 1. 2; I. 14. 5.

75) *rex Franciae*] aut Philippus II Augustus, aut Ludovicus VII, de quo v. Wilken III. 230.

76) *taradensem*] antaradensem.

parua maxime uenerationis, quam beatus Petrus et Paulus [77]), cum Antiochiam properarent, ex angelica admonitione propriis manibus ex[a]) incultis lapidibus sancte Marie tunc primo composuerunt; ac si dicerent:

„Flebile principium melior fortuna sequetur“[b]).

7 Hec erat prima ecclesia, que in honore[c]) domine nostre semperque uirginis Marie
8 9 fuit edificata et dedicata. Et est in ea hodie sedes episcopalis. Ubi domina nostra, Dei genitrix, semper uirgo Maria eciam ipsis infidelibus Sarracenis multa prestat beneficia.
10 Hec ciuitas distat a Tripoli dietam.

1 XI. Hinc procedentes transiuimus castellum quoddam [78]), cuius dominum Soldanus de Halaph [79]) pro fide nostra decollauit, et in altum scandentes ascendimus *Margath* [80]), quod est castrum amplum et fortissimum, duplici muro munitum, multas in se turres ostentans, que pocius ad sustentationem celi, quam ad defensam proficere uiden-
2 tur. Mons enim, in quo situm est castrum, altissimus est, ita ut ipse tanquam Atlas hu-
3 meris suis celum sustentet. Qui in pede latissimus et paulatim in altum conscendens
4 annuatim large quingenta plaustra [81]) comdatis [82]) nouem[d]) suis dominis ministrat. Quod inimici suis laboribus, quamuis sepe attentauerint, impedire non possunt.

5 Hoc castrum est *hospitalariorum*[e]), et est maximum totius terre illius solacium.
6 Opponitur enim fortibus et multis castris Antiqui de Montanis et Soldani de Halaph, quorum tyrannidem et insultus in tantum refrenauit, ut ab eis pro pace seruanda singu-
7 lis annis in ualore duo millia marcarum recipiat. Et quia cauetur, quod accidere potest, ne aliqua traditio superueniat, singulis noctibus per quatuor milites, fratres hospitalis, et
8 per alios uiginti octo uigiles custoditur. Hospitalarii enim tempore pacis preter alios ciues castri mille personas sustentant, ita ut eis in omni commodo et habendo prouiderint quinque annis in necessariis castri [83]).

9 10 In pede illius montis sita est quedam ciuitas, *Ualenie* [84]) nuncupata. Que cum aliquando, sicut[f]) apparet, fuerit maxima, per diuinam uindictam modo est destructa et
11 12 desolata Cuius sedes episcopalis in castrum Margath est translata. Et quia propter timorem Sarracenorum per terram et in equis procedere non audebamus, naui et mari, licet inuiti, nos commisimus, ac transiuimus *Gibel* [85]), quod castrum bonum, habens ciui-
13 tatem paruam, sed multum munitam, nostris ualde inimicam. Cuius dominus et possessor filiam Soldani de Halaph sibi duxit in uxorem, ut ex illis duobus extremis turpitudinis nascatur tercium, utrumque extremorum sua turpitudine excedens, et illi duo filii
14 Mahometi uel Mammone[g]) producant ex se septem spiritus nequiores. Hec ciuitas distat a Margath quatuor milia.

a) *et inc. lap.* B. *ex* inc. lap. Ed. — b) Versum non secrevit neque B., neque Ed. — c) in honor*em* Ed. in honor*e* B. — d) *plaustra quam dati nouem* B. *plaustra comdati novem* Ed. — e) *hospitaliorum* Ed. — f) *ut* Ed. *sicut* B. — g) *Mammorum* B Ed. Sed cf. Matth. 6, 24; Luc. 16, 9. 11. 13. e Vulg.

77) *Petrus et Paulus*] Cf. Ritter XVII (1). 863.

78) *castellum quoddam*] Fortassis Maracleam, rec. Marakia, Merakîje. V. Ritter XVII (1). 884 sqq.

79) *Halaph*] Sultanus Alepi erat Malek ad-Daher v. Wilken VI. 71.

80) *Margath*] rec. Markûb, Merkâb. V. Ritter XVII (1). 881 sqq.

81) *quingenta plaustra*] D foeni vehes.

82) *comdatis*] „Comdatum“ est locus culturae patulus, vernac. Alm. Comdat*is* e coniectura scripsimus.

83) *quinque — castri*] Locus obscurus.

84) *Ualenie*] Ualania apud Burchardum p. 30 n. 111.

85) *Gibel*] rec. Dschebili, Dschebleh, ant. Gabala. V. Ritter XVII (1). 892 sqq.

XII. Inde transiuimus *Sahaim*[86], castrum Soldani, et iuxta illam *Lisam*[87]. Que 1 2
est ciuitas fortis, bono muro et multis turribus munita, portum habens ualde bonum,
nostris summe damnosum, qui, dum in mari tempestate quassantur, timore mortis in-
ducti, confugiunt illuc et captiuantur; et sic illi miseri — proh dolor! — cum Scyllam
effugere laborant, incidunt in Charybdin. Hec est illa, que in nostris libris *Laodicea* 3
appellatur. Que nunc temporis „*in arcum prauum conuersa*“[88] illud amenum et quon- 4
dam securum iter de [Hacon][a][89] usque in Antiochiam sua crudelitate interrupit. Que 5
eciam maiorem seuiciam in nostros exerceret, si illa nostra Margath non oppugnaret,
a qua distat sex milia gallicana.

XIII. Inde transiuimus quoddam casale bonum, *Gloriet*[90] appellatum, et quosdam 1
fines ad montana a Turcis[91] inhabitata. Isti sunt homines siluestres, habitu et mori- 2
bus Boideuinis[b], quos nos uocamus, Arabibus similes, non habitantes sub tectis, fundas
tantum pro armis habentes. Et sic multo labore intrauimus portum sinuosum Antiochie, 3
quem Franci *gulphum Antiochie*[92] appellant. In quo[c] uidimus quoddam antrum summe 4
horribile, quod tanto magis abhorruimus, quanto ibi maiorem fetorem[93] senseramus. Et 5
dicit uulgus beatum Petrum illuc[d] diabolum catenatum detrusisse. Et nota, quod An- 6
tiochia distat a mari quinque milia, et tantum abest[e] portus ab ea denominatus, cum
naues propius accedere non possint.

XIV. Nunc tandem, hoc est in nocte Cecilie[94], in qua eciam uidimus eclipsin 1
diutissime durantem[95], ad desideratam uenimus *Antiochiam*. Que ciuitas bona est et 2
firma, ipsi Rome in sanctitate uix secunda. Que in uno suo latere munitur duobus mu- 3
ris turritis et quodam flumine admodum magno, quod suis ciuibus molendinorum prestat
beneficia. Et illius *fluminis impetus letificat ciuitatem Dei*[96]. Ex altero sui latere munitur 4 5
precipicio magno et muro bono, multis turribus geometrica distancia coronato. Ipsa 6
uero ciuitas adeo ampla est, ut, qui eam pererrauerit, puluerulentos habens pedes totam
terram peragrauisse[f][97] putetur.

a) *Hacon* B. *Acon* Ed. — b) *boideuoinis* B. *belluinis* Ed. — c) Et B et Edit. pr. habent *in quibus* Nos *quo* e coniectura scripsimus. — d) *illac* B. *illic* Ed. — e) *tantum* B. *tamen* Ed. *Abest* e coniectura scripsimus. — f) *ut qui eam peragrauerit — totam erravisse putetur* B Ed.

86) *Sahaim*] rec. Sehjun. V. Ritter XVII (1). 907.

87) *Lisam*] Laodiceam nunc arabice Ladikijah sonare testatur Tischendorf: Aus dem heil. Lande p. 324 nota. Alias nominis formas vid. ap. Ritterum XVII (1). 922 sqq.

88) *in arcum pr. conuersa*] Psalm. LXXVIII, 57.

89) [*Hacon*]] Forma corrupta, orta ex Acon perperam aspirato.

90) *Gloriet*] Est sive rec. *Meinta Burdsch*, sive alterutra arcium nunc dirutarum in promontoriis *Ibn Hani* et *Tasera* sitarum.

91) *a Turcis*] Cf. Ritter XVII (2). 1105 et 1109.

92) *gulphum Antiochie*] Est veterum Seleucia. V. Ritter XVII (2). 1243 sqq.

93) *fetorem*] Wilbrandus vidit receptaculum aquae interius siccatum, de quo v. Ritter XVII (2). 1244.

94) *in nocte Cecilie*] Dies 22. m. Nov. a sancta Caecilia nomen habet, et eodem die hora noctis prima anno 1211 erat perfecta solis defectio. V. Art de vérifier les dates. Paris. 1770. pag. 75.

95) *diutissime durantem*] Duravit ab horae XI minuta XLVI usque ad horae I minutam XXXIV; quod *Georgii Rümkeri* V. D., astronomi, qui mecum haec communicavit, sententia iure diutissime dici potest, quum duarum horarum spatium eclipsis nulla excedat.

96) *ciuitatem Dei*] V. Psalm. XLVI, 5.

97) *pererrauerit — peragrauisse*] Verba h. l. sicuti eodem modo infra II, 3. 1. inter se permutata suo quodque loco reposuimus.

7 Et habet intra[a]) muros tres montes magnos et asperrimos, quorum medius adeo
8 altus est, ut suo cacumine nubibus innitens cursum planetarum putetur impedire. Quem[b]),
ut puto, ipsa natura suis usibus preparauerat, ut, dum sabbato ager a laboribus requiesceret, illic per amenissima loca, que circumiacent[c]), reficeretur[d]) et ab alto prospi-
9 ciens defectum sui naturati[98]) consideraret ac repararet. Que sue Antiochie ipsum montem uberrimos fontes mandauit profundere et parturire, in tantum, ut per omnia pomeria[e]) et ortos, qui illic sine numero habentur, aqua dulcis et bona largissime diffundatur, quam eciam ipsi ciues per subterraneas et minusculas uenas in medium suorum hospiciorum
10 et ad ipsa penetralia deduxerunt. Et nota, quod domus et palacia Antiochie foris lu-
11 team monstrant apparenciam, et intra[f]) aurea et delectabili uigent existencia. Qui[g]),
ut tetigi[99]), in ortis uarios fructus afferentibus et in aquis salientibus maxime gloriantur
12 et solent lasciuire. Ipsa eciam ciuitas diuites et plurimos habet inhabitatores: Francos et Surianos, Grecos et Iudeos, Hormenos et Sarracenos; quibus omnibus Franci dominantur, et quilibet eorum suas leges obseruant.

13 In medio ipsius est ecclesia summe ornata, in qua olim beatus Petrus sicut pa-
14 triarcha presidebat. Ubi et hodie patriarcha solet presidere et sue Asie, que sibi sub-
15 iicitur, imperare. Unde in consistorio[100]) ipsius isti uersus aureis literis sunt inscripti:

Sit procul hinc Iezi[h]; [101]), thronus hic sit iuris et aequi;
Tercia pars mundi iure tenetur ei.

16 In hac ecclesia monstratur cathedra beati Petri et carcer, in quo eciam uinculatus
17 tenebatur. Illic eciam requiescit in marmoreo sarcophago caro pie memorie Frederici Imperatoris[102]).

18 Item non longe ab illa est quedam ecclesia tota rotunda, supra modum ornata, in qua habetur imago domine nostre, genitricis Dei, semper uirginis Marie. Que tante
19 sanctitatis est, ut pluuiam prestet dum mouetur. Quam Greci, sicut ipsam ecclesiam, in magno et laudando timore obseruant.

20 Item in uno montium, sicut[i]) supra dixi, est cenobium monachorum diues, in honore[k]) sancti Pauli fundatum, in quo monstratur parua crypta aureis picturis non plurimum, sed ut[l]) decet[103]) ornata, uel cauerna, in qua sanctus Paulus facta predicatione

a) *infra* B Ed. Voc. *intra* e coniectura scripsimus. — b) *quam* B Ed. *Quem* e coniectura scripsimus. — c) *circum latent* B. *circumiacent* Ed. — d) *reficeret* B. *reficeretur* Ed. — e) *pomeria* B. *pomaria* Ed. Sed pomeria sunt pomaria. — f) *infra* B. — g) *que* B Ed. *Qui* (cives) e coniectura dedi. — h) *Ieri* B. *Iezi* Ed. — i) *sicut supra d.* B. *de quo s. d.* Ed. pr. — k) *in honorem* Ed. — l) *plurimum sicut decet* B Ed.

98) *ipsa natura — naturati*] Cf. not. 59.

99) *ut tetigi*] sect. 9.

100) *consistorio*] palatio.

101) *Iezi* singulari numero collective dictus est *Iezides*, *Iessides*, *Iecidanus*. Iecidani diabolum adorare feruntur. Quos in Syria sedes habuisse et cum Euchitis Bogomilisque de nonnullis eadem sensisse et docuisse refert *Neander* in religionis christianae historia universali edit. III t. II. 631. not. Adiectiva a nominibus propriis descendentia in linguis orientalibus saepius in ִי terminari, ut עִבְרִי hebraeus, docet Ewald in Gramm. hebr. c. V § 164.

102) *Frederici Imperatoris*] Friderici I intestina tantum et cerebrum et carnem Antiochiae, ossa Tyri sepulta esse tradunt Raumerus Hohenstaufen II. 437, Wilken IV. 143.

103) *sed ut decet*] Sic scribendum videbatur, quum sectione 18 ecclesiam supra modum ornatam commemorarit; *sic* in *sed* mutavimus.

in uilla solebat requiescere et epistolas scribere. Et habetur in pulchra ueneratione. 21
Ante cuius fores sepulti sunt nobiles isti: 22

Burchardus, magdeburgensis burgrauius [104]),
Ogerus iuuenis, comes de Woldemborg [105]),
Wilbrandus, comes de Halremunt [a]) [106]), auunculus Wilbrandi de Oldenborg,
qui hunc libellum conscripsit.

Quorum anime requiescant in pace. Amen. 23
In pede illius montis est ecclesia super mansionem beati Luce euangeliste edificata. 24
In medio uero monte, de cuius altitudine uobis [107]) scripsi, est castrum in medio 25
edificatum. Sub cuius pede uidimus clusam, in qua beata Maria Magdalena egit per 26
tempus penitenciam, et, sicut ipsa animo celestia concupiuit, ita et tunc corpore terrena
transcendit. Iuxta illam eciam est parua capellula, e qua beata Margarita, cum ad mar- 27
tyrium duceretur, fuit extracta. Ad pedes illius in descensu montis uidimus ecclesiam 28
super mansionem sancti Iohannis Chrysostomi edificatam.

In tercio monte, qui reliquis inferior, est ecclesia ad honorem beate Barbare edi- 29
ficata, que, ut dicunt, ipsa de hac ciuitate fuit oriunda.

Et nota, quia Simon Magus, qui postmodum apostatauit, de Antiochia fuit oriun- 30
dus. Multe uero historie, quas hic dici non oportet, in actibus apostolorum et in uitis 31
sanctorum et in passionibus martyrum de hac Antiochia inueniuntur.

Hic primo vidimus rosas albas totas, rubeas et croceas, et pomum uocatum 32
Iesusubeledemus [108]), quod talis est nature. In die Parasceues seminantur sui nuclei, qui 33
processu temporis sui in herbam consurgentes pariunt primo flores albos, qui postmodum
in uiridem, deinde in rufum et ultimo in croceum uariantur colorem. Qui in poma trans- 34
substanciantur, quorum aliquod [b]) si quis super sua pulchritudine redarguerit, dicens se
pulchriora uidisse, ipsum pomum quasi indignans turgescit et pre indignatione in mi-
nuta dirumpitur [109]). Quod dictu mirabile est, cum ipsum sit quoddam insensatum; sed 35
quod uidimus, hoc testamur, et testimonium nostrum uerum est.

XV. Ab illa post aliquot dies discessimus uersus Hormeniam [110]). Et reliqui- 1 2

a) *Harlemunt* Ed. — b) *quorum aliquid* B. *quorum si aliquis* Ed. *Aliquod* e coniectura scripsimus.

104) *Burchardus madeb. burgrauius*] Burchardus, V eius nominis Querfordiae dominus, Magdeburgi burggravius, anno 1189 Antiochiae diem obiit. Vid. *C. Spangenberg* Querfurtische Chronica p. 269. Et *Hieronymi Henninges* secundi et tertii regni in quarta monarchia partem alteram, continentem genealogicis tabellis comprehensas familias Imperatorum p. 104. Cf. Wilken IV Anhang p. 96.

105) *Ogerus iuuenis, comes de Woldemborg*] Hoyerus II, Hoyeri I filius, vernacule dicitur Graf zum Woldenberge. Vid. *I. B. Lauenstein* historiam diplomaticam episcopatus hildesiensis p. 59.

106) *Wilbrandus. comes de Halremunt*] V. stemma Wilbrandi libri huius ad calcem. Wilbrandus II comes de Halremunt Friderico I Imperatore duce in terram sanctam profectus cum fratre suo Ludolpho anno 1191 Antiochiae obiit. V. Wilken IV Anhang p. 95.

107) *uobis*] V. not. 1.

108) *Iesusubeledemus*] Nomen istud depravatum ortum est ex *Iesu* et arab. بَلَسَان (balasân), balsamum. Est enim, id quod me docuit Ioachimus Steetz, V. D., botanicus, *Balsamina Momordica* (Linn. spec. 1453). Quae quum tempore paschali seminaretur, *Iesu balsamum* nominari facile poterat.

109) *dirumpitur*] Pomum s. fructum balsaminae momordicae aurantiacum a latere dirumpi a Steetzio citati docent *A. P. de Candolle* Prodromo III. 311 et *V. F. Kosteletzky* Allgem. medizinisch-pharmaceutische Flora II. 727 sq.

110) *Hormeniam*] Armeniam minorem s. Ciliciam.

mus ad dexteram terram Soldani et suam ciuitatem *Halaph* et quoddam suum castellum
3 *Haringe*[111]), et uenimus *Gastim*[112]). Hoc est castrum quoddam fortissimum, tres habens
muros circa se fortissimos et turritos, situm in extremis montibus Hormenie, illius terre
introitus et semitas diligenter obseruans; et possidetur a rege illius terre, scilicet a rege
4 5 Hormenie. In cuius possessione templarii conqueruntur se spoliari. Ipsum uero directe
et de uicino prospicit Antiochiam, et distat quatuor milia.

1 2 XVI. Inde procedentes intrauimus Hormeniam. Et sciendum, quod dominus
3 terre illius Leo de Montanis[113]) consueuerat appellari. Quem nostris diebus Henricus,
gloriosus Romanorum Imperator, qui semper rempublicam et romanum imperium augere
laborauit, regem constituit et coronauit[114]), unde postmodum rex Hormenie est appella-
4 tus, et deinceps terram suam a romano imperio accipere consueuit. Cuius nepotem[115])
Otho Imperator ad petitionem Leonis, senioris regis[116]), coronauit[117]).

1 XVII. Hec est terra firmissima; ex una enim parte cingitur mari, ex alia uero
munitur altis montanis et asperrimis, que paucos habent introitus et multum custoditos,
2 ita ut hospes, si terram intrauerit, absque regia bulla exire non possit. Ipsa uero in
3 medio sui est plana et ualde fertilis, multa fouens animalia venationi competentia. In
longitudine sui protenditur ad sexdecim dietas, in latitudine exceptis montanis ad duas.
4 Et inhabitatur a Francis, Grecis, Surianis, Turcis, Hormeniis et reliquis; tamen ipsi
5 Hormenii dominantur. Qui sunt homines ualde religiosi et optimi Christiani, legem a
6 7 minore Gregorio sibi traditam obseruantes[118]). In fide non errant. Materna lingua re-
8 citant psalmos et alia diuina officia. Duos habent calices dum celebrant, unum ad pa-
9 nem, in quem conficiunt, et unum ad uinum, ex quo conficiunt. Euangelia et epistolas
10 recitantes uertunt se ad populum et ad occidentem. Epiphaniam Domini pre omnibus
11 festis agunt celeberrimam, de quo suo loco expediemini. Inter pascha et pentecosten
12 sextis feriis non[a]) utuntur carnibus, eodem modo festum honorantes. Specialem habent
13 papam, quem ipsi sua lingua *Katelcoste*[119]) appellant. Et sciendum, quod quidam sunt,

a) Particula *non* librariorum culpa excidit in B. et Ed.

111) *Haringe*] Harim. V. Ritter XVII (2). 1643 sqq.

112) *Gastim*] Gaston. Vid. I. L. Gebhardi historisch-genealogische Abhandlungen, partem II p. 59. Wilken VI. 29 not. 52. Gastim recens Bagrâs esse videtur. V. Ritter XVII (2). 1608 sq.

113) *Leo de Montanis*] Lion des montagnes. Montana, ex quo francogallicum montagne, dicebatur Cilicia montuosa. Eodem modo supra commemoratur Antiquus de Montanis. Verum regis nomen erat Libo, Livo, arab. Leum s. Lebon. V. Gebhardi II. 36. Wilken IV. 136 not.

114) *Henricus — reg. const. et coronauit*] Anno 1198 Henrici VI iam defuncti iussu Conradus, archiepiscopus moguntinus, Libonem I regem Armeniae coronavit. V. Wilken V. 54. Gebhardi II. 51 sq. Arnold. Lubec. V. 5.

115) *Cuius nepotem*] i. e. Ruppinum iuniorem, filium Alicis, quae erat filia Ruppini maioris, anno 1175 regnum adepti. Ruppino I successit frater eius Libo, anno 1198 et rex, et romani imperii vasallus factus. Qui Ruppinum iuniorem, cui avi coronam praeripuerat, sibi successorem instituit. Itaque Ruppinus iunior Ruppini I nepos erat. Qui si h. l. Libonis quoque nepos dicitur, hoc minus accurate dictum est, quum Libo eius avunculus magnus s. proavunculus fuerit. Erat enim Ruppinus II Liboni filius filiae fratris. V. *Abulpharadsch* syrische Chronik. von Bruns u. Kirsch übersetzt, p. 384. — *C. Galani* historiam Armenam p. 349. — *Vincentii Bellov.* speculum hist. XXXI. 29.

116) *Leonis senioris regis*] Libo, Stephani filius, Ruppini I frater erat.

117) *coronauit*] V. not. 153.

118) *legem — obseruantes*] Gregoriani.

119) *Katelcoste*] Καθολικός.

qui dicunt istam [120]) Hormeniam, in cuius montibus arca Noë post diluuium requieuit [121]), hos uersus pro se inducentes:

Coruum perfidie damnant animalia queque,
Nuncius inclusis qui noluit esse salutis.
Ore columba suo ramum uiridantibus ultro
Detulit ast [a]) foliis; superest Hormenia testis.

Isti tamen, ut uerius quesiui, decepti in equiuoco, quia est alia Armenia melius 14
sita in oriente, que altissima habet montana, de qua fuerunt et egressi sunt illi Hor-
meni, qui hanc terram preoccupauerunt, Grecos ab ea expellentes. A quibus ista minor 15
Hormenia est appellata.

XVIII. In prima planicie huius terre et in exitu montium, quos uno die cum 1
magna transiuimus difficultate [122]), ...

Et uenimus *Alexandretam* [123]), que erat ciuitas murata, in litore maris sita, modo 2
destructa. Istam, ut dicunt indigene, magnus Alexander ad custodiam sui equi Buce- 3
phali, qui tunc infirmabatur, laboribus unius diei composuit [124]) et a suo nomine deno-
minauit [125]). Iuxta eciam illam sunt prata equis commodissima. 4

Primo die uenimus ad *Portellam* [126]). Hoc est casale bonum, prope se habens por- 5 6
tam [127]), a qua ipsum denominatur. Hec sola sita est in strata publica, in ripa maris, 7
et est ornatissima albo et ualde polito marmore composita, in cuius summitate, ut dici-
tur, ossa Alexandri prenominati requiescunt, qui illic se, ut uolunt, poni mandauit, ut
reges uel principes per illam portam transeuntes eum eciam mortuum super sua capita
sustinerent, quem aliquando uiuum super se sustinuerunt. Hoc casale distat ab Alexan- 8
dreta quatuor milia.

Deinde relinquentes ad dextram *castrum* regis *nigrum* [128]) et transeuntes castellum 9
quoddam, *Canamellam* [129]) uidelicet, uenimus *Mamistere* [130]). Hec ciuitas bona, super [b]) 10
flumen [131]) sita, satis amena, murum habens circa se turritum, sed antiquitate corrosum,
paucos in quodam respectu habens inhabitatores, quibus omnibus rex illius terre imperat
et dominatur. Est in [c]) ea episcopatus Hormenorum. Et sciendum, quod dominus rex, 11 12
sicut ante tetigi [132]), postquam a romano imperio coronam suscepit, et in hac ciuitate, et
in aliis quibusdam latinos episcopos ordinauerat. Quos [d]) postmodum abiecit [133]), dicens [e]) 13
se iniuste a romana ecclesia grauari et excommunicari.

a) *detulerit foliis* B. *ast foliis* Ed. — b) *supra* flumen Ed. — c) *et in ea* B. — d) *quos* B. *eos* Ed. — e) *dicens* B. *asserens* Ed.

120) *qui dicunt istam*] qui dicunt Hormeniam s. Armeniam fuisse eam, in cuius et q. s.

121) *requieuit*] Genes. 8, 4.

122) *difficultate*] Deest finis enunciati.

123) *Alexandretam*] rec. Iskenderun.

124) *composuit*] V. Ritter XVII (2). 1819.

125) *denominauit*] Alexandria ad Issum Alexandretâ magis in septentrionem spectabat.

126) *Portellam*] Passus Portellae ap. Marinum Sanutum Lib. secr. fid. cr. p. 241; ant. Baiae, rec. Bajâs: Ritter XVII (2). 1837.

127) *portam*] Quam denuo invenit Pococke. V. Ritter XVII (2). 1828. et Pococke: Beschreibung des Morgenlandes II. 258.

128) *castrum regis nigrum*] Sunt sive ruinae in *Kara Kaja*, i. e. saxo nigro sitae, sive, quae Chesney vidit, rudera aedificationum basalta nigra exstructarum. V. Ritter XVII (2). 1838.

129) *Canamellam*] Locus ignotus.

130) *Mamistere*] antiqua *Μόψου ἑστία*, medio aevo etiam *Mamistra*, nunc *Misis*, Missis nominata.

131) *flumen*] Pyramum.

132) *sicut ante tetigi*] c. XVI, 2.

133) *abiecit*] circa a. 1203. V. Wilken VI. 24.

14 Iuxta hanc ciuitatem situm est quoddam castrum, quod erat de patrimonio beati
Pauli[134]), qui de hac terra, ut iam[135]) audietis, fuerat oriundus, ut[a]) et beatus Serua-
cius[136]): sed nunc temporis possidebatur[137]) a Grecis.
15 In hac ciuitate habetur sepulchrum beati Pantaleonis. Ipsa uero distat a Cana-
16 mella magnam dietam.
1 XIX. Abhinc transeuntes *Cumbetefort*[138]), ubi domus est et mansio bona hospita-
2 lis Alemannorum, uenimus *Tursolt*. Hec est illa *Tarsis*, de qua natus fuit beatus Paulus
3 tempore Grecorum. In qua eius hodie apparet palacium, unde a loco sue natiuitatis
uocat eum Dominus Saulum tarsensem, ubi ait ad Ananiam[139]): *„Surge et uade in uicum,*
4 *qui dicitur rectus, et quere in domo Iude Saulum nomine, tarsensem; iam enim orat."* Qui-
dam eciam sunt, qui dicunt illam esse Tarsim, de qua uenit unus magorum adorare Do-
minum; at isti sunt in equiuoco decepti, quia non a septentrione, sed ab oriente magi
5 uenerunt. Uerumtamen hic dicendum occurrit, quod magi, admoniti, ut per aliud iter
redirent de Bethlehem, in Ioppen peruenerunt, ubi navim, quam sine omnibus suis ne-
cessariis inuenerant, intrantes sine remis et uelo in portum huius Tarsis appodiauerunt;
6 et inde reuersi sunt in regiones suas. Quod dum audisset Herodes, qui eos persequeba-
7 tur, misit et combussit in nimio furore omnes naues Tarsis. Quod psalmista[140]) innuit,
ut puto, ubi dicit: *„Ibi dolores ut parturientis. In spiritu uehementi conteres naues Tarsis."*
8 Uolunt eciam quidam ipsum Herodem, dum Roma uenit, tempestate ad hunc portum
9 fuisse deiectum et in propria persona naues illic combussisse. Hec ciuitas multos ha-
bens inhabitatores; muro cingitur pre antiquitate mutilato, sed castrum habet in capite
sui firmum et bonum, in quo sanctus Theodorus captus fuit et martyrisatus; et est ibi
10 ecclesia ad honorem ipsius edificata. In medio uero ciuitatis est ecclesia principalis, in
honore[b]) beati Petri et beate Sophie dedicata, multum ornata, tota strata marmore, in
fine sui habens quandam statuam, cui imago[141]) domine nostre angelicis manibus est de-
11 picta, que in maxima ab hominibus illius terre habetur ueneratione. Sicut enim multi
et omnes uidere consueuerunt, hec imago, dum aliquod graue periculum illi terre im-
12 minet, coram omnibus et magna quantitate solet lacrimari. Hec est illa, ut dicitur, que
Theophilum reformauit[142]), quare sane intelligetis[c]), quia[143]) illam historiam tanquam
13 notam pertranseo. In angulo quodam extra fores ecclesie sepulta est soror Mahumeti,
14 cuius tumbam Sarraceni in multo petunt timore[d]) et deuotione. In hac ecclesia, ut
supra[144]) tetigi, ordinauerat dominus rex de consilio episcopi Conradi moguntini, quem

a) Voc. *ut* omisit edit. pr. — b) *in honorem* Ed. — c) *intelligatis* B Ed. Quod correximus. — d) *honore* Ed.

134) *patrimonio beati Pauli*] Locus notabilis. Petri quidem patrimonium notissimum est, Pauli autem quid significet ignoro. Fortassis hic locus nonnihil lucis afferet quaestioni illi, unde Paulus iura civis romani habuerit, quum Tarsus, patria eius urbs, seriore demum tempore romanae honore civitatis donaretur.

135) *ut iam*] c. XIX. 2.

136) *Seruacius*] Sanctus Servatius, episcopus tongrensis, ubi natus sit, alibi nusquam, quod sciam, commemoratur. Cf. *Räss u. Weiss* Leben der Väter. Vol. 6 p. 115 sq.

137) *possidebatur*] occupabatur.

138) *Cumbetefort*] Locus ignotus.

139) *Ananiam*] Act. Ap. IX, 11.

140) *psalmista*] Psalm. XLVII, 8 e Vulg. Sed errat Wilbrandus, quum voc. תַּרְשִׁישׁ, quod ex Bibl. hebr. et Lutheri est Psalm. XLVIII, 8, ad Tartessum Hispaniae urbem non ad Tarsum pertineat. V. Redslob Tartessus.

141) *cui imago*] i. e. *facies*.

142) *reformauit*] Vid. Luc. I, 3. Act. Ap. I, 1.

143) *quia*] cur.

144) *supra*] c. XVI, 2.

imperator illuc transmiserat, archiepiscopatum latinum, quem nunc, sicut et alios, immu-
tauerat. Illic dominus rex occurrit nobis et nunciis ducis Austrie, quos honestissime 15
recepit, et detinuit nos in terra octodecim septimanis. Hec ciuitas distat a Mamistere[a]) 16
duas dietas.

XX. Ab illa post aliquot dies venimus *Adene*[145]), que est ciuitas regis in amenis 1
locis supra flumen a se denominatum[146]) sita et non diuites habens ciues; que tamen
intra[b]) muros largissima est. Quidam dicunt Medeam hinc fuisse oriundam, de qua 2
Ouidius[147]):

> Tune duos una, seuissima uipera, cena?
> Tune duos?

Uerum est, quod hec ciuitas multos et abhorrendos[c]) fouet incantatores; quod qui- 3
dam nostrum experimento didicerunt. Hec distat a Tarsi unam dietam. 4

XXI. In die uero (h. e. in festo) epiphanie, quod Hormeni baptisterium appellant, 1
peruenimus *Sis*[148]). Ad quem dominus rex nos ad celebrandum suum festum inuitaue- 2
rat[149]). Hec est capitanea ciuitas domini regis, infinitos et diuites fouens inhabitatores. 3
Nullis munitionibus cingitur. Unde pocius eam uillam, quam ciuitatem nuncuparem, si 4 5
sedem archiepiscopalem Hormenorum in se non haberet. In qua eciam Greci suo obe- 6
diunt patriarche. Castrum uero habet super se situm in monte ualde munitum, a cuius 7
pede ipsa ciuitas ordinate et gradatim descendere uidetur. Et, ut dicunt, hec aliquando 8
a Dario rege, quem Alexander deuicit, possidebatur.

XXII. Festum epiphanie, de quo me supra[150]) promisi dicturum, ad quod eciam 1
dominus rex nos inuitauerat, in hunc modum ab Hormenis agebatur. Duodecim dies 2
precedentes, quos nos in gaudio et epulis[151]), ipsi ob honorationem[d]) sui festi in peni-
tencia egerunt et ieiuniis, a piscibus, uino et oleo abstinentes. Ipsa uero sacra uigilia 3
toto[e]) die ab his[152]) abstinuerunt, ita ut post crepusculum missarum officia celebrarent et
totam illam noctem in diuinis insomnes deducerent[f]). Ipso enim die agunt festum Do- 4
minice Natiuitatis, dicentes Dominum uno et eodem (eciam specie) die fuisse natum et
post anno trigesimo baptisatum. Mane uero facto[153]) omnes ad quoddam flumen ipsi 5

a) *Manistere* B. — b) *infra* B. *intra* Ed. — c) *multas et abhorrendas* B. — d) *abhonoratione* B Ed. Quod correximus. — e) *tota* Ed. Quod correximus. — f) *deducerent* B. *traducerent* Ed.

145) *Adene*] Adana et antiqua et recens.

146) *a se denominatum*] Veteres *Sarum* nominabant, nunc *Sihan* vocatur.

147) *Ouidius*] Immo Iuuenalis sat. VI. 641.

148) *Sis*] rec. Sis, Sisia.

149) *Ad quem — inuitauerat*] Irrepsit in historiam oldenburgensem error utique expellendus. Etenim Wilbrandus noster, imperatoris Ottonis legatus, hoc ipso die epiphaniae Ruppino iuniori coronam imposuisse errore traditur. Vid. *I. L. L. Gebhardi* Abhandl. Partem II et commentationem inscriptam: Robin, auf Befehl Kaiser Otto IV gekrönter König von Armenien. Et *Halemii* historiam oldenburgensem I. 183 sq., ubi caput peculiare inscriptum est: Graf Willebrand krönt einen König. Qui scriptores quum Wilbrandi ipsius auctoritatem sequi sibi videantur, prorsus falluntur. Wilbrandus enim neque hoc, neque sequente capite narratiunculae isti ullam omnino ansam praebet, quippe quam ne verbo quidem attingat. Sed attendas ad haec ipsius verba capite insequente exstantia: „ad quod *eciam* dominus rex *nos* inuitauerat.“ Nonne apparet eos tantummodo ut festo celebrando interessent, sicuti alios hospites solius honoris causa invitatos esse? Num fieri poterat, ut rex Libo ignoraret, Wilbrandum hoc ipso die Ruppinum coronaturum esse?

150) *supra*] c. XVII. 10.

151) *epulis*] supple: *egimus.*

152) *ab his*] piscibus, vino et oleo. Diebus praecedentibus partim tantum ieiunavere.

153) *Mane uero facto*] Iam supra monuimus, falli Gebhardium Wilbrandum hoc ipso

6 uille uicinum festinabant, ad quod dominus rex hoc ordine descendebat. Alto equo insidebat, et magistrum domus Alemannorum et castellanum de Seleph[154]), hospitalarium,
7 cum eorum sociis, uiris religiosis millibus, suo lateri adiungebat. Quem dominus Ruppinus, iunior rex, quem, ut ante[145]) dixi, Otho Romanorum Imperator ad petitionem senioris regis nuper coronauerat[156]), cum nobilibus terre illius et cum multis militibus
8 pulchre indutis subsequebatur. Quorum serui singula uexilla et baneras in manibus ge-
9 stantes et eorum equos phaleratos deducentes seniorem regem precedebant. Inter quos
10 et ipsum multi sarganti pedites cum armis suis ad custodiam regis discurrebant. Qui ab omnibus hic astantibus „*Subtacfol!*“ i. e. „sacer rex!“ cum ingenti clamore salutaba-
11 tur. Et sic ipse in magna pompa ad tentorium suum in ripa fluminis preparatum de-
12 scendebat. Deinde Greci et eorum patriarcha pedites et preparati cum multis sanctua-
13 riis subsequebantur. Qui in tanto clamore buccinarum et aliorum instrumentorum musi-
14 corum incedebant, ut pocius pompam, quam processionem ducere uiderentur. Isti eciam
15 in loco eis deputato super flumen reliquos exspectabant. Tunc tandem Hormenorum clerus crucem quandam baptizandam baiulans decenter cum suo archiepiscopo descende-
16 bat. Quorum humilitatem et decentem processionem satis laudauissem, nisi quidam
17 sacerdos longa barba, ut reliqui, insignitus eam malo omine interrupisset. Qui, dum minus caute paruum[a]) riuulum ad sepedictum flumen decurrentem transiret, pede suo elapsum calceum perdidit, ad cuius comprehensionem, cum ab aqua deduceretur, adeo
18 incuriose laborauit, ut episcopum et alios detineret. Huiusmodi negligenciam Hildes-
19 hemenses, si forte in eorum processione accidisset, correxissent seuerissime. Isti eciam
20 suam stationem et residenciam supra predictum fluuium acceperunt. Processionibus igitur in unum conuenientibus hinc inde discantari et longas eorum barbas, que illorum
21 pectora sicut quedam plenaria contegebant, multo hiatu uidimus laborare. Qui euangelia et epistolas grece et hormenice recitantes et illum simulatum Iordanem benedicentes cru-
22 cem, quam illuc apportabant, baptizabant, et columbam a dextra illius emiserunt. Tunc

a) *paruum riuulum* B. *paruulum rivum* Ed.

die festi Ruppino iuniori coronam imposuisse putantem. Quod eciam clarius elucet ex hoc nostro loco. Namque quae sectionibus 5—27 referuntur, Ruppino iuniore iam rege acta sunt „mane facto“, tempore diurno. Restant igitur solae horae noctis, quibus insignia regalia a Wilbrando in Ruppinum collata esse potuissent. Sed erat nox illa prae aliis divinis, ieiuniis, orationibus sacra, qua regalium solemnium strepentibus gaudiis pompisque minime vacabant incolae.

154) *cast. de Seleph*] Seleuciam Libo rex anno 1210 St. Iohannis equitibus dono dederat. V. Wilken VI. 39 n. 71.

155) *ut ante*] c. XVI, 4.

156) *nuper coronauerat*] Gebhardi, quum hoc ipso die Ruppinum coronatum esse putet, adverbium *nuper* unius diei spatio coerceri posse opinetur necesse est. Sed cf. *Ferd. Schultzii* synonymicam lat. p. 261 n. 432, ubi haec duo loca citat: Haec *nuper*, id est paucis ante saeculis, medicorum ingeniis reperta sunt. Cic. N. D. II. 50. *Nuper* homines eiusmodi; et quid dico *nuper?* immo vero *modo* ac plane paulo ante vidimus. Cic. Verr. IV. 3. Apparet igitur adverbium *nuper* spatium multorum annorum complecti posse, unius diei excedere debere. Sed quaeritur, Ruppinus iunior quando coronatus sit. Quum Otto IV d. 27. m. Sept. anno 1209 coronam acceperit, Wilbrandus autem post diem 22. m. Nov. anni 1211, quo Antiochiae eclipsin vidit, in urbe Si die 6. m. Ian. epiphaniae festum egerit, sequitur post diem 27. m. Sept. anni 1209 et ante d. 6. m. Ianuarii anni 1212 Ruppinum iuniorem regis nomen adeptum esse. Cui rei si interfuisset Wilbrandus, negotium suum honorificentissimum, quum non esset quod occultaret, exsecutus sine dubio disertis verbis narrasset.

quidam in asino in medium fluminis descendens et stans erectus zuccharato [157]) gutture[a])
proclamabat: „Uiuat rex noster in eternum!“ Et rursus: „Ualeat et confortetur omnis 23
christianitas!“ Omnibus autem ab ore illius dependentibus et respondentibus: „Amin!“[b]) 24
ille precentor[c]) in aquam detrudebatur. Quod non sine multorum risu est effectum. 25
Deinde rex et alii ipsa aqua aspergebantur. Suriani uero toti nudi lauabantur. His 26 |
ergo rite peractis clerici ad monasteria, rex uero et milites ad campos festinabant, ubi 28
illi in phaleratis equis discurrentes et hastas disrumpentes egerunt ludos militares. Et 29
sic totum illum diem in leticia multa expenderunt, postero die omnibus ad sua remeantibus.

Illud eciam scitote, quia dominus rex iuxta hanc ciuitatem ortum deliciarum sibi 30
preparauit, ad cuius delicias describendas meam confiteor insufficienciam.

XXIII. Festo celebrato et licencia a domino rege, qui multo honore nos dimisit, 1
nobis concessa uenimus *Nauersam* [158]), quod est castrum optimum in alto monte situm, quem natura in media planicie illius terre ad totum commodum domini regis ordinauit.
A quo rex ipse signum suum „*Nauersa!*“[d]) solet proclamare [159]). 2

In pede huius montis sita fuit quedam ciuitas [160]), cuius auctoritatem magnam 3
fuisse quidam mirabilis aqueductus illuc super altas columnas ad spacium duorum miliariorum productus hodie contestatur. Iuxta quam beatus Gregorius [161]), qui sub equo 4
suo depingitur, occidit, dum, quod fugeret, ipsum montem transiuit, qui, ne uirum sanctum insequentem impediret, in duo equalia se diuidens transitum satis largum patefecit.
In cuius facti memoriam ecclesia in eodem loco est edificata. 5

Hoc castrum distat a predicta ciuitate bis quatuor milia. 6

XXIV. Inde uenimus *Adamodanam* [162]), quod est castrum hospitalis siue domus 1
Alemannorum. Quod dominus rex, qui semper Alemannos dilexit, eis pro remedio anime 2
sue cum uillis attinentibus donauit. — In pede huius castri decurrit quidam fluuius, qui 3
maximo gurgite oritur ex montanis Hormenie et uicinis. Qui tribus diebus ante Palmas 4
et tribus post et in ipso die festo ab ore suo, ubi oritur uel egreditur, tantam emittit piscium multitudinem, ut ab omnibus ex omni prouincia illuc confluentibus carrucis et
sommariis deducantur. Inde nuper accidit, ut Latinis et Hormenis de Aduentu et Pascha 5
disputantibus et diuersa putantibus uerus dies palmarum per effusionem predictorum
piscium monstraretur. Unde rex et Hormeni tali suo uicti experimento nostrorum sen- 6
tencie crediderunt, cum ad doctrinam suorum ad Palmas octo diebus peruenissent. Hoc 7
flumen et tale miraculum dicunt beatum Ioannem baptistam eis concessisse, quia ipse percussit petram, et fluxerunt aque. Hoc castrum distat a Nauersa duo milia. 8

XXV. Abhinc reuertentes uersus Canamellam[e]), de qua supra [163]) dixi, uenimus 1

a) *gutturè* B Ed. Quod e coniectura correximus. — b) Edit. pr. et B habent *amin.* — c) *praeceptor* B. *praecentor* Ed. — d) *nautosam* B. *Naversam* Ed. — e) *reuertamur versus Tanamellam* B.

157) *zuccharato*] Quasi saccharo conditum et mollitum erat guttur.

158) *Nauersam*] apud veteres Anazarbus, postea Anabarzus, Anabarza, Anavarza, nunc Ainzarba nominatam.

159) *signum — proclamare*] „Signum“ est symbolum militare, vernac. Losung, Parole, et *Nauersa* Libonis sententia *numquam aversa* s. retrorsum significasse videtur.

160) *ciuitas*] Fortassis Caesarea ad Anazarbum.

161) *Gregorius*] Gregorius Thaumaturgus. V. Stadler Heiligen-Lexicon vol. II. 510 sq.

162) *Adamodana*] Locus ignotus.

163) *supra*] c. XVIII. 9.

2 ad *Thilam* [164]), quod est castrum ualde bonum cuiusdam nobilis. Iuxta illud situs est
3 quidam mons satis amenus, quem *montem de auenturis* [165]) appellant. Sicut enim ex ueri-
dica relatione audiuimus, quicunque sex septimanis ieiunauerit et penitencialibus illis
diebus peractis communicauerit, et sic ieiunus dictum montem intrauerit, procul dubio
4 5 boni euentus et fortunati sibi occurrunt. Quod multorum compertum experimento. Inter
que illud pro magno reputo, quod quidam miles, quem et nos uidimus in Antiochia, illic
huiusmodi casu inuenit quoddam manutergium, quod sue familie et hospitibus, quotquot
uocare consueuit, omnia necessaria in uictualibus ministrauit, ita ut in mensa et super
6 se [166]) parata inuenirentur [a]). Utimam eciam huiusmodi minister hodie uite succurreret
indigencie!

1 XXVI. Hieme igitur iam recedente dum ad exitum terre istius intenderemus,
per Tarsim, quam supra descripsi, uersus occidentem descendimus, et inuenimus circa
illas partes Hormeniam in siluis, in recentibus aquis at bono aëre nostre Teutonie simi-
2 limam. Quam tribus diebus peragrantes uenimus *Cure* [167]), que est ciuitas in mari sita,
3 bonum habens portum. In qua hodie mirabiles, quamuis dirute, apparent structure, ita
ut nimirum eas romanis structuris et ruinis comparauerim.

4 Iuxta illam ad duo milia situm est *Seleph* castrum, iuxta quod in flumine, a quo
ipsum castrum denominatur [168]), submersus fuit — proh dolor! — Fredericus Romano-
rum Imperator, cum in recuperatione terre sancte laboraret.

1 2 XXVII. Inde nauigio nobis preparato in *Cyprum* descendimus. Que est insula
3 summe fertilis, optima habens uina. Que licet sita sit prope cyclades, tamen non est
4 una illarum, que tantum duae VII potius [169]) esse describuntur [b]). Hec in longitudine
5 protenditur ad quatuor dietas, in latitudine amplius quam ad duas. Et habet in se alta
6 7 montana. In qua unus est archiepiscopus [c]), tres habens suffraganeos. Et sunt Latini.
8 9 De quibus suis locis expediemini [d]) [170]). Greci uero, quibus Latini per totam hanc terram
10 dominantur, tredecim habent episcopos, quorum unus est archiepiscopus. Omnes ipsis
11 Francis obediunt, tributum tanquam serui persoluentes. Ex istis scire potestis, quod
12 domini huius terre Franci sunt, quibus Greci et Hormenii ut coloni obediunt. Qui omni [e])
sua dispositione informes et paupere habitu incedentes plurimum luxurie deseruiunt;
quod uino illius terre, in quo multa est luxuria, uel pocius ipsis bibentibus imputabitur.
13 14 Hac eciam consideratione habita Uenus in Cypro coli dicebatur. Unde et ipsa Cypris
15 est appellata, ubi dicitur: „*Cypris dea* [f]) *Marte uel eadem uincitur arte.*" Uina etenim huius
insule adeo spissa et pinguia sunt, ut aliquando, cum ad hoc decoquuntur, more mellis
16 cum pane comedantur. Hec eciam insula multos fouet siluestres asinos et arietes, ceruos
17 et damas; ursos et leones uel lupos [g]) uel aliqua in se nociua animalia non habens. Qui
autem plenius de hac terra scire uoluerit, qualiter primo facta fuerit habitabilis, et quo-

a) *inueniantur* B Ed. *invenirentur* e coniectura scripsimus. — b) *quae tantum duae VII potius esse describuntur* B. *quia septem esse describuntur* Ed. pr. — c) *episcopatus* B. *archiepiscopatus* Ed. *Archiepiscopus* e coniectura dedimus. — d) *expediemur* B Ed. Sed cf. II. 2. 4. — e) *omnes* B. — f) *Cypris eo Marte* B Ed. Quod coniectura emendavimus. — g) Voc. *uel lupos* om. Ed.

164) *Thilam*] Locus ignotus.

165) *montem de auenturis*] Nusquam commemoratur.

166) *et super se*] et super eam (mensam) non solum in i. e. intra eam.

167) *Cure*] ant. Corycus, rec. Kurku.

168) *denominatur*] a veteribus Calycadnus, a Turcis Gök Su nominatur.

169) *que — potius*] Locus corruptus, sed cf. Aethici cosmogr. ed. Gronov. p. 43.

170) *expediemini*] De Latinis, quod sciam, non expedimur.

modo uirgines in hac terra a demonibus fuerint corrupte et impregnate [171]), et in quan-
tum ipsi demones homines primos huius terre colonos infestauerint, ille requirat librum
prepositi Hermanni de Lugonne [172]), in quo ipse uir nobilis et piissime memorie omnia
et multo plura de statu huius terre plene et ad unguem descripsit. Cuius anime uestra [a]) 18
caritatiua oratio dignetur reminisci.

XXVIII. Primo introitu *Schernis* [173]) applicuimus. Que est ciuitas parua, sed [b]) 1 2
munita, castrum habens in se muratum et turritum. Atque maxime in suo bono portu 3
gloriatur. In finibus huius rex Cypri habet quatuor bona castra. Et notate, quia 4 5
Imperator Henricus dominum huius terre primum regem constituit et per manus Conradi
cancellarii coronauit [174]). Hinc est, quod rex huius terre romano Imperatori, domino 6
suo, tenetur ex fidelitate.

Inde procedentes uenimus *Cossiam* [c]) [175]). Hec est capitalis ciuitas domini regis, 7 8
fere in media planicie illic [d]) sita, nullam habens munitionem. In qua nunc temporis 9
forte castrum elaboratum. Innumerabiles et ualde prediuites habet [e]) inhabitatores, quorum 10
hospicia intrinseco ornatu et picturis hospiciis Antiochie sunt similima. In hac ciuitate 11
est sedes archiepiscopalis. Et est in ea curia et palacium domini regis, in quo primo 12
uidimus struthionem. Hec ciuitas distat a Schernis quinque milia. In cuius uie transitu 13 14
in multas incidimus cypressos, que illic [f]) in multa crescunt distrate [g]) quantitate. A 15
quibus, ut puto, ipsa insula Cyprus est appellata.

XXIX. Ab illa procedentes in peregrinatione ad uisitandam crucem latronis ad 1
dextram Domini crucifixi processimus *Lamezim* [176]). Que est ciuitas non multum munita, 2
iacens in litore maris, portum habens frequentatum. In qua est prima sedes suffraganea 3
episcopalis domini nicosiensis.

Iuxta illam sita sunt uineae *Engaddi* [177]), de quibus in Canticis [178]): *Botrus Cypri,* 4
dilectus meus mihi in uineis Engaddi. In quibus aliquando eciam inueniebatur balsamum, 5
sed modo non inuenitur. Uina autem illarum optima sunt; expertis credendum est, 6
quoniam probauimus et gustauimus, quia suaue est [h]).

XXX. Inde conscendimus *montem sancte crucis* appellatum, qui omnia montana 1
Cypri supereminet. In cuius cacumine est quoddam paruum cenobium. Monachorum 2 3
uita, ut pace ipsorum dicam, est dissimilima. In ipso cenobio est capella parua, in qua 4
honorabilis illa crux multo reseruatur honore. Que eciam, ut dicunt, nullo innitens ad- 5
miniculo in aëre pendet et fluctuat; quod tamen non uidetur de facili. Que hoc modo 6

a) *nostra* B Ed. Voc. *uestra* e coniectura scripsimus. — b) *et* munita B Ed. *Sed* e coniectura posuimus. — c) *Cossiam* B. *Nicosiam* Ed. — d) *in media planicie illius* B Ed. Nos e coniectura *illic* scripsimus. — e) *Innumerabiles habet et ualde* Ed. — f) *illinc* Ed. — g) *discreta* B Ed. *distrate* e coniectura dedimus. — h) credendum est *quia* probavimus et gustavimus *quoniam* suave est B Ed. Sed cf. I. 14. 6 scriptionem et not. *Quia* est vernac. dass, Latinorum Acc. c. inf.

171) *impregnate*] Cf. Genes. VI, 4.

172) *H. de Lugonne*] Hermannus de Lyon, praepositus capituli cyprii, alibi non commemoratur.

173) *Schernis*] antiquae Ceryniae, medio aevo ab aliis Cerines, nunc Κερινία, Tzerina, a Turcis Girneh nominatae.

174) *coronavit*] Amalricus de Lusignan anno 1197 Nicosiae Henrici VI auspiciis Cypri rex coronatus est. V. Abel König Philipp p. 34 et 317.

175) *Cossiam*] turcice *Lefkoscha*, antiquitus Nicosia nominatam.

176) *Lamezim*] rec. *Limisso*, *Limasol.*

177) *Engaddi*] Vites engaddinae a mari mortuo huc translatae fuisse videntur.

178) *in Canticis*] I, 4.

7 et tali de causa illic fuit collocata. Inuisor omnium bonorum diabolus colonos et inha-
bitatores huius terre tanta infestauit malicia, ut corpora suorum mortuorum, que de die
humo imposuerant, nocte de sepulcris euelleret et ad penetralia suorum charorum[179]
8 9 reportaret. Unde ipsi indigene mortuos suos non poterant sepelire. Quorum cladem
Helena, Constantini mater, illic tum imperans, est miserata, et eandem crucem, quam
integram, sicut hodie est, a Hierosolyma secum apportauit[a]), in predicto monte collo-
cauit, et sic non solum illos hostes malignos a terra, uerum eciam ab inferiore aëre, qui
carcer demonum putatur, potenter expulit, ac si diceret illud uerbum Dominicum: *Sinite*
10 *mortuos sepelire mortuos suos*[180]). Et sic „ille hostis antiquus, qui in ligno uincebat, isto[b])
quoque uincebatur".

1 XXXI. Ab hoc monte uidimus *Paphos*, que eciam sita super mare[c]) habet in se
2 secundam sedem episcopalem suffraganeam domini nicosiensis. Et est ciuitas parua, in
qua hodie monstratur turris illa, super quam apud gentilium errores Uenus a suis ama-
toribus colebatur.

3 Inde peregrinatione nostra absoluta versus *Famagustam* laborauimus, et quia pe-
dites incessimus, asinos conducere pre lassitudine cogebamur, et in eis sicut in equis
4 fortibus discurrere putabamus. Tunc quidam nostrum, quem nominare non presumo,
quem eciam „fecundi calices nimis fecerant disertum"[181]), cum equitare putaret, pedibus
suis in diuersa tendentibus de asino cecidit, et dum surgere laboraret, aliquot ictus ab
5 6 ipso asino recepit. Et iam uersus Silenus calce feritur aselli! Qui tamen omnem casum
suum uino imputabat, cum pocius documentum istud Catonis[182]) obseruare deberet:

Qui potu peccas, tibi tute ignoscere noli;
Nulla etenim uini culpa est, sed culpa bibentis.

7 Huiusmodi homo, ut puto, deinceps testimonium perhibere non potest.

1 XXXII. Hinc uenimus *Famagustam*, que est ciuitas sita iuxta mare, portum ha-
2 bens bonum, non multum munita. In qua est sedes episcopalis tertia suffraganea do-
mini nicosiensis.

3 Iuxta illam sita est quedam ciuitas destructa, de qua, ut dicunt, fuit beatus ille
et magnus Epiphanius[183]), cuius memoria habetur in canone[184]).

4 Ab hac ciuitate post moram trium hebdomadarum, quibus uentum commodum ex-
pectauimus, uela tendentes in altum multo labore et in magna tempestate in [Habion]
sumus reuersi.

a) *apportans* B Ed. Cf. scriptionem *obseruaui* prol. s. 3 pro *obseruans*. — b) *ab illo* Ed. — c) *iuxta* mare Ed.

179) *ad penetralia suorum charorum*] in domus eorum, qui mortuis cari, propinqui sunt.

180) *mortuos suos*] Mira sane verbi Iesu Luc. IX. 60 relati interpretatio.

181) *fecundi — disertum*] Horat. Ep. I, 5. 19: Fecundi calices quem non fecere disertum?

182) *Catonis*] V. disticha v. 130 sq.

183) *ciuitas — Epiphanius*] Sanctus Epiphanius vulgo Eleutheropoli in Iudaea sita oriundus esse fertur. Sed cum Wilbrando consentit (Pseudo-)Antoninus Martyr, qui eum Constantiae natum tradit. V. c. I p. 3 ed. Tobleri. *Ciuitas* igitur, quae hic dicitur, *destructa* est Constantia.

184) *in canone*] in oratione missali. Exemplo est forma missae Chrysostomo adscripta in Euchologio graeco Iacobi Goar. Venet. 1730 fol. 58, ubi Basilii, Gregorii, Athanasii, aliorum nomina pie recensentur.

LIBER II.

I. Nunc primo ad cor redeuntes et principali uoto nostro intendentes licencia et 1
benedictione domini patriarche accepta uersus Hierosolymam ascendentes transiuimus
Caiphan[185]). Que est ciuitas parua, destructos habens muros, sita iuxta mare. Cui 2 3
nostri dominantur. Que nomen accepit a Caipha fundatore, qui cum esset pontifex 4
anni illius, prophetauit[586]), ut Dominus traderetur.

Super istam directe iacet mons *Carmelus*, in quo hodie monstratur mansio Helie, 5
et honoratur. In quo et ipse Helias per coruum alebatur[187]). Ubi eciam postmodum 6 7
mulier sunamitis Eliseum[188]) inuenit. In quo loco quotidie missarum solemnia celebran- 8
tur. Iuxta istam sita est *Galilea*[189]), casale bonum. Et hec distat ab [Halzon][190]) qua- 9 10
tuor milia.

II. Inde transiuimus *Capharnaum*[191]), quod est castellum paruum, supra mare 1
situm. Et sciendum, quod quidam dicunt istud esse Capharnaum, ubi Dominus filium 2
reguli curauit et alia plura signa fuit operatus. Et ii in equiuoco decipiuntur, quia 3
illud Capharnaum situm est in Galilea. De quo suo loco expediemini[192]). A quibus 4 5
si forte opponitur auctoritas Luce[193]), qui in euangelio: *Quanta audiuimus in Capharnaum facta! fac et in patria tua signum!* et: „*Domini patria fuit Galilea:* igitur illa facta fuerunt extra Galileam et in Capharnaum“: respondeo, quia[194]) patria ponitur pro sua Nazareth[195]), de qua Dominus eciam Nazarenus et non Galileus uocatur.

Et relinquentes ad sinistram *Sareptam Iudee*[196]), ad cuius differenciam altera 6
Sarepta, de qua uos supra expediui[197]), Sidoniorum est appellata, uenimus *Cesaream*.
Hec non est *Cesarea Philippi*, sed *Stratonis*, in qua beatus Petrus, cum in uisione de 7
omni immundo et reptili terre manducare iuberetur[198]), sedem episcopalem ordinauit, et in ea presidens uerbum Dei gentibus predicare incepit, per quod sua uisio, de qua iam tetigi, adimplebatur. In hac, ut quidam uolunt, uidit Iesus hominem sedentem in 8
telonio, nomine Mattheum, et dixit: „*Sequere me!*“ Hec distat ab [Halzon][199]) spacio 9
unius magne diete.

185) *Caiphan*] Cuius de situ cf. Robinson N. F. 129.

186) *Caipha — prophetauit*] Ioh. XI, 51.

187) *alebatur*] V. not. I. 1. 10.

188) *Eliseum*] V. II Reg. IV, 1, 25. Ritter XVI. 716.

189) *Galilea*] Locus ignotus.

190) *ab* [*Halzon*]] Raumero p. 140 nota 110ª teste censor quidam literatus monacensis urbem Halzon antiquum Porphyreon esse putavit. Neque negandum est nomen *Halazôn* exstare. Est enim et *Wady Halazôn* prope Ptolemaidem in tabula geographica, quam Kiepertus addidit libro Eduardi Robinsoni inscripto *Neuere Forschungen*, et *'Ain el-Halazôn* apud Ritterum XVII (1). 710. Vix tamen dubito, h. l. scribendum esse *Acon*, quam dici luce clarius apparet ex iis, quae leguntur libro primo extremo, „eos in Habion (i. e. Acon) *reversos* esse“, et l. II c. I ineunte, eos licenciam accepisse a domino patriarcha, quem Acone residere Wilbrandus ipse l. I. 1. 4 commemoraverat. Mihi quidem ex nomine Acon perperam scripto etiam formae Habion et Naction ortae esse videntur, hoc modo: *Acon — Hacon — Hakon — Habion — Naction*. Ergo ubique *Acon* legendum esse censemus.

191) *Capharnaum*] Haud scio, quem locum s. antiquum s. recentem dicat Wilbrandus.

192) *expediemini*] Cf. I, 27. 8. Libri finis deest.

193) *auctoritas Luce*] IV. 23.

194) *resp. quia*] nostrum *dass*.

195) *suo Nazareth*] idque summo iure. Cf. Wilkenii lex. N. T. s. v. πατρίς.

196) *Sareptam Iudee*] rec. Serfend. Cf. Ritter XVI. 613.

197) *uos supra expediui*] collegas suos, l. I c. 3 s. 1.

198) *uisione — iuberetur*] V. Acta Ap. 10.

199) [*Halzon*]] V. not. 190.

10 Ab illa magno timore transiuimus *Arsim*[200]), que est ciuitas parua et destructa,
tempore treugarum[a]) a nostris inhabitata, multos in finibus suis habens latrunculos
sarracenos.

11 Et notate, quod he ciuitates et dicte et dicende in perditione terre sancte a Sar-
racenis fuerunt destructe, preter *Iaf*, quam nostri tempore Henrici Imperatoris — proh
12 pudor! — perdiderunt[201]). In qua filii Mammone nostris peccatis exigentibus duodecim
13 milia Christianorum occiderunt et captiuauerunt. Hec illa est *Ioppe*, in qua beatus Pe-
trus uisionem supra tactam[202]) accepit, scilicet uas de celo missum, plenum omni reptili
14 terre, quod angelus ipsum manducare precepit. Hec est eciam illa, in cuius portu magi
adorato Domino per aliam uiam redeuntes nauem nec uelo nec remis munitam intraue-
15 runt. Qui illinc, ut supra plene scripsi[203]), ad portum Tarsis miraculose suut perducti.
16 Hec ciuitas, sicut et relique, a nostris pace a paganis eis indulta inhabitari consueuit.
17 Distat a Cesarea unam dietam.

1 III. Illic ducatu nobis concesso relinquentes maritimam et incedentes uersus meri-
diem peragrauimus[b]) terram uerissime lacte et melle fluentem[204]), et transiuimus *Ra-
mam*[205]), que ciuitas destructa, a Sarracenis inhabitata, de qua tempore Grecorum, qui
tunc terram manu tenebant, beatus Georgius[c]) oriundus fuit; unde et hodie a Gallicis
2 San Iorge de Ramule[d])[206]) solet appellari. Cuius corpus in quodam cenobio Suriano-
3 rum iuxta illam sito requiescit[207]). Qui eciam aliquando post mortem carnis in eisdem
finibus cum Boldewino, rege hierosolymitano, uisibiliter contra Turcos[e]) pugnauit et
4 nostris uictoriam concessit. Alia est Rama Iudee, de qua suo loco expediemini[208]).

1 IV. Ipso die uenimus *Bettenobele*[209]), quod est casale, cuius munitiones sunt de-
2 structe, inhabitatum a Sarracenis. Et distat a Iopea uel Iaf septem milia gallicana.

3 Postero die, qui inter omnes dies mee felicitatis felicissimus computabitur, con-
4 scendimus montana *Hierusalem*. Que sunt admodum alta, lapidosa et asperrima et, quod
5 mirabile est, multum uini, olei et frumenti afferentia. In quibus uidimus multa casalia
et cenobia, quorum nomina mihi sunt ignota, destructa et desolata, in quibus religiosi uiri
prope suam matrem habitabant.

1 V. Igitur sole oriente desiderata illa Hierusalem nostro aspectui oriebatur. Ubi
2 tanto perculsi sumus gaudio et admiratione, ut eciam illam celestem Hierusalem nos
3 uidere putaremus. Ad quam accedentes curiam quandam iuxta muros ciuitatis sitam
4 intrare compellebamur. In hoc loco fuit martyrizatus beatus Stephanus, in cuius honore[f])

a) Ed. pr. post v. treugarum incisum ponit. Sed v. sect. 16. — b) *transiuimus terram* et deinde *peragrauimus Ramam* B Ed. Quae correximus. — c) *Gregorius* B Ed. — d) *Samorgederamnu* B. *Samorgederamnus* Ed. — e) *Turcas* B Ed. — f) *honorem* Ed.

200) *Arsim*] ant. Apollonia, rec. Arsûf.

201) *Iaf — perdiderunt*] Ioppen christiani perdiderunt anno 1191. V. Wilken IV, 426.

202) *supra tactam*] sect. 7.

203) *ut supra plene scripsi*] I. 19. 5.

204) *fluentem*] De planicie Saron uberrima non est quod dicam.

205) *Ramam*] rec. Ramleh.

206) *San Iorge de Ramule*] Haec ex depravatis librorum scriptionibus expiscati sumus auctore Burchardo, qui p. 38 V, 2 casale Sangeor commemorat. Ramam etiam Ramulam nominari constat. San Iorge est Francog. Saint George. Cf. Tobler Denkblätter p. 588 et Tobleri notam p. 100.

207) *requiescit*] V. Ritter XVI. 551.

208) *Rama Iudee — expediemini*] A Raumero quidem p. 197, a Wilbrando, cuius liber mutilatus est, non expedimur.

209) *Bettenobele*] rec. Beit s. Bêt Nûba, Nobe. Cf. *Titus Toblers* dritte Wanderung p. 188.

nostri fideles ecclesiam [210]), sicut adhuc apparet, et archiepiscopatum fundauerant. Ubi 5
nunc temporis asini Soldani compelluntur [211]). *Quomodo igitur obscuratum est aurum, mu-* 6
tatus est color optimus [212]), quia de ecclesie materia, de loco reliquiarum locus stercorum
est ordinatus? Et nota, quia iste locus extra muros est, quia secundum actus apostolo- 7
rum *eiicientes eum extra portam ciuitatis lapidabant* [213]).

VI. Situs ipsius ciuitatis, quem bene ab illo considerare potuimus, talis est. Ipsa 1 2
ciuitas, quamuis sita sit in alto, respectu montium, qui adiacent, in ualle iacere uidetur.
Super quam ex una parte uersus orientem extenditur *mons oliueti*, ex alia parte uersus 3
meridiem mons *Sion*, qui nunc temporis muris ciuitatis includitur. Ipsa enim ciuitas 4
post passionem Domini funditus a Tito et Uespasiano euersa in sua restitutione in tan-
tum mutauit situm priorem, ut mons caluarie, qui tunc extra muros fuerat, ipsis modo
includatur. Et quod extra fuerit, testatur Iohannes [214]), ubi ait: *Et baiulans sibi crucem* 5
exiuit in eum, qui dicitur caluarie, locum. — Turris eciam Dauid, que tunc super portam 6
erat, nunc autem intra ciuitatem et suo loco antiquo est reedificata, a qua et nunc una
portarum *porta Dauid* nominatur. Quam nos sicut oues quedam computati intrantes, 7
inclinatis capitibus ad atria ecclesie sancti sepulcri per nuncium Soldani deducebamur.
Que desolata non habens, qui consoletur eam, adeo facta est sub tributo, ut ante fores 8
ipsius octo drachmas et dimidiam dare cogeremur. Quam nos eo, quo oportebat, timore 9
et gaudio intrantes adorauimus uere in loco sancto, ubi steterunt pedes *Eius*. In cuius 10
medio, quia tota est rotunda, intrauimus Monumentum Dominicum, quod ad modum [a])
ample et quadrate ciste [215]) depositum, ex omni latere albo et polito marmore contectum,
in se habet ipsam petram, cui illud sacrosanctum corpus Domini

„in ara crucis torridum“ [b]) [216]),

fuit impositum. Que eciam integra et marmore contecta in tribus locis patet tactui et 11
osculis peregrinorum. De quo Marcus ait [217]): *Et posuerunt eum in monumento de petra* 12
exciso. In illo eciam uidimus locum ad dexteram, in quo angelus apparuit tribus Mariis. 13
Et tangit sanctus Marcus [218]), dicens: *Et introeuntes in monumentum uiderunt iuuenem a* 14
dextris sedentem, coopertum stola candida. Et nota, quia erga monumentum ipsa ecclesia 15
nec habet nec unquam habuit tectum, ita ut ipsum tectum ad dispositionem et formam
clericalis corone sit abrasum, una, ut puto, habita consideratione; clericus enim raditur,
ut [c]) inter rationem, que in capite manere dicitur, et suum creatorem nullum sit [d]) me-
dium uel mundana superfluitas, que nimirum per pilos uel crines designatur. Sic et pre- 16

a) Edit. pr. et B *admodum*. — b) B et Ed. hunc versum non secreverunt. — c) Ed. pr: habet: *et* inter — *est* medium. — d) *est* Ed.

210) *ecclesiam*] V. Robinson N. F. p. 341 sq.

211) *compelluntur*] At vid. Tobleri topographiam Hierosolymarum II. 187 not. 3., qui Wilbrandum erroris convincit.

212) *Quomodo — optimus*] Thren. IV, 1.

213) *lapidabant*] Act. Ap. VII. 56.

214) *Iohannes*] XIX. 17.

215) *ciste*] V. Tobler Golgatha p. 176 sqq.

216) *torridum*] Hunc versum esse nemo adhuc vidit. Sed legitur in Danielis thesauro hymnologico I. 88, his verbis:

Ad coenam agni providi
et stolis albis candidi
post transitum maris rubri
Christo canamus Principi.

Cuius corpus sanctissimum
in ara crucis torridum
cruore eius roseo
gustando vivimus Deo

217) *De quo Marcus*] XV. 46.

218) *tangit sanctus Marcus*] XVI, 5.

dictum tectum est abrasum, ut inter ipsum monumentum et suum aliquando contentum[a]) nul-
17 lum medium esse uideatur, et celesti gracia custodiatur. Quod eciam annuatim ex eo consi-
derare possumus, quia nocte pasche *sacer ignis* per celestem nuncium illic apportari consueuit.
18 Et sciendum, quia *mons caluarie*, qui modicus est, ut quidam colliculus, intra parie-
tes ecclesie continetur, quia ipsum monumentum Domini erat in orto tempore passionis,
ortus autem iacebat in pede huius colliculi siue montis caluarie, unde nimirum dictus
19 mons et monumentum multum uicini sunt. De quibus omnibus Iohannes[219]) ait sic:
Erat autem in loco, ubi crucifixus est Iesus, ortus, et in orto monumentum nouum, in quo non-
20 *dum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen Iudeorum, quia iuxta erat monu-*
21 22 *mentum, posuerunt eum.* Ex istis ueritatem predictorum perpendere potestis. Hunc mon-
tem eciam nos indigni ascendentes uidimus foramen[220]) in petra excisum, cui ipsa crux,

„arbor decora et fulgida,
ornata regis purpura“[b]) [221]),

dum ferret „secli precium“, fuit infixa.
23 Iuxta quem locum apparet sanguis Domini, qui de latere ipsius in petram uici-
nam defluxit, quia teste Iohanne[222]) *unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo*
24 *exiuit sanguis et aqua.* Hec petra magnam habet scissuram, quia, ut dixit Matheus[223]),
petre scisse sunt et monumenta aperta.
25 Circa hunc locum *stabant iuxta crucem Iesu mater eius et soror matris eius, Maria*
26 *Cleophe, et Maria Magdalena*[224]). Item in eodem loco uidimus partem illius columne[225]),
27 cui alligatus fuit Dominus, dum flagellaretur. Et nota, quia ipsa ecclesia et sanctum
sepulcrum, et omnia, que intus sunt contenta, a quatuor sacerdotibus surianis, qui exire
28 non permittuntur, in bona deuotione custodiuntur. Que omnia ipsi Sarraceni reliquerunt
29 illesa; quod pocius ex Diuina uoluntate, quam ex ipsorum accidit beneuolencia. Ipsa
uero ecclesia marmoreis tabulis et aureis picturis ualde est ornata, in capite suo habens
chorum largum et pulchrum, in cuius aditu ossa regum fidelium requiescunt in marmo-
30 reis sarcophagis[226]). In medio chori ostenditur quidam circulus, per quem dicunt cen-
trum mundi illic uerissime esse descriptum, quod tamen secundum astrologos[c]) pocius
31 et uerius sub torrida zona, si habitabilis esset, inueniretur. Istis omnibus perspectis
uidimus in atrio de longe ipsius crucis[d]) capellam quandam ornatam, quam beata He-
lena, Constantini mater, in eo loco edificauit, in quo Iuda, fratre Stephani, monstrante
32 ipsam crucem meruit inuenire[227]). Et tunc ab ipsis infidelibus exire compulsi reliqui-

a) *contectum* B Ed. — b) Hos versus neque B. distinxit, neque Ed. — c) *astrologos* B. *astronomos* Ed. — d) Vocab. *crucis* omiserunt edit. pr. et B.

219) *Iohannes*] XIX, 41. 42.

220) *foramen*] V. Tobler Golg. p. 282 sqq.

221) *purpura*] V. Danielis thes. I. 160 str. V:

Arbor decora et fulgida,
ornata regis purpura,
electa digno stipite
tam sancta membra tangere.
Beata, cuius brachiis
pretium pependit seculi,
statera facta seculi
praedamque tulit tartaris.

Ceterum hunc quoque versum nos primi distinximus.

222) *Iohannes*] XIX, 34.

223) *Matheus*] XXVII, 52.

224) *Maria Magdalena*] Ioh. XIX, 25.

225) *columne*] Tobler Golg. p. 341—44.

226) *sarcophagis*] De hoc Wilbrandi loco exponit Tobler 3. Wanderung p. 281. Cf. Tobler Golg. p. 150 sqq. et notam, necnon p. 318 sqq.

227) *invenire*] V. Robinson N. F. 342.

mus ipsam ecclesiam et preciosas illas margaritas coram porcis — proh dolor! — man-
ducandas et ipsum locum. Pater Sancte, ut seruum redimeres, Filium tradidisti! Et per 33 34
eam portam Dauid, per quam intraueramus, exire permittebamur reliquis sanctis locis
in ciuitate nondum perspectis.

VII. Inde prope muros ciuitatis, qui turriti et noui et fortissimi sunt, descenden- 1
tes transiuimus portam *beati Stephani*, et uidimus *portam auream*, que directe opponitur
monti olíueti. In cuius foribus est quedam cisterna, aliquando adeo fecunda, ut ex ea 2
quidam torrens paruus per medium uallis Iosaphat et in pede olíueti decurrat. Iste est, 3
quem Iohannes euangelista[228]) torrentem *Cedron* appellat. Iuxta quem hodie sita est 4
quedam ecclesia in eo loco edificata, in quo tempore passionis Domini erat ortus, in
quem Dominus cum discipulis suis frequenter conuenit, in quo eciam ipse osculum a
Iuda traditore accepit. De quibus omnibus testatur Iohannes[229]), ubi dicit: *Egressus est* 5
Iesus trans torrentem Cedron, ubi erat ortus, in quem introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat 6
autem et Iudas hunc locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc. Et uocatur ista ecclesia 7
a populo *Sanctum Pater Noster*[230]), et dicunt Dominum in eo loco illam orationem suos
discipulos primo docuisse.

VIII. Scire autem debetis, quia *uallis Iosaphat* incipit inter muros Hierusalem et 1
montem olíueti. Que in principio sui arta et strictissima, in fine uero, qui extenditur 2
fere ad miliare gallicanum[a]) in terminos Bethleem, ipsa est latissima. In cuius capite 3
uidimus ecclesiam optime ornatam[231]) et in medio sui monumentum undique albo et
nimirum uirgineo marmore contectum, in quod aliquando apostoli immaculatum corpus
beate uirginis deposuerant, si[b]) illud, quod

„repente fit templum Dei“[c])[232]),

illa in parte templi poterat contineri. In quo ipsi postmodum manna celeste loco cor- 4
poris inuenerunt. Quod nunc temporis suriani sacerdotes Sarracenis tributarii in con- 5
digna ueneratione obseruant. O mira circa nos, Sancte Pater, Tue pietatis dignatio, ut 6
uno eodemque die sepulcrum sancte matris et sui Filii, Tui Sancti Uerbi incarnati,
uidere mereremur! — Iuxta parietes ipsius ecclesie iacet *ager figuli*[233]), quem Iudei tri- 7
ginta argenteis a Iuda reiectis in sepulturam peregrinorum comparauerunt. Qui licet 8
non sit longus, protenditur tamen a muris Hierusalem usque ad montem olíueti. Ex quo 9
consideretis, quia ille mons directe est situs super. De hoc agro dicit beatus Mattheus[234]) 10
in hunc modum: *Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrino-*
rum. Propter hoc uocatus est ager ille Haceldama, hoc est ager sanguinis, usque in hodier- 11
num diem. In quo nunc temporis Christiani, Sarracenorum captiui, sepeliuntur. Nec 12 13
mirum, si domina nostra, exemplum totius humilitatis, in terminis illius agri locum sue

a) *gallicum* Ed. — b) *ita si* B. — c) Versum hunc non distinxit neque B, neque Ed.

228) *Iohannes euangelista*] XVIII, 1.

229) *testatur Iohannes*] XVIII, 1.

230) *S. Pater Noster*] V. Tobler die Siloahquelle u. der Oelberg p. 239—242.

231) *ornatam*] V. Tobler Siloahq. p. 143—191.

232) *repente — Dei*] Vid. Danielis thes. I. 142 No. CXIX str. IV:

Domus pudici pectoris
templum repente fit Dei:
intacta, nesciens uirum,
uerbo concepit Filium.

Hunc versum ex prosa codicis et editionis oratione eruimus.

233) *ager figuli*] V. Tobler Topographie von Jerusalem II. 267 sqq.

234) *Matheus*] XXVII, 7. 8.

sepulture elegit, cum Filius eius,

„quem terra, pontus, ethera
colunt, adorant, predicant“ [a]) [235]),

in orto dignatus fuerit sepeliri.

1 IX. Inde conscendentes *montem olіueti* uidimus castellum *Bethphage*, de quo Mathe-
us [236]) ait: *Cum appropinquaret Iesus Ierosolymam et uenisset Bethphage ad montem olіueti,*
2 *misit duos.* In summo montis uidimus duo claustra destructa, quorum unum edificatum
3 est in eo loco, in quo Dominus orauit. *Et factus est illic sudor eius tanquam gutte san-*
4 *guinis decurrentis in terram* [237]). Aliud vero edificatum est super locum illum, de quo
5 Dominus *ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem* [238]). In quo nunc temporis Sarra-
6 cenus [b]) infidelis ad honorem Mahumet suum oratorium preparauit [239]). De hoc monte
ipsam ciuitatem perfecte inspicientes uidimus in ea *templum Domini*, quod quidam ex an-
tiquo nomine *Salomonis* appellant, non attendentes ipsam Hierusalem cum suo templo
7 fuisse destructam. In quo dominus Soldanus [240]) oratorium sibi et suis solemnissimum
ordinauit, in quod ciues ipsius ciuitatis omni feria sexta iubentur conuenire et Mahumet
8 adorare. Iuxta illud assignabatur nobis *probatica piscina, que cognominatur hebraice Beth-*
9 *saida, quinque porticus habens* [241]). Ex predicta eminencia oliueti perspeximus montem
Sion, qui, ut ante tetigi, nunc includitur muris ipsius ciuitatis, sed tempore Passionis
10 Dominice excludebatur. In summo illius, quia latus est mons, habetur quoddam largum
et pulchrum aspectu cenobium, in quo manent eciam Suriani, Sarracenis tributarii, qui
peregrinis illuc uenientibus monstrant locum, in quo Dominus cenauit cum suis discipu-
lis et mensam illam, in qua Dominus Iesus Christus tradidit corporis et sanguinis sui
mysteria celebranda, et peluim [242]), uas, in quo Dominus lauit pedes discipulorum,
11 exemplum dans ministris, et *sciens quid fecerit* [c]) *eis* [243]). Et scitote, quia [d]) in monte Sion
erat hospitale siue domus illa, ad quam iuxta librum Machabeorum [244]) *uir fortissimus*
12 *Iudas collatione facta duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri.* In quo
13 postmodum hospitale sancti Iohannis [245]) fuit edificatum. In hac eciam domo discipuli
post Passionem latitantes et clausis foribus conuenientes ipsum Dominum conuenire
meruerunt teste Iohanne, qui dicit [246]): *Cum sero esset die illo una sabbatorum, et fores*
14 *essent clause, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum, uenit Iesus.* — Iste
eciam locus erat, in quo discipuli pariter in eodem loco acceperunt Spiritum Sanctum.
15 Unde actus apostolorum dicunt [247]): *Cum complerentur dies pentecostes, erant omnes* (disci-

a) Hos versus esse non vidit Allatius s. Nihusius. — b) *quidam Sarr.* Ed. pr. — c) *fecerim* B Ed. — d) Verba *scitote quia* om. Ed.

235) *predicant*] In L. Allatii Συμμίκτοις versus hi distincti non sunt. V. Daniel I. 172 No. CXLIV:

Quem terra, pontus, aethera
colunt, adorant, praedicant,
trinam regentem machinam
claustrum Mariae baiulat.

236) *Matheus*] XXI, 1.

237) *in terram*] Luc. XXII, 44.

238) *captiuitatem*] Eph. IV, 8.

239) *preparauit*] Cf. Tobler Siloahq. p. 101 not. 9.

240) *Soldanus*] V. Tobler Topogr. I. 519. Vulgo Omar moscheam magnam Haram esch-Scherôf condidisse traditur.

241) *habens*] Ioh. V, 2 e Vulg.

242) *peluim*] Ioh. XIII, 5 sqq.

243) *fecerit*] Ioh. XIII, 12: Scitis quid fecerim vobis? Quare fecerim in fecerit mutavimus.

244) *Machabeorum*] II M. XII, 42. 43.

245) *hosp. s. Iohannis*] Tobler Topogr. I. 400 sqq.

246) *qui dicit*] XX, 19.

247) *dicunt*] II, 1. 2.

puli) *pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus.* — Illic eciam aliud[a]) felix 16
et immaculatum compactum corpus beate uirginis Marie fuit resolutum, ubi eius felicis-
sima et beata anima a corpore expirans ipsum ad tempus dereliquit. Quod postmodum, 17
sicut supra[248]) tetigi, in ualle Iosaphat assumptum fuit.

X. Inde uenimus *Bethaniam.* Quod est castellum paruum, duas habens ecclesias 1 2
in se, a Sarracenis obseruatas; unam, in qua aliquando erat domus Simonis leprosi. In 3
illa uidimus locum, ubi Maria Magdalena, exemplum penitencie, amplexata pedes Do-
mini graciam quesiuit et obtinuit. Alteram, in qua erat ortus Marie et Marthe. In qua 4 5
uidimus monumentum[249]), a quo Dominus resuscitauit Lazarum. Iste ecclesie adeo uicine 6
sunt, ut secundum meam opinionem Lazarus in orto uel curia Simonis fuerit sepultus.

Hec est illa Bethania, de qua Iohannes[250]) ait: *Erat quidam languens, Lazarus a* 7
Bethania, de castello Marie et Marthe, sororis eius. Et de ista ait Marcus[251]): *Cum autem* 8
esset in Bethania, in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier peccatrix. Hoc castellum 9
distat a Hierusalem miliare gallicum. Quod testatur Iohannes euangelista[252]) dicens: 10
Erat autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadiis quindecim.

XI. Inde transeuntes uiam difficilem et periculosam uenimus *Hiericho*[253]). Quod 1 2
est castellum paruum, destructos habens muros, a Sarracenis inhabitatum, cuius meminit
Dominus, ubi dixit in parabola[254]): *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho,*
et incidit in latrones. Et uere ipsa uia hodie periculosa est, multos habens latrones. De 3 4
hac eciam Lucas[255]) ait: *Factum est autem, cum appropinquaret Iesus Hiericho, cecus sede-*
bat secus uiam mendicans. Et in Canticis[256]): *Quasi palma exaltata sum in Cades et quasi* 5
plantatio rose in Hiericho. Iuxta eciam istam uir, nomine Zacheus, desiderans uidere 6
Iesum ascendit in arborem sycomorum[257]). Distat Hiericho a Iordane duo parua milia, 7
ab Hierusalem XV milia gallicana.

XII. Et hinc paululum procedentes per uallem planam et amenam uenimus ad 1
Iordanem, qui est fluuius admodum altus et ueloces habens aquas. De quo Matheus[258])
ait: *Uenit Iesus a Galilea in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo.* Circa quem 2 3
locum erat quedam ecclesia edificata, que nunc temporis fere tota est destructa, ubi, ut
dicunt, ipse Iohannes baptista baptizauit baptismo penitencie. De isto[b]) eciam ait liber 4
Regum[259]): *Descendit* (Naaman, princeps milicie) *et lauit in Iordane septies, et restituta est*
caro eius sicut caro pueri paruuli. Igitur et nos carnem interioris nostri hominis restitui 5
et mundari sperantes descendimus et lauabamur in eodem Iordane, sed ipsi Arabes
nobis illudentes balneum et ipsum fluuium multi luti iniectione turbauerunt. Arabia 6
enim illic usque ad Iordanem protenditur. Et scitote, quia non longe ab eo loco instat 7
ipse Iordanis.

XIII. Inde uenimus ad quoddam stagnum fetidissimum infernalis nigredinis, 1

a) *Illud etiam aliud* felix B. *Illic etiam aliud* Ed. — b) Verba *De isto — milicie* om. B.

248) *supra*] c. VIII, 3.

249) *monumentum*] De Lazario v. Tobler Topogr. II. 461.

250) *Iohannes*] XI, 1.

251) *Marcus*] XIV, 3. Sed cf. Luc. VII, 37.

252) *Iohannes euangelista*] XI, 18.

253) *Hiericho*] V. Tobler C. XI Topogr. II. 642—669.

254) *in parabola*] Luc. X, 30.

255) *Lucas*] XVIII, 35.

256) *in Canticis*] Immo ap. Iesum Sir. XXIV, 18.

257) *sycomorum*] Luc. XIX, 2.

258) *Matheus*] III, 13.

259) *liber Regum*] alter c. V. 14.

2 tetrum habens odorem, in quo *Gomorram* et *Sodomam* dicunt absorptas fuisse. Iuxta
3 illud monstratur *puteus Iacob.* Sicut eciam in primo libro [260]) tractatum est [a]), duo sunt fontes, *Ior* et *Dan*, qui oriuntur in pede Libani, et confluentes in unum Iordanem con-
4 ficiunt. Iuxta illum eciam locum uidimus desertum, de quo Matheus [261]) ait: *Ductus est Iesus in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo.*

1 XIV. Abhinc reuertebamur Hiericho, et non longe ab illa ascendebamus quendam montem altissimum, in quo Dominus dicitur quadraginta ieiunasse diebus, a quibus ipse mons hodie *Quarennia* [262]) nuncupatur.

a) Ed. pr. habet: *Iuxta illud monstratur puteus Iacob, sicut etiam in primo libro tractatum est. Duo sunt fontes, Ior et Dan, qui oriuntur* et q. s.

260) *in primo libro*] Capite VIII 12 libri prioris Iordanes quidem p. ut h. l. fit, commemoratur, putei Iacob mentio non fit. Quod quum ita sit, verba aliter atque editor primus interpunximus.

261) *Matheus*] IV, 1.

262) *Quarennia*] Robinsonus Palaest. II. 552 dicit: Den Namen Quarantana finde ich zuerst bei Wilhelm von Oldenborg im J. 1211. Atvero dicere debebat: Wil*brand* von Oldenburg. Nec Robinsonum sequi debebat Ritter XV (1). 529. Accedit, quod iam triginta annis ante Wilbrandum de Oldenborg Fretellus, archidiaconus Antiochenus, Quarentenae mentionem facit. *Quarentena* legitur in codice Fretelli Giessensi, apud Baluzium Carentena. Vid. *Stephani Baluzii* miscellanea historica ed. Mansi I. 439. Cf. etiam Pseudonymum Eugesippum, qui revera est Fretellus, id quod ostendimus in Serapeo 1858 No. 24 et 42. Eugesippus, qui vocatur, inest in Allatii Συμμίκτοις. De Quarennia cf. Tobler Denkbl. p. 702 sqq.

STEMMATIS
materni
WILBRANDI DE OLDENBORG
ramulus.

Mar. Wilbrandus I., comes de Halremunt, natus inter annum 1100 et 1125, diem obiit ante annum 1180.

Uxor: Beatrix, filia comitis Henrici de Arensberg.

Burchardus, comes de Halremunt,	Wilbrandus II., comes de Halremunt, diem obiit Antiochiae anno 1191.	Ludolphus, comes de Halremunt, diem obiit 1191.	Adelheidis, *n.* comitissa de Halremunt, *ux.* Guntheri, comitis de Ebernborg.	Beatrix, *n.* comitissa de Halremunt, *uxor* Henrici II., comitis de Oldenborg.
	Burchardus, comes de Oldenborg, diem obiit a. 1233.	Henricus III., comes de Oldenborg, diem obiit a. 1233.	Engelmarus, comes de Oldenborg, praepositus monasteriensis, vivebat anno 1212, obiit a. 1217.	**Wilbrandus**, Henrici II. filius, comes de Oldenborg, anno 1211 canonicus hildesiensis, anno 1228 episcopus ultraiectinus, diem obiit die 27. m. Iulii anno 1234.

V. *Wolf's* Versuch die Geschichte der Grafen von Hallermund zu erläutern. Gött. 1815. Cf. *v. Hodenberg* Hoyer Urkundenbuch Part. II p. 7, qui Adelheidis maritum de Ebernborg nominat, quum apud Wolfium vocetur de Kefernborg.

INDEX NOMINUM.

B. est Burchardus de Monte Sion. R. est Ricoldus de Monte Crucis.
O. est Odoricus de Foro Iulii. W. est Wilbrandus de Oldenborg.

LIPSIAE, TYPIS C. P. MELZERI.

MAG. THIETMARI PEREGRINATIO.

AD FIDEM CODICIS HAMBURGENSIS

CUM ALIIS LIBRIS MANUSCRIPTIS COLLATI EDIDIT ANNOTATIONE ILLUSTRAVIT CODICUM RECENSUM SCRIPTURAE DISCREPANTIAM INDICEM RERUM ET VERBORUM ADIECIT

J. C. M. LAURENT Dr.

EDITIO EX HAMBURGENSI ANNI 1857 REPETITA.

Lecturis

S.

Quattuor amplius anni sunt, ex quo Friderico Carolo Kraftio V. S. V., Ioannei Hamburgensis Directori, laeta muneris viginti quinque per annos feliciter administrati solemnia gratulabundi obtulimus partem libelli Thietmari nomine inscripti. Iam idem opusculum, sed altera parte auctum et iteratis curis pertractatum publice scribendi opportunitate oblata typis repetendum curavimus. Nec veremur, ne nos acta egisse incusent Aristarchi. Pluribus enim nunc, quam antea, codicibus usi librum ad inscriptionem usque immutavimus. Quae quidem qualis vere fuerit, optimorum nunc codicum consensu edocti sumus. In fine opusculi de apparatu nostro critico et de scripturae discrepantia exposuimus. Neque hoc loco silentio praetermittendum videtur, nos recte scribendi rationi omnem, quae philologum decebat, curam impendisse. Corruptiores igitur verborum formae, quales sunt *gracia*,

eciam, *habundare*, *dereliquid*, *capud*, *pilleum*, scriptori ipsi et medii aevi Latinitati, non typothetarum nostraeve incuriae attribuendae sunt. Denique de Thietmaro ipso quum praeter nomen et tempus nihil certi constet, quae coniici posse videbantur annotationi inseruimus, cuius singulos locos iis, qui omnia uno in conspectu videre velint, s. v. Thietmari exhibet index. Restat, ut omnibus, qui nos opera et bono consilio adiuverunt, inter quos Carolum Ritterum Kiepertum Toblerum prae ceteris nominamus, hoc quoque loco gratias agamus quam maximas. Valete et curis nostris favete.

Dabamus Hamburgi Kal. Martiis A. MDCCCLVII.

Incipit prologus in libro[1] peregrinationis Thietmari.

Ego, Thietmarus, in remissionem peccatorum meorum cruce Domini 1.
signatus et munitus cum peregrinis meis[2] peregre proficiscentibus domo[3]
peregre sum profectus. Transcursis autem tam maris quam terre periculis, que 2.
ad meam fragilitatem multum erant, sed in comparatione diuine retributionis[4]
nichil, usque Accon perueni. Ubi dum per mensem uel amplius fecissem[5], et 3.
terra adhuc inter Sarracenos et Christianos in pace treugis[6] interpositis aliquan-
tulum[7] respiraret: animaduerti, qualem spiritum, quia non de hoc mundo, et ad
quid, hoc est ad labores, et [ex] laboribus ad eternam uitam accepissem. Ne 4.
ergo ex ocio et deliciis carnis, que aduersus spiritum concupiscit, ad deteriora
uergerem, immo ex laboribus carnis animam lucrifacerem, sedit[8] animo meo,
ut loca, que Dominus noster Ihesus Christus, uerus Deus et homo, uerus ueri
Dei filius et hominis, uestigiis suis corporaliter sigillauit et sanctificauit, que
eciam uenerabiles patres nostri, sicut in Pentateuco reperitur, inhabitabant, et
limina sanctorum inibi requiescentium, quoad potui, uisitarem. Multum enim 5.
estuaui et ardenter desideraui uidere personaliter, que in nube[9] et enigmate[10]

1) *prologus in libro*] libri vel in librum. Sed haec librarii alicuius sunt, non Thietmari. — 2) *meis*] Thietmarus, clericus honoris gradu comitibus superior eorumque dux, facile eos suos appellare potuit. Neque quisquam vocabulum *meis* per se positurus fuisse videtur. — 3) *domo*] Palmaria haec coniectura Halmii est: libri mss. habent *dno.* — 4) *diuine retributionis*] Cfr Ep. ad Rom. VIII 18, Ep. II ad Cor. IV 17. — 5) *fecissem*] moratus essem. — 6) *treugis*] induciis. Quae renunciatae sunt anno hedschrae 64, i. e. exacto medio mense Julio anni Christianorum 1217. Vide Wilkenii historiam expeditionum sacrarum Vol. VI p. 142 nota 20. — 7) *aliquantulum*] Septembri mense in terram egressus, usque ad medium mensem Octobrem Accone commoratus esse videtur. Cfr Wilken VI 131 nota 30. — 8) *sedit*] mihi placuit. Vid. Ducangii lexicon s. v. — 9) *in nube-scripturarum*] in librorum farragine. — 10) *enigmate*] obscuritate.

6. aliquociens audieram scripturarum. Uerum quia mihi aliquando[11] lectioni operam
danti redolet thimum, sapit fauum in tam delectabilibus delectari[12], non inutile
duxi, que uiderem et ueraciter a ueredicis intelligerem, scripto conmendare, ne,
obliuionis fumo subrepente, quod per naturam non possem, artificialiter alicuius
7. scripti adminiculo memorie non reseruarem[13]. Cum itaque mihi soli[14] in hoc
scripto cupiam in Domino delectari, arrogantiam longe facio[15] et uanam gloriam;
presertim cum de hiis, qui laudem querunt hominum et inanem captant gloriam,
8. dicat ewangelium[16]: „*Amen, dico uobis, receperunt mercedem suam.*" Stultum
enim nimis et absurdum iudicarem, si tanta ac talia tot uiarum et maris et terre
pericula tam spiritus quam corporis fatigatione perpessa et retributionem eternam,
quam a Deo ad uitam eternam expecto, laude hominum, uana gloria, immo, ut
9. uerius dicam, nichilo conmutarem. Si quis autem hoc scriptum tetigerit[17] et
mecum delectari uoluerit, in id ipsum mihi non subcenseat[18] et huic sucum[19]
arrogantie non inpingat, cum utique ad eliminandum ocium et ad recogitandum
loca sancte terre et miracula illa uirtute Dei facta presentis scripti seriem non
pompatice, sed simpliciter uiderit conpilatam[20].

Explicit prologus. Incipit peregrinatio Thietmari.

1. I. Anno igitur a Saluatore mundi nato M°CC°X°VII° cum essem in
Accon[21], que antiquitus Ptolomaida[22] uocabatur, ubi antiquitus ydolum Beelze-
2. bub colebatur; unde in ewangelio[23] legitur, quod erat Deus in Accaron — est

---

11) *aliquando*] nonnunquam. — 12) *thimum delectari*] Thymum redolet, mel sapit voluptas hausta ex tam delectabilibus. — 13) *non-reseruarem*] Negationem *non* hoc loco, ut supra, librarii incuria omissam e coniectura restituimus. — 14) *mihi soli*] me solum. — 15) *longe facio*] procul habeo, ut passim in Vulgata. Cfr Jobum V 4. — 16) *ewangelium*] Matth. VI 2, 5. — 17) *tetigerit*] cognoverit, inspexerit. — 18) *non subcenseat*] ne succenseat. — 19) *sucum*] Ita, non *succum*, etiam ab antiquis scribi docet Freund in lexico Latino s. v. — 20) *conpilatam*] Inter alios multos imprimis Burchardum, vicedominum Argentinensem, auctorem sequutus est Thietmarus. Burchardum autem edidit Baro de Saint-Genois, nescius tamen, Burchardum esse eundem atque eum, cuius itinerarium Gerhardi sub nomine Arnoldus Lubecensis chronicae, quam continuavit, Slavorum l. VII c. 10 inseruit, et cuius epistolam de excidio Mediolanensi, quam anno 1162, quo Friderici I notarius erat, scripsit, post Freherum et Struvium Muratorius edidit; quod utrumque me invenisse laetor. — 21) *in Accon*] Accone, de qua vid. Ritter Geogr. XVI 725 sqq. — 22) *Ptolomaida*] Ptolemaïs. — 23) *ewangelio*] Minime, sed in V. T., Reg. lib. IV c. 1 v. 2, 3. Neque Acco s. Ptolemaïs hoc librorum sacrorum loco dicitur, sed Ecron Philistaeorum; utramque inter se confundit Thietmarus. Vid. Deycks ad Ludolfum de Suchem p. 41.

enim[24] adhuc turris in portu eiusdem ciuitatis, que dicitur *turris muscarum*[25].
In qua eciam ciuitate Jonathas[26], frater Jude Machabei, dolo captus fuit et a 3.
Trifone interfectus. Est autem alia ciuitas Accaron[27], scilicet una de quinque 4.
ciuitatibus Philistinorum. Unde uersus: 5.

Non est urbs Accaron, quam quilibet estimat[28], Accon:
Illa Philistea, Ptolomaïda dicitur ista.

Arripui iter[29] ab Accon cum quibusdam Surianis et Sarracenis per terram 6.
Zabulon et Neptalim, transiens Sophoram oppidum, de quo sancta Anna, mater
beate uirginis, fuit oriunda; transiens[30] quoque[31] ciuitatem Galilee Nazareth,
ubi annunciatio Domini facta est et ubi Dominus nutritus est et in puericia
conuersatus. Est autem iuxta hanc ciuitatem mons quidam, de quo Judei, 7.
parentes[32] eius, admirantes prudenciam Ihesu uolebant eum precipitare. Qui 8.
locus usque in hodiernum diem uocatur *precipitium* vel *saltus Domini*, quia, cum
eum ibi uellent precipitare, disparuit ab eis: unde dicunt eum saltasse de monte
illo in uallem. Ubi quedam capella[33] est constructa. 9.

---

24) *est enim*] Periodo praecedente per ἀνανταπόδοτον abrupta sequitur sententia, quae mentem scriptoris turbavit, interiecta. Particula *enim* ostendit Thietmarus turrim muscarum pertinuisse ad Beelzebub, quem deum muscarum dici sciebat, quamvis ipsam nominis derivationem, qua sit בַּעַל זְבוּב, *dominus muscarum*, Thietmarum ignorasse dixerim. Vid. Wahl in lexico N. T. s. v. *Βεελζεβούλ*. Rem absolvit Willebrandus ab Oldenborg, Thietmari, ut videtur, fons, de quo v. not. seq. — 25) *turris muscarum*] Willebrandus ab Oldenburg itinerarii p. 123 editionis Nihusianae haec scribit: „*Haec civitas bonum habet portum, pulchra turre custoditum; in quo olim apud gentiles errones Deus muscarum, quem nos Beelzebub, ipsi vero Accaron appellabant, colebatur.*“ Alibi huius turris mentionem factam non invenimus. — 26) *Jonathas*] Vid. Maccab. lib. I c. 12 v. 42-48. — 27) *Accaron*] Ecron, nunc Akir. Vid. Robinson Palaestina III (1) 230 sqq. — 28) *quam quilibet estimat*] Haec verba pertinent ad urbem alteram, Acconem s. Ptolemaïdem. — 29) *Arripui iter*] ante mensem Novembrem anni 1217, medio, nisi fallor, mense Octobri. — 30) *transiens*] Profectus est per Sepphorim s. Diocaesaream. De qua vide Ritteri Geogr. XVI 749 sq. — 31) *quoque*] Scripturae discrepantia *prope* coniecturae huius nobis ansam dedit. — 32) *parentes*] propinqui. Vid. Luc. IV 29. Cfr Robinson III (1) 384 et 423 sq. — 33) *capella*] A vocabulo *cappae*, derivando illo a verbo *capiendi*, orta est *capella*, brevior sancti Martini capa, vestis quaedam in regio Francorum palatio asservata, ad quam sacramenta praestabantur, a qua veste aedes, ubi asservabatur, nomen traxisse fertur. Vid. Ducange et Diez in lexico etym. s. v. cappa, p. 87. Apparet igitur, eiusdem originis esse Gallorum voces *chapeau* et *chapelle*.

10. Postea transiui a Nazareth iuxta Chana[34] Galilee, ubi in nuptiis Dominus
11. 12. aquam in uinum conuertit. Et in eo loco constructa est ecclesia. Ibi adhuc
13. apparent uestigia, ubi ydrie[35] posite fuerant. Et dixit mihi quidam Sarracenus quod illa cisterna, de qua hausta est aqua, que in uinum fuit conuersa, continet adhuc aquam habentem saporem uini.

14. A Chana Galilee perueni usque ad montem Thabor, ubi Dominus transfiguratus est[36] coram apostolis Petro, Johanne, Jacobo, cum eo existentibus
15. 16. Moyse et Helya. Hic mons est altus nimis. In cuius uertice est constructa
17. ecclesia, ubi erat honesta[37] abbatia nigri ordinis. Quem modo Sarraceni habent occupatum[38] et ualde munitum muro, turribus existentibus in muro.

18. Hic, in pede montis Thabor, habui obuium uirum nobilem, nobiliter in-
19. dutum, eiusdem montis castellanum, ludo accipitris ociantem. Qui diligenter, tamquam notus[39], de statu imperii et imperatoris, de regibus christianis et de statu terrarum nostrarum disquirebat, et disquirens necdum responso accepto subiunxit et edocuit, quod doceri postulauit, ita ut se habebant singula, et melius et uerius, quam ego tunc scierim.

20. Hinc, (hoc est a pede montis Thabor) progrediens aspexi in montem Hermon[40] et spaciosissimos campos Galilee[41], in quibus Sisara et omnis exercitus eius occubuit.

21. Hinc transiui per campum, ubi exercitus Christianorum uictus fuit et crux
22. sancta ab inimicis crucis capta[42]. Ubi in medio campi in eminencia quadam

---

34) *Chana Galilee*] nunc Kâna el-Dschelil. Sed confunditur hoc loco cum Kefr Kenna, quem pagum revera praetergressus est Thietmarus. Vid. Robinson III (1) 443 sqq. Manifestum tamen est, iam Thietmarum anno 1217, non Quaresmium demum, ut putat Robinson, quatuor saeculis post errore inductum pagum Kefr Kenna cum antiquo nuptiarum loco Cana composuisse. — 35) *ydrie*] ὑδρίαι evangelii Joh. II 6. — 36) *transfiguratus est*] Quod in monte Thabor evenisse negat Ritter XV (1) 394, verba Marci IX 2 κατ' ἰδίαν ad discipulos referenda esse docens. — 37) *honesta*] nobilis Benedictinorum abbatia, quae saeculo post, Ludolfi de Suchem temporibus, iam interierat. — 38) *modo habent occupatum*] Anno 1212 munitus erat mons Thabor; die XXX. mensis Nov. anni 1217 ante eum castra fecerunt crucigeri, castellum expugnaturi, quod aestate anni 1218 ipsum sultanum Malek al-Adel sponte diruisse constat. Cfr Wilken VI 64 et 153. — 39) *notus*] gnarus. Similiter Plautus Pseud. IV 2 39: *Novi, notis praedicas.* — 40) *Hermon*] minorem, nunc Dschebel ed-Dahi, de quo vid. Ritter XV (1) 404 sqq. — 41) *campos Galilee*] planitiem Jesreel. Vid. Judicum lib. IV 15 16. Cfr Ritter XV (1) 411. — 42) *crucis capta*] De victoria in pugna Hattinensi anno 1187 d. v. m. Julii a Saladino reportata cfr Robinson III (2) 486 sqq.

Saladinus pro habita uictoria diis suis templum[43] edificauit, quod usque in hodiernum diem ibi est, sine honore tamen et desolatum; nec mirum, quia non est solidatum supra firmam petram, qui est Christus Ihesus, sine quo nichil est bonum et ualidum, a quo omne bonum et optimum.

Non longe hinc[44] uidi oppidum Naym[45], ubi Dominus filium uidue 23.
resuscitauit. Juxta quod oppidum est mons Endor[46], ad cuius radices fluit 24.
torrens Cyson.

Item hinc transiens[47] ueni ad mare Galilee, de quo Dominus Petrum et 25.
Andream uocauit, et super quod pedibus suis ambulauit; ubi Petri nauicula
quassata est, et ipsum mergentem de fluctibus eleuauit. Ubi post resurrectionem 26.
Dominus discipulis apparuit et piscem assatum cum eis corporaliter comedit.
Qui locus dicitur *ad mensam*[48]. Super quem locum capella edificata fuit, sed 27. 28.
a Sarracenis destructa. In quo loco species aromatice crescunt uigore perpetuo 29.
non carentes tam hieme quam estate. Quas quidem Sarraceni frequenter extir- 30.
pare conati sunt, sed non poterant; nec possunt, quia uoluntati Dei contraire
non possunt, cui cum suis contentis[49] elementa, natura cum naturatis[50] uel
naturalibus obsecundant. Hinc in uicino est mons[51], ubi Dominus pauit[52] 31.
quinque milia hominum de quinque panibus, et discipulos docuit. Unde in 32.
ewangelio[53]: *„Descendens Dominus de monte stetit in loco campestri“* et cetera.

---

43) *templum*] Huius sacelli solus Thietmarus mentionem facere videtur. — 44) *non longe hinc*] a monte Thabor. — 45) *Naym*] Naïn. Vid. Luc. VII 11. Cfr Ritter XV (1) 407. — 46) *mons Endor*] Endor pagus est, non mons, et Cison ad montem Thabor oritur: vid. Ritter XV (1) 392. — 47) *Item hinc transiens*] a monte Thabor. — 48) *ad mensam*] De mensa Domini prope el-Medschdel vid. Robinson III (2) 531 sq. n. 5. — 49) *suis contentis*] Quae elementis continentur. Francice: le contenu des éléments. Ceterum vocabulum *contentum* substantivi loco positum non exstat apud Ducangium. — 50) *naturatis*] creatis, operibus. Ita apud Willebrandum ab Oldenborg p. 132 haec leguntur: *Quam* (Antiochiam) *ipsa natura suis usibus praeparaverat, ut, dum sabbato ager a laboribus requiesceret — ab alto prospiciens defectum sui naturati consideraret ac repararet.* — Est verbum theologorum scholasticorum, quibus Deus dicitur natura naturans, non natura naturata s. res creata. Vid. Dufresne s. v. *naturare.* — 51) *est mons*] beatitudinis, nunc Tell s. Kurûn Hattîn. Sed cfr Robinson III (2) 485 sq. Thietmarus autem, id quod animadvertendum est, praecedit Brocardum. — 52) *pauit*] satiavit. Vid. Matth. XIV 19-21. — 53) *ewangelio*] Lucae VI 17, verbis paululum mutatis.

1. 2. **II.** Postea ueni Tyberiadem, que quondam dicta fuit Cynareth[54]. Que
3. a Tyberio Cesare nomen accepit. Que ciuitas quondam[55] habuit episcopum[56]
4. et nobilem laicum, qui dicebatur dominus Tyberiadis. Que munita ualde fuit et
5. famosa. Quam eciam puer Jhesus in iuuentute sua sepe frequentabat.
6. Que a Sarracenis destructa adhuc a paucis tam Sarracenis quam Christianis inhabitatur.

7. Inde transiui super ripam[57] maris Galilee usque ad Jordanem, ubi Jor-
8. danis, exiens de medio maris Galilee, diuidit Galileam[58] et Ydumeam[59]. Nota
9. quod[60] mare Galilee habet optimos pisces et sanos. Item Galilea sita est inter Zabulon[61] et Neptalim.

10. 11. Deinde transiens Jordanem ueni in Ydumeam. Ubi ascendens eminentem montem[62] et pulcherrimum uidi a dextris et a sinistris multa loca et oppida, in quibus Dominus Ihesus frequens esse solebat.

12. 13. Item inicium maris Galilee est inter Bethsaida et Capharnaum[63]. De
14. qua Bethsaida[64] erant Petrus et Andreas et Johannes et Jacobus Alphey[65]. Ibi

---

54) *Cynareth*] Cinnereth alio loco fuit ac Tiberias. Vid. Robinson III (2) 516, Ritter XV (1) 281. — 55) *quondam*] V. notam seq. — 56) *episcopum*] Coniectura, qua scripturas *oppidum* et *optimum* expulimus, nititur auctoritate Ludolfi de Suchem, qui p. 96 haec habet: *Synareth-quondam habuit episcopum et nobilem dominum.* — Accedit quod vox *episcopum* usitato compendio *epum* scribebatur. Dominus autem Tancredus erat, mortuus anno 1112, quare adverbium *quondam* bene convenit. — 57) *super ripam*] praeter, secundum litus, idque meridiem versus, quam viam etiam saeculi XIV. peregrinatores iniisse tradit Robinson III (2) 631. — 58) *ubi Jordanis-diuidit Galileam*] Eodem itinere Guilielmus de Baldensel anno 1336 „*Jordanem transivit ponte in eo loco, ubi ipse fluvius se a mari Galileae separat,*“ auctore Robinsonio III (2) 631 n. 3. — 59) *Ydumeam*] Latissimo illam sensu pro omni terra orientem versus Jordani adiacente accipit Thietmarus, quippe cui etiam Damascus in ea sita sit. Toblerus in epistola ad me data Brocardum conferri iubet, qui cap. IV p. 173 tribus leucis a civitate Capernaum introitum Idumeae esse dicit. — 60) *nota quod*] illud animadverte, quod . . habeat. — 61) *inter Zabulon*] Vid. Jes. IX 1. Matth. IV 15. Cfr Ritter XV (1) 313. — 62) *eminentem montem*] Dicit montem illum saxosum, in quo nunc est collapsum diversorium sive Khan el-Akabeh Fik. Vid. Ritter XV (1) 349. Kiepertus in literis ad me missis duobus eum millibus pedum super vallem Jordanis eminere coniicit. — 63) *Capharnaum*] Capernaum. — 64) *Bethsaida*] in Galilaea, nunc Bât Szaida. Vid. Ritter XV (1) 280. — 65) *Petrus-Alphey*] Omittit Philippum, et ipsum Bethsaida oriundum, auctore Joanne XII 21. De Petro et Andrea vide eundem lib. I c. 44. Thietmaro autem haud dubito quin ante oculos obversatus sit locus ille evangelii Matthaei IV 18-21. Quare *Alphaei* nomen in *Zebedaei* corrigere debebat auctor.

est eciam Genezareth[66] et Corrozaim[67], de qua nasciturus est antichristus[68],
et Cedar[69]. Unde in psalmo[70]: *„Habitaui cum habitantibus Cedar.“* Item 15. 16.
uersus meridiem Dothaim[71], ubi Joseph fratres suos reperit et ubi uenditus est
ab eis. Uidi eciam montes Gelboe[72], ubi Saul et Jonathas occubuerunt. Unde 17. 18.
Dauid[73]: *„Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia descendant super uos.“* Si autem[74] 19.
super eos pluuia cadat, nec ne, ueritatem indagare non potui. Audiui, quod 20.
ibi sunt aues psytaci[75], que pluuiam sustinere nequeunt.

Item ibi in uicino est Betulia[76], ciuitas Judit, ubi interfecit Holofernem. 21.
Item in uicino fuerunt ciuitates, quas Salomon amico suo regi Yram[77] dedit. 22.

III. Transiens igitur de monte hoc, qui iacet super Jordanem in finibus 1.
Ydumee, ueni per plana et campestria[78], per terram bonam et feracem ad ciuitatem nomine Nawam[79], quondam pulcherrimam et munitissimam, nunc autem
destructam, quam adhuc Sarraceni inhabitant. Ad sinistram uero contemplabar 2.

---

66) *Genezareth*] Cinnereth; vid. Ritter XV (1) 281. — 67) *Corrozaim*] Chorazin, nunc Ain et-Tabighah, de qua vid. Ritter XV (1) 333 338 342. Robinson III (2) 550. — 68) *antichristus*] Hoc quid sibi velit, viderint theologi. Ansam dedit maledictio Domini, relata illa Matth. XI 21, Lucae X 13. Alia de antichristo traduntur a Toblero in aureo eius libro, qui est de urbe Hierosolymis, p. 588. — 69) *Cedar*] Brocardo c. IV p. 173 auctore Cedar, in alto monte sita, sex leucis a pago Capernaum distat. Toblerus in epistola ad me missa conferamus monet Raumerum p. 216 edit. III. — 70) *psalmo*] CXIX (s. 120) v. 5, ubi קֵדָר legitur. — 71) *Dothaim*] Dothan in V. T., nunc Tell Dothân, a Dschenin ad Africum sita, montibus circumsepta, a Thietmaro conspici non potuit, ut annotavit in eadem epistola Kiepertus. — 72) *Gelboe*] Kiepertus Dschelbôn quum quatuor tantum cum dimidio miliaribus germanicis abfuerit, a Thietmaro facile conspici potuisse censet. — 73) *Dauid*] Samuelis lib. II c. 1 v. 21. — 74) *Si autem*] utrum. — 75) *psytaci*] Psittaci et pluviam sustinent, neque in Palaestina inveniuntur. — 76) *in uicino est Betulia*] Similiter Ludolfus de Suchem p. 94: *In vicino*, inquit, *montium Gelboe civitas Bethulia fuit sita.* Quam cum recente Beit Ilfah, Schultzium sequens, Ritterus XV (1) 424 sq., Kiepertus vero in literis cum pago Sanûr componit. Kiepertus enim Beit Ilfah in planitie ad radices Gilboae inveniri, Bethuliam in clivo sitam fuisse monet. — 77) *Yram*] Vid. Reg. lib. I c. 9 v. 11. *Dedit Salomon regi Hiram viginti oppida in terra Galilaea.* Dicitur urbs Kedes, quae inter vicinas terram Cabul ornabat. Vid. Robinson III (2) 622, qui etiamnunc pagum Kedes haud procul ab urbe Bâniâs abesse tradit. De terra Cabul egregie disserit Thenius in commentario ad libros Regum pag. 145 sq. — 78) *per plana et campestria*] Statim inde a valle Jordanis, quam Ghôr dicunt, via magna Damascum versus ascendit planum editum (Plateau) Gaulaniae, quae ad occasum versus praerupta delabitur, ad orientem vero ita pergit, ut cum verbis *per plana et campestria* optime convenire videatur Kieperto, qui haec nobiscum literis communicavit. — 79) *Nawam*] Nowa, olim Neve, de qua cfr Ritter XV (1) 356.

montem Lybanum, in cuius pede oriuntur duo fontes, Jor et Dan, qui efficiunt
3. Jordanem. Dan uero ad quoddam spacium facit subterraneum meatum, Jor autem non, sed transiens per lacum unum[80] et post per mare Galilee sub montibus Gelboe[81] Jor et Dan faciunt[82] Jordanem.

4. Item non longe a loco isto[83] est ciuitas Cesarea Philippi, ubi Dominus
5. dixit ad discipulos suos: „Quem dicunt homines esse filium hominis[84]. — Que quondam dicta est Belinal[85] a monte uicino Belinas[86], qui diuidit Ydumeam[87]
6. et Fenlceam. Ubi eciam est fluuius quidam, qui non fluit nisi sabbato, et uocatur sabbaticus[88].

7. Item non longe a loco illo, ubi oritur Dan, est sepulchrum et pyramis
8. beati Job[89], et ab omnibus sollempniter habetur. Ubi in uicino annuatim ineunte estate conueniunt multe nationes ad fora; Arabes, Parthi, Ydumei[90], Sirii et Thurci et alie quam plures faciunt ibi moram cum pecoribus suis.

9. In finibus Ydumee a Jordane ad duo miliaria est fluuius Jacob[91], ubi luctabatur cum angelo[92].

10. Item a Nawam progressus ueni Michel[93], ciuitatem quondam pulchram et
11. 12. bonam, nunc autem destructam. Et adhuc inhabitatur a Sarracenis. Inde ad

80) *per lacum unum*] Jor Thietmari ex sententia lacum unum, Merom, Dan duos lacus, Merom et Phialam permeat. Cfr Ritter XV (1) 152 sqq. et praecipue de fonte prope Tell el-Kady pag. 207 sqq. Thietmarus utrumque fluvium lacum Merom et mare Galilaeae seorsim et intrare et relinquere putat. — 81) *sub montibus Gelboe*] In tertio, qui Jacobi de Vitriaco nomine fertur, historiae orientalis libro p. 1127 eodem sensu haec leguntur: *Ad radices Libani oriuntur duo fontes, Jor et Dan, ex quibus sub montibus Gelboe Jordanis conficitur.* — 82) *Jor et Dan faciunt*] Vix est quod notemus inconcinnam huius periodi structuram, incipientis a numero singulari *transiens* et exeuntis in pluralem *faciunt*. — 83) *a loco isto*] quo oriuntur fontes Jordanis. — 84) *hominis*] Vid. Matth. XVI 13. — 85) *Belinal*] Confunduntur hic urbs recens Bâniâs, antiqua Paneas, quae est Caesarea Philippi, et Belinas, urbs Phoenices, de quae vid. not. seq. — 86) *Belinas*] Civitas, non mons Balanias in itinerario Hierosolymitano p. 274 ed. Parthey dicitur „*finis Syriae Coelis et Foenices.*“ Est antiqua Balaneas. Vid. Ritter XVII (1) 886 sqq. — 87) *Ydumeam*] Vid. notam praecedentem et 59. — 88) *sabbaticus*] Vid. Ritter XVII (1) 842. — 89) *pyramis Job*] Haud scio an dicatur h. l. Neby Ejûb, mons conicus, cuius meminit Ritterus XVII (2) 1064. Cfr Brocardum c. IV p. 173. — 90) *Ydumei*] Cfr Robinson III (1) 110 n. 2. — 91) *fluuius Jacob*] vadum Jacob, el-Adschrân: vid. Robinson III (2) 631 n. 2. — 92) *angelo*] In Genesi XXXII 24 dicitur fluuius Jabok, eundemque habet codex Stenzlerianus, at non abest a Jordane. — 93) *Michel*] nunc, id quod per literas mecum communicavit Kiepertus, Um Chal in colle Tell Onkhol apud Newboldum; Unkhul apud Porterum in libro, qui Damascus inscribitur; Rittero XV (2) 818 auctore Onkhal, Inkheil. Quam urbem praeter Thietmarum nullus neque antiquitatis, neque medii aevi scriptor commemorare videtur.

aliam ciuitatem, scilicet Salomen[94], perueni, destructam quidem, sed adhuc
multas turres ostendentem, que omnes sine cemento uel alio glutine, sed tantum
simpliciter et mirabiliter sunt constructe et coadunate[95]. Ubi pernoctaui in 13.
quadam domo hospitalari[96] Soldani, ubi oportet transeuntes propter questum[97]
Soldani[98] pernoctare. In qua uidi unum Sarracenum cum septem suis mulieribus 14.
in lecto uno iacentem. Mulieres autem omnes erant bracate[99], et uestes habe- 15.
bant usque ad genua, laciniis bracarum[100] dependentibus.

A Salome processi ad casale[101], distans a Damasco ad tria miliaria, ubi oportet 16.
eciam transeuntes propter questum Soldani, etsi in meridie ueniunt, pernoctare.

Inde perueni Damascum. Est autem iuxta regiam stratam a Damasco 17.
locus, ubi Dominus conuertit Paulum. Qui locus uocatur in pratariis Sophar[102]. 18.

Est autem consuetum[103], ut ab intrantibus Damascum aurum diligenter 19.
exquiratur, quia decima auri debetur Soldano. Ubi a me in omnibus rugis tam 20.
uestis quam corporis est quesitum, et ab omnibus comitibus meis, tam pauperibus
quam diuitibus.

---

94) *Salomen*] nunc es-Szanamein (i. e. ambo idola), quam si dicunt *Salamen* sive *Salamein*, falsam pronunciandi, si *Sunamein*, falsam scribendi rationem sequuntur. Cfr Ritter XV(2) 812 sqq. — 95) *coadunate*] coniunctae, copulatae. Legitur *adunare* apud Ulpianum, Paullum, Aurelium Victorem. — 96) *domo hospitalari*] Cfr Ritter XV l. c. de diversorio (Khan) destructo. — 97) *propter questum*] ob emolumentum Sultani. — 98) *Soldani*] Dicit Sultanum Damasci Moaddhem, de quo vid. Wilken VI 142 et passim. — 99) *bracate*] s. braccatae, vocab. Celticae originis, quod in variis Celticis dialectis has varias formas exhibet: *bragez*, *briogis*, *brigis*, *briogan*, et Cymbricum *brycan*. Vid. Dieffenbach Celtica I p. 212. — Germanorum medii aevi *bruoch* inde derivandum est. Cfr Diez s. v. braca p. 65, Benecke-Müller s. v. bruoch. — 100) *laciniis bracarum*] partibus binis inferioribus crura feminaque ad pedes usque tegentibus. — 101) *casale*] vicum. Cfr Ludolfum de Suchem c. XXVII p. 47: *Quatuor civitates ad parva casalia, i. e. ad parvas villas sunt redactae.* — 102) *in patrariis Sophar*] Jacobus de Vitriaco in historia Hierosol. abbreviata c. XLVI p. 1073 haec scribit: „*Juxta praedictam civitatem in loco, qui hodie dicitur Melgissaphar, apparuit Dominus Saulo, cum appropinquaret Damasco.*“ Eundem locum Willermus Tyrensis l. XIII c. 18 p. 844 *Mergisafar* appellat. Quod quum مَرْج (*merdsch*) Arabum *pratum* significare apud Ritterum XVII (2) 1311 legerem, monstrum, quod me diu vexarat, scripturae *patrariis* apparuit nihil esse nisi *pratariis*, Francicorum *prairies*. Recte igitur priorem vocabuli Mergisafar partem interpretatus est Thietmarus: alteram non item. Edoceor enim ab Andrea Davide Mordtmanno, fideli meo ab Arabicis literis adiutore, مُرْج ٱلسُّفْرَى (*merdsch essufra*) esse *pratum nitens*. A quo non dissentit Ritterus XVII (2) 1343 1352. Thietmarus, *in pratariis Sophar* scribens, vix dubium est quin cogitarit de Jobi amico Sophare Naëmathita. Cfr quoque Wilken VI 146 nota 29 de pronunciando vocabulo *Suffer*. — 103) *est consuetum*] solet.

21. Est autem hec ciuitas sita in illo loco, ubi Cayn occidit fratrem suum
22. Abel [104], cuius sanguis clamauit ad Dominum de terra. Non est quidem ualde
munita, sed populosa adeo, quod [105] numquam uidi ciuitatem sic populosam;
diuos supra modum, nobilibus et mirabilibus et diuersis artificibus plena [106],
agro tam consito quam sacionali [107], tam florido quam pascuo commodo [108]
delectabilis et opulenta, fontibus irriguis et aqueductibus artificiosis et admirandis
23. super humanum cogitatum nobilitata. In singulis enim domibus et per singulos
uicos natatoria uel lauatoria quadrata rotunda, iuxta luxum [109] uel stulticiam
24. diuitum preparata mirifice [110]. In circuitu autem ciuitatis orti [111] amenissimi,
irriguis [112] et aqueductibus artificiosis uel naturalibus [113] irrigati, omni genere
uel specie tam lignorum quam fructuum uberrimi, temporis temperie, auium
25. lasciuia, omnium colorum florum purpura uenustati [114]. Totius enim nature
gracia in hoc loco uoluit apparere, adeo ut iste locus uere dici possit altera
26. paradysus [115]. Hic enim audiui in festo sancti Martini [116] philomenam [117], alau-
27. dam, quisculam [118] et alias uolucres sollempniter [119] cantantes. Et uiolas recentes

---

104) *Abel*] Confirmat literis Kiepertus, quod conieceram, fabulam illam originem duxisse a monte Neby Abil ad Baràdam supra Damascum. Videatur Ritterus, XVII (2) 1282 egregie coniiciens urbem Abilam Lysaniae Abeli cuidam prophetae originem dedisse. Kiepertus a Portero in libro inscripto: *Five years in Damascus* plura de fabula illa dicta esse ad me scripsit. — 105) *adeo quod*] ut-viderim, quod § 25 legitur. — 106) *nobilibus-plena*] Similiter Ludolfus c. XLIV p. 98 haec habet: *Diversis artificibus et mechanicis artificiosissimis et nobilibus et mercatoribus ditissimis inhabitata.* — 107) *tam consito quam sacionali*] tam arato, quam arabili s. sementivo. — 108) *commodo*] ablativo casu positum est, ut et praecedentia Adiectiva. — 109) *iuxta luxum*] ex luxu vel stultitia, prout poscit vel luxus vel stultitia. — 110) *mirifice*] supple *sunt.* — 111) *orti*] horti. — 112) *irriguis*] Hoc vocabulum h. l. Substantivi instar est, ut apud Gerhardum (s. verius Burchardum) p. 522 editionis Arnoldi Lub. Bangertinae legitur: *Habet enim* (Damascus) *irriguum intra et extra pro voluntate hominum.* — 113) *uel naturalibus*] De particula *vel* pro copula posita cfr Haase ad Gregorium de cursu stellarum p. 49 nota 64. — Adiectivum *naturalibus* spectat ad Substantivum *irriguis.* — 114) *uenustati*] ornati, verbum priscum, a Naevio quoque semel positum. Vid. Freund. lex. s. v. venusto. — 115) *paradysus*] Cfr Ritter XVII (2) 1344. — 116) *in festo sancti Martini*] Cfr Ritter XVII (2) 1353. Haud multo post hunc XI. diem mensis Novembris et Damascus tamquam ab hostibus circumsedenda munita, et ab ipso Magno Sultano Adel in planitie Merdsch Suffer castra facta, et adventu principis Asadeddin urbem praesidio firmantis anxii civium animi placati, denique, quae Wilkenius inde a pag. 145 libri VI tradit, gesta esse videntur. Illud quidem constat, Sultanum Adel exeunte mense Novembri in castris illis fuisse: vid. Wilken l. VI p. 153. — 117) *philomenam*] philomelam, lusciniam. — 118) *quisculam*] quisquillam, coturnicem. — 119) *sollempniter*] egregie. Vid. Dufresne s. v.

uidi, et propter rem admirabilem mihi emi. Sicut autem locus est delicatus, 28.
ita et homines loci pro tempore et loco sunt delicati. Quot enim delectamenta 29.
uel uarietates [120] ciborum humana mens concipere potest, et eo amplius [121]
apud illos sunt. Uiginti species panis et plures uidi ibi et partim gustaui. 30.
Rare aliquis cibos suos domi preparat, quia consuetudo habet [122], quod in foro 31.
loco communi preparantur huiusmodi, et preparata ad uendendum deferuntur per
ciuitatem. Nullus autem, quia sub pena grauissima prohibitum est, audet cibaria 32.
hesterna sine signo, quod hesterna sunt, ad uendendum deportare. Cibaria enim, 33.
que non sunt recentia ad spacium unius noctis, solent emere pauperiores.

In Damasco fui per sex dies, et quedam intellexi de lege et uita Sarra- 34.
cenorum. Uita eorum est inmunda et lex corrupta. Sarraceni non minus quam [123] 35. 36.
possunt licite uel illicite sibi delectantur, quia

„Iupiter esse pium statuit quodcumque iuuaret“ [124].

Mulieres habent quo quis plures [125] habere potest, iuxta illud: 37.

„Fortior est plures si quis [126] habere potest“.

Temporibus ieiuniorum ieiunant usque ad crepusculum, et extunc [127] tota nocte 38.
uel quocienscumque possunt comedunt. Sunt autem quidam precones in turribus 39.
constituti, qui noctibus proclamant in hunc modum: „Surgite, qui ieiunastis!
laute comedite, reficite uos!“

Monasterium pulchrum et magnum, quod quondam Greci construxerant in 40.
honore [128] sancti Pauli, Sarraceni conuerterunt in suam maumeriam [129], in qua
habent piscinam [130], ut, si quis peccauerit, abluatur. Et ita reconciliatur Deo, et 41.

---

120) *delect. uel uarietates*] *et* uarietates. Vid. not. 113. — 121) *eo amplius*] Quod quum cogitari non possit, pleonastice loquitur Thietmarus. Cfr Sallustii Jug. 44 5: „*Quaecumque dici aut fingi queunt ignaviae luxuriaeque probra, in illo exercitu cuncta fuere et alia amplius.*“ Et Sall. Jug. 80 6. *Quod singuli pro opibus quisque quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habent: sed reges eo amplius.* Quae affert Hand ad Tursellinum I 294. — 122) *consuetudo habet*] exstat. Cfr quod affert Ducangius: *Habet ibi silva, quae habet in totum leguam I dimid.* — 123) *non minus quam*] quantumcunque. — 124) *Jupiter-iuuaret*] Quum Jupiter Ciceroni de N. D. II 25 *iuvans* (s. adiuvans) *pater* esse videatur, non negabis, hoc loco satis lepide et ironice syllabam *iu* cum verbo *iuvandi*, syllabam *pi* cum adiectivo *pius* componi. — 125) *quo quis plures*] quotquot. Simili ratione formula *ad plus* significat *ad summum.* Vid. Dufresne. — 126) *si quis*] quo quis. — 127) *extunc*] deinde. — 128) *in honore*] Ita, non *in honorem*, fere dicunt medii aevi scriptores, id quod et ipse sexcenties in documentis ecclesiasticis legi, et confirmat Haase l. l. p. 41. — 129) *maumeriam*] mahomeriam, Mohammedi templum, uti etiam Baro de Saint-Genois interpretatur. — 130) *piscinam*] labrum, lacum.

42. 43. in quo membro peccauit, in eo abluitur. Et hec est eorum confessio. Quater
44. in die orant et semel in nocte. Loco [131] campanarum [132] precone utuntur, ad
45. cuius uocationem solent sollempniter ad ecclesiam conuenire. Religiosi uero
Sarraceni ad quamlibet horam solent se lauare aqua, uel sabulo [133], si defuerit
46. aqua. Incipientes a capite, faciem lauant, deinde brachia, manus, crura, pedes,
47. pudibunda et anum. Postea uadunt orare [134], et numquam orant sine uenia [135].
48. 49. Multas uenias [136] faciunt. Uersus meridiem orant. Tundunt pectora sua, et in
50. pupplico [137] et altis uocibus [138]. Super pannos quadratos, quos semper sub
cingulo suo secum portant, uenias querunt [139], et in ueniis terram fronte pulsant. —
51. Mortuos suos in dextris lateribus [140] cum magno cantu in monumentis ponunt
ita, ut uersus meridiem ad templum Maumet [141] respicere uideantur.

52. Mulieres Sarracenorum lintheaminibus de bocran uelate et cooperte in-
53. 54. cedunt. Numquam templa eorum ingrediuntur [142]. Nobiles uero femine in maxima
custodia eunuchorum habentur, et numquam domicilia eorum egrediuntur, nisi
55. ex precepto maritorum suorum. Nullus eciam adeo propinquus uiri siue mulieris
ad mulierem sine consensu uiri ingredi audet [143].

---

131) *loco campanarum*] Ita etiam vocabula *gracia*, *causa* Genitivis suis praecedunt in formulis, qualis est *gracia orationum* c. V § 46. — 132) *campanarum*] Campanae s. cloccae ecclesiarum maiores, oriundae a Campania, cuius aes iam a Plinio collaudatur, primae anno p. Chr. n. 660 memorantur. Vid. *Grüneisen in Herzogii* libro: *Real-Encyklopädie für protest. Theologie Heft 41—43 S. 187*. — 133) *uel sabulo*] Vid. C. W. Lüdeke Nachrichten von dem Türkischen Reiche (I) pag. 162. — 134) *uadunt orare*] Gallice: ils vont prier. Cfr Diez Grammatik der romanischen Sprachen II 122 194. — 135) *loco campanarum — sine uenia*] Hic locus omnis legitur in itinerario Gerhardi, qui fertur, apud Arnold. Lub. VII 10 p. 524, paucis tantum mutatis, et verbis *uel sabulo* insertis. — 136) *uenias*] genuum flexione. Vid. Dufresne s. v. — 137) *pupplico*] Lingua Latina cadente reviviscebant formae antiquae. — 138) *uocibus*] supple *orant*. — 139) *uenias querunt*] genua flectunt. Vid. Dufresne s. v. venia. — 140) *in dextris lateribus*] non resupinos, Meccam enim oculos convertere debent. — 141) *Maumet*] Mohammedi. — 142) *Mulieres - ingrediuntur*] Haec omnia ad literam invenimus apud Arnoldum l. c., exceptis duobus verbis: *de bocran*. *Bocran* autem non Latinum, sed Francogallicum *bougran* est. Latinas vocabuli formas affert Ducangius s. v. *boquerannus*, de Gallica eius et origine et natura exponit Diez s. v. *bucherame* p. 74. Et hic et illic, quae apud Arnoldum non leguntur, Thietmari verba *uel sabulo* et *de bocran*, ea sunt, quae et rerum Saracenicarum et linguae Francicae familiaritatem quandam prodere videantur. Vocabulo *bocaran* enim Diezio auctore utuntur Provinciales Gallici. — 143) *Nobiles uero — ingredi audet*] Eadem, quamvis non iisdem verbis, dicit Arnoldus l. c.

Cum fuissem in palatio Soldani, quod ex ingenti structura et nobili con- 56.
structum est, uolui uidere Christianos captiuos in fouea Soldani, quod est carcer,
sed ductori meo uisum est non esse consultum. Cum tamen non auderem, 57.
accepi litteras eorum et ipsi meas per internuncios. Et quidam miles de Sweuia 58.
misit mihi bursam[144] propria manu factam de fouea Soldani. Uidi eciam plures 59.
per ciuitatem Christianos captiuos et Teutonicos, quibus tamen timore uite loqui
non audebam. Uidi ibi quendam captiuum de Weringerothe[145] et militem unum 60.
de Quedlingeborgh[146], qui uocabatur Johannes. Et ille mihi misit bursam. 61.

Notandum eciam, quod in Damasco et apud Damascum quelibet natio 62.
libere legem suam colit. In ea eciam plures sunt ecclesie Christianorum. 63.

IV. Est autem Damascus in Ydumea, sed est metropolis Syrie. Ab 1. 2.
hac autem ciuitate ad unum iuger[147] est alia quedam ciuitas sita, pulchra et
nobilis, que uocatur Salaeth[148].

Item in Ydumea est terra Hus[149], unde fuit beatus Job. Cuius quedam pars 3. 4.
Suetha[150] dicitur, in qua est Theman[151] metropolis, ex qua Eliphat[152] Themanites. In 5.
qua eciam Naaman[153] oppidum, a quo Sophar[154] Naamatites. Qui fuerunt amici Job. 6.

Cum autem fuissem in Damasco sex dies, abii et transiui duos fluuios 7.
Syrie et Damasci, Habana[155] et Pharphar[156], et iui uersus montem Seyr[157], ubi
ycona[158] beate uirginis Marie est incarnata. Modus incarnationis hic est. 8.

---

144) *bursam*] crumenam. Vocabulum *bursae* a Graeco βύρσα, vellere, derivat Diezius s. v. borsa p. 63. Damascus etiamnunc rebus e corio confectis nobilis est: vid. Ritter XVII (2) 1383. — 145) *Weringerothe*] Wernigeroda. — 146) *Quedlingeborgh*] Quedlinburgi anno 1207 Philippus, Germaniae Imperator, curiam habuerat, in qua collecta pro terra sancta in quinquennium instituenda decreta erat. Vid. Monum. Germ. t. IV, legum t. II p. 805. Ceterum ex hoc loco iure effici poterit, Thietmarum et Germanum fuisse, et spectatiorem queadam honestioremque clericum. — 147) *iuger*] Formam hanc quamvis dubiam in *iugerum* mutare non ausus sum, quum exstet Genitivus *iugeris*. — 148) *Salaeth*] nunc Sâlehiyeh, suburbium Damasci. Vid. Ritter XVII (2) 1307 et 1423. — 149) *Hus*] Cfr Jobum I 1. Thren. IV 21. — 150) *Suetha*] Suah, nunc fortasse Szyhhan, ut coniecit Raumerus p. 187. Sed vid. Ritter XV (1) 127. — 151) *Theman*] Vid. Ritter l. c. — 152) *Eliphat*] Eliphas, Job. II 11. — 153) *Naaman*] Naema. Vid. Ritter l. cit. — 154) *Sophar*] Zophar apud Jobum II 11. — 155) *Habana*] Abana, Amana, quem nunc fontem Fidscheh esse suspicatur Carolus Ritterus, qui in literis ad me humanissime missis citat Pocockii descriptionem orientis vol. II p. 198 interpretationis Breyeri. — 156) *Pharphar*] nunc Awadsch; vid. Ritter XVII (2) 1326 sq. — 157) *Seyr*] Henricus Kiepertus in epistola ad me data Thietmarum recenti nomine *Sherky*, quo vocetur Antilibanon, falli se passum esse coniecit. — 158) *ycona*] εἰκών.

1. V. Tempore illo, cum Greci terram inhabitabant, fuit apud Damas-
2. cum[159], metropolim ciuitatem Syrie, quedam uenerabilis matrona. Sancti-
monialis[160] habitum suscipiens, Domino seruire studebat, et, ut diuinis liberius
uacare potuisset[161] orationibus, ciuilem declinans[162] tumultum, sexto miliario ab
urbe predicta recessit ad locum Sardanaiam[163] nominatum, ibique sibi domum
et oratorium in honore sancte Dei genitricis Marie edificans, hospitalitatis officium
3. pauperibus peregrinis ministrauit. — Contigit autem, quod quidam monachus de
Constantinopolitana urbe, cum orationum deuotione sacra loca uisitando Ihero-
4. solimam ueniret, receptus est a sanctimoniali in hospicium. Que cum audiret
eum ad sanctam ciuitatem tendere, humiliter et cum magna prece rogauit eum,
ut afferret ei de sancta ciuitate quandam yconam (scilicet tabulam pictam,) quam
in oratorium suum poneret, ut ymaginem Dei genitricis sibi oranti representaret.
5. 6. Et promisit se delaturum yconam sanctimoniali. Qui cum uenisset Iherosolimam,
expletis orationibus suis et sacris locis uisitatis, sui promissi inmemor redire
7. 8. uoluit. Et aggrediens iter egressus est a ciuitate. Et ecce! uox de celo emissa
ad eum dixit: „*Quomodo sic redis uacua manu? ubi est ycona, quam te sancti-*
9. *moniali delaturum promisisti?*" Tunc rei memor, monachus in ciuitatem regressus
10. interrogauit, ubi uenundarentur ycone. Inter ceteras uero, que uenundabantur,
11. yconas quandam sibi placuit emere. Et egressus est a ciuitate, secum deferens
yconam, iter autem suum faciens ad locum quendam, qui modo Gith[164] nomi-
12. natur, ubi tunc leo ferus absconditus omnes, quos poterat, deuorabat. Qui
ueniens obuiam monacho humiliter cepit lambere pedes eius, et eum diuina
13. protegente gracia euasit illesus. Deinde uenit ad quandam speluncam latronum,
14. ubi plures conueniebant latrones. Qui uidentes uoluerunt manus inicere in eum,
sed angelica uoce eius[165] exterriti sunt, nec mouere se nec loqui ualebant;

---

159) *apud Damascum*] Damasci. — 160) *sanctimonialis*] mulieris religiosae, sanctimoniae deditae. — 161) *potuisset*] posset. — 162) *declinans*] fugiens. Cfr Ciceronem Mil. XV 40: *Quum Antonius illam beluam, iudicii laqueos declinantem, iam irretitam teneret.* — 163) *Sardanaiam*] nunc Saidanaya, claustrum virginum. Ludolfus de Suchem c. XLIV p. 99 *Sardenay*, Pseudoiacobus de Vitriaco historia orient. lib. III p. 1126 *Sardinia*, Gerhardus (s. verius Burchardus) apud Arnoldum Lub. p. 522 *Saydaneida* habent. Ceterum codicis scripturam *Sardanaim* coniectura emendavimus. — 164) *Gith*] Gethaim in tribu Beniamin, cuius mentio fit apud Sam. II 4 3, id quod me pro ea, qua est, humanitate literis docuit Carolus Ritterus, citans insuper Relandi Palaestinam p. 814. — 165) *voce eius*] inde deterriti sunt; nisi forte scribendum est: *voce ea*, ut dicatur vox illa, quae etiam § 8 memoratur.

monachus uero Deo opitulante suum securus tendebat iter. Tunc considerans, 15.
quam tenebat, yconam diuine aliquid uirtutis [166], secum deliberauit, ut sancti-
moniali non afferret yconam, sed ad suam patriam secum deportaret. Tunc 16.
ueniens ad Accon ciuitatem nauim intrauit, uolens ad patriam remeare. Parantes 17.
uero uela ceperunt naute nauigare Constantinopolim. Cumque per aliquot dies 18.
mare fuissent ingressi, orta subita tempestate ualida in mari ceperunt naute
periclitari et sua queque singuli in mare proicere. Cumque predictus monachus 19.
suum eicere saccum uellet, in quo erat ycona, dixit ad eum angelus: „*Uide, ne
proicias yconam, sed leua eam in manibus ad Deum.*“ Mox itaque cessante 20.
tempestate in mari fit tranquillitas. Ignorantes, quo pergerent, uolentes nolen- 21.
tesque retro redierunt ad Accon ciuitatem, unde nauigauerant. Tunc monachus, 22.
que circa se gesta fuerant, uidens et Dei uoluntatem intelligens suisque pro-
missis uolens satisfacere, uenit ad sanctimonialem, secum deferens yconam.
Que deuota [167] suscepit eum, utpote religiosum. Ignotus tamen ei fuerat propter 23. 24.
frequentiam hospitum, quia promissam yconam non requirebat ab eo. Cum ergo 25.
monachus a se requiri non uideret yconam, sanctimoniali non reddere, sed secum
intra se deferre cogitauit [168]. Uale facto [169] adinuicem intrauit in oratorium, ut 26.
oraret et postea ad sua remearet. Facta oratione cum egredi uellet, non in- 27.
ueniebat, qua ab oratorio exire potuisset. Ponens ergo yconam, quam ferebat, 28.
et hostium [170] uidens oratorii apertum, iterum exire uolebat. Et item assumpta 29.
ycona nec hostium, nec quo regrederetur uidebat; et ita per totam diem, cum
yconam deponeret, uidit, sumpta uero ycona cum egredi uellet, non ualebat.
Monachus uero, iusticiam diuine uoluntatis intelligens, yconam ponens in oratorio, 30.
ad sanctimonialem reuertitur, et ei omnia, que facta fuerant dispositione diuina,
in rei ueritate per ordinem narrauit. Dixit ergo eciam, quia [171] diuine uoluntatis 31.
fuerat, ut ibi ycona remaneret et a fidelibus ueneraretur debito honore. Accepit 32.

---

166) *uirtutis*] supple *habere*, quod fortasse librarii culpa excidit. *Virtus* autem medii aevi scriptoribus saepe est facultas miracula edendi. — 167) *deuota*] submisse. — 168) *intra se cogitauit*] apud animum suum constituit. Similiter Plinius H. N. X sect. 59 (c. 42) formula „intra semet meditari“ utitur, et Velleius II 111 4 habet: *intra se furens hostis*. — 169) *Uale facto*] Verbi valefaciendi exempla plura affert Ducangius. — 170) *hostium*] ostium. — 171) *eciam, quia*] *Eciam* est coniectura Baronis de Saint-Genois: liber ms. habet *et*. *Quia* particula, orta ex Graeca *ὅτι*, cuius locum in Vulgata tenere assolet, verbis declarandi praecedentibus pro Accusativo cum Infinitivo usurpatur. Cfr Deuteron. VII 9.

ergo sanctimonialis yconam, et cepit [172] laudare et benedicere Deum et gloriosam
33. uirginem Mariam de omnibus, que facta fuerant. Monachus uero in eodem loco
seruire Deo proposuit per residuum tempus uite sue propter uirtutem [173], quam
34. Deum fecisse nouerat per ymaginem sue sancte genitricis. Cum autem in
magna reuerencia haberetur ycona, cepit ipsa desudare et liquorem quendam
35. 36. emittere. Sanctimonialis uero liquorem subsindone [174] munda detergebat. Fuit
namque tante uirtutis manans ab ymagine liquor, ut infirmitatibus suppositus [175]
37. 38. expelleret languores. Quam uirtutem adhuc habere dinoscitur. Cepit ergo iam
ualde honorari, quia plurimi uariis languoribus infirmantibus laborantes illuc
39. ueniebant et sanabantur. Sanctimonialis uero preparans uenerabilem locum, ubi
yconam reponeret, rogauit quendam presbiterum honestate morum preditum tam-
40. quam digniorem, ut eam assumeret et in preparato loco reponeret. Et induens
se sacerdos sacris uestibus, ad yconam accessit; et cum ymaginem tangeret,
arefacte sunt manus eius, et toto corpore infirmatus post triduum migrauit a
41. 42. seculo [176]. Postea uero nullus eam presumebat tangere uel mouere. Sanctimonialis
uero subter yconam uas preparauit, in quo liquor manans ab ymagine recipitur.
43. Cepit autem Dei genitricis ymago carnis mammillas paulatim emittere, carne
44. uestiri. Nam ymago eadem, ut a fratribus [177] testantibus, qui uiderunt, scilicet
a fratre Thoma [178], qui eciam eam digito palpauit, et ab aliis quam pluribus,
45. qui eam uiderunt [179], didicimus, a mammillis deorsum carne uidetur induta. De
46. qua carnis liquor emanat. Quem liquorem ibidem fratres templi ad domos suas
deferunt, gracia orationum illuc uenientes, quando cum paganis treugas habent [180].
47. Contigit autem, quod quidam Soldanus Damascenorum, qui monoculus fuerat,
oculo, cum quo uidebat, infirmabatur, et amittens uisum factus est cecus.

---

172) *cepit*] coepit, ut *pena* ponitur pro *poena*. — 173) *uirtutem*] miraculum. — 174) *subsindone*] Sindones, σίνδονες, passim, subsindones nusquam, quod sciam, memorantur. — 175) *infirmitatibus suppositus*] contra morbos adhibitus s. sumtus. — 176) *migravit a seculo*] mortuus est. — 177) *a fratribus*] Praepositionem a librario omissam restituimus. — 178) *a fratre Thoma*] Oliverius Scholasticus in historia Damiatina c. V p. 1400 editionis Eccardi haec habet: *Magister Thomas, theologus et doctor bonus et opinionis clarae, apud Castrum filii Dei diem clausit extremum.* Quae verba historiae orientalis libro III p. 1131 descripsit Pseudoiacobus de Vitriaco. — Hic autem Thomas, qui, nisi fallor, idem est atque testis ille Thietmari, obiit anno 1218. — 179) *qui eam uiderunt*] Verum Thietmarus et ipse eam suis oculis vidisse dicit infra c. VI § 13. — 180) *habent*] Ita e coniectura scripsimus: codicis Hamb. scriptura est *habentes*.

Audiens autem de ymagine Dei genitricis, quanta Deus pro ea operaretur 48.
miracula, uenit, ubi uenerabatur ycona, et intrauit in oratorium, fidem habens in
Domino, quamuis paganus esset, ut per ymaginem sue genitricis ei sanitatem
reddere potuisset, et proiecit se in terram et orauit. Surgens autem ab oratione 49.
atque suspiciens, uidit ignem ardentem in lampade, que ante ymaginem posita
erat. Deinde cetera omnia uidens, glorificauit Deum ipse et omnes, qui aderant. 50.
Et quia primum uiderat ignem ardentem in lampade, uouit Domino, quod annua- 51.
tim redderet in redditibus [181] ad luminaria eiusdem basilice LX metretas [182] olei,
quales usque ad tempus Coradini [183], Damascene ciuitatis Soldani, ecclesie illius
habuerunt seruitores. Habitant in eadem ecclesia sanctimoniales. Sunt eciam 52. 53.
monachi Greci, in quadam parte diuinum agentes ministerium; dignitas tamen et
magistratus est sanctimonialium pro reuerencia supradicte monialis [184], que locum
illum primum inhabitauit et in honore sancte Dei genitricis Marie ecclesiam
fabricauit [185].

Anno M°CC°IIII° ab incarnatione Domini, feria tertia [186] ante Pascha, 54.
contigit in carcere militum in fouea [187] Soldani de Damasco, ut quidam miles
extraheret phialam unam de oleo [188] sancte Marie de Sardanaia armiolo [189], in quo

---

181) *redditibus*] reditibus. — 182) *metretas*] μετρητάς. Metreta vini habuit sextarios X. — 183) *Coradini*] Malek el-Moattam (Moaddhem, Muaddem) II Scharf-ed-Din Isa, anno 1200 a patre Malek al-Adel I Seif-ed-Din Abu Bekr Muhammed Sultanus Damasci institutus, a Christianis Coradinus dici solebat. Quamobrem scriptionem *Moradini* mutandam duximus, quamquam verba Marini Sanuti c. V: „*Conradinus, qui et Melec Mahadan*“ alii quoque sententiae ansam praebent. Thietmarus enim, si scriptura genuina est, ex vocabulis *Coradinus* et *Mahadan* per errorem vocabulum Moradinus conflare poterat. — Moaddhem autem Christianis infestus erat: vid. Wilken VI 65, Rehmii hist. med. aevi vol. III part. II p. 103. — 184) *monialis*] sanctimonialis, monachae. — 185) *fabricauit*] condidit. Sed cfr Ritter XVII (1) 260. — 186) *feria III*] i. e. die Martis, qui est d. XX m. Aprilis. — 187) *fouea*] Gallorum *basse-fosse*, carcer. Vid. Dufresne. — 188) *phialam unam de oleo*] Plane ac si Francice diceres: *une phiole d'huile*. Fortasse hanc fabellam a Gallico quodam scriptore mutuatus est Thietmarus. — 189) *de-armiolo*] Dormitantem h. l. librarium arguit illud *da* in libro manuscripto exstans. Quare etiam in vocab. *armoila* altera litera *a* per errorem scribi poterat. Praeterea literas *oi* transpositas esse coniicientes, vocab. *armiolo* invenimus, natum illud e Gallico *armiole*, quod cum Latino *armillum* componit Dufresne. Quod autem vocab. *armioli* apud Ducangium desideratur, parum refert in scriptore gallicissante, nec necesse erit, scribere potius *armilio*, quia Ducangius habeat *armilium*. Armiolum autem erat vas vinarium maius, aptum quod in humeris portaretur, in quo igitur phiala illa facile poterat reponi.

reposuerat, ad uidendum, et uidit, quod oleum esset incarnatum, sed in duas
partes diuisum, ita quod una pars olei in inferiore parte phiale, et altera in
55. superiore. Et accipiens cultellum, cum acumine cultelli uoluit coniungere
superiorem partem inferiori; et ut acie cultelli tetigit oleum, quod in superiori
parte phiale pendebat, statim inde gutte sanguinee effluxerunt coram capellanis
56. et militibus, qui aderant, et ceteris captiuis uniuersis. — Sunt alia plura mira-
cula, que per ymaginem sue sancte genitricis Marie operatur omnipotens Deus,
cui honor et gloria et potestas et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

1. **VI.** Sciendum autem, quod in oppido hoc, ubi habetur ycona domine
nostre, Sarracenus stacionarius esse [190], uel pernoctare non presumit [191], quia,
cum terra fuit perdita, Sarraceni decreuerunt illum occupare et munire, sed [192] ad
annum [193] ibi uiuere non potuerunt.

2. 3. Est autem in illo loco episcopus et abbatissa et sanctimoniales. Pro
reuerencia beate uirginis principatus loci illius cedit abbatisse.

4. Hoc in loco accidit tale miraculum tunc in continenti [194] in festo domine
5. nostre. Nota. Cum multitudo copiosa ad iam dictum locum gracia olei et ora-
tionum confluxisset, et singuli iam oleum in uasculis suis recepissent, accidit,
6. ut quedam matrona uasculum, in quo reponeret oleum, non haberet. Unde
planctu maximo et eiulatu totam repleuit ecclesiam, quod pro carencia [195] uasis
7. re preciosa caruisse debuisset [196]. Mater ergo misericordie, miserans lamen-
tantem, non propter meritum, (quia Sarracena fuit,) sed propter affectus multi-
tudinem et credulitatem salutis [197] de ipso oleo prouenientis matronam desiderio
suo non fraudauit, sed [198] ampullam oleo plenam in manu eius [199] miraculose
inuenit.

8. 9. Notandum eciam, quod in loco illo uinum satis habundat [200]. Querunt
eciam Sarraceni occasionem ueniendi illuc, ut ibi bibant uinum occulte, quia

---

190) *stacionarius esse*] sedem stabilem habere. — 191) *presumit*] audet. Ordinem verborum e coniectura restituimus. — 192) *sed*] Vera, ut videtur, scriptura: codex *quia* habet. — 193) *ad annum*] per annum. De re cfr Ludolfum de Suchem p. 50. — 194) *in continenti*] ex continenti, continuo. — 195) *carencia*] penuria. Vid. Dufresne. — 196) *caruisse debuisset*] carere debebat. — 197) *credulitatem salutis*] propter fidem, quam mulier habebat oleo. — 198) *sed*] Hoc quoque loco, ut supra, *quia* in codice pro *sed* scriptum esse videbatur: unde correximus. — 199) *manu eius*] sua. — 200) *habundat*] abundat.

eis uinum bibere iuxta ritum suum non licebat[201]. Cum uero inebriati fuerint, 10.
recedunt[202] in continenti[203].

Notandum eciam, quod omnes porte Damasci sub arta custodia seruantur, 11.
ne aliquis inducat uinum.

Item in confinio huius prouincie est Chaldea et Mesopotamia. 12.

Non longe autem a loco illo fluit Eufrates, qui apud illos uocatur, purus 13.
et frigidus. Qui transit Babilonem desertam. Unde propheta[204]: *„Cecidit Babilon,* 14. 15.
magna mater fornicationum“ et cetera. Ubi regnabat Nabugodonosor. Ubi 16. 17.
turris Babel. Ibi eciam est mauseolum[205] Danielis prophete, mirabili structura 18.
et artificiose preparatum.

VII. Est eciam ab illo loco uersus orientem in confinio Chaldee, 1.
Ydumee et Persye ciuitas magna et munita, nomine Baydach[206], metropolis.
Ubi est papa Sarraçenorum, nomen habens Galiphel[207], prediues et prepotens, 2.
et condit Sarracenis leges, et sub pena[208], sicut noster papa, precipit ab omnibus
firmiter obseruari. Hic numquam egreditur[209] de die, sed de nocte quando 3.
placet. Si autem quisquam eum uiderit nocte euntem et nominauerit uel pro- 4.
diderit, peccat mortaliter quoad eos. Die uero, cum residet in solio suo, si qui 5.
ueniunt uidere eum[210], querunt uenias coram eo, et eundo super genua sua
accedunt ad ipsum, deosculantes genua sua. Si tamen nobiles fuerint, non 6.
genua sua, sed scapulas suas deosculantur. Habet autem papa iste in domibus 7.
et in thalamis suis plurimas uirgines, quibus commiscetur ubi uult. Si quis 8.
autem nobilis unam suarum corruptarum potuerit ducere, uidetur ei[211] reginam
celi, Dianam uel Uenerem accepisse. Uie[212] huius pape longe sunt a uiis nostri pape, 9.
et longe faciat Dominus, immo nullas, et papatum eius breuem faciat super terram.

---

201) *licebat*] licet. — 202) *recedunt*] moriuntur. Duo eius significationis exempla affert Dufresne: *His coss. Honorius Augustus recessit Veronae. — His coss. recessit apud Mediolanum Theodosius Augustus.* — 203) *in continenti*] nimirum lege eorum. — 204) *propheta*] Memoriter citans h. l. sanctum Joannem prophetam appellat Thietmarus, ut supra vocab. *evangelii* pro N. T. usurpavit. — Dicit enim Apocal. XIV 8 s. et XVIII 2, quibuscum conferenda sunt quae leguntur XVII 5. — 205) *mauseoleum*] mausoleum, usitata verborum depravatione. Vid. Dufresne. — 206) *Baydach*] Bagdad, de qua urbe et de iis, quae sequuntur, vid. Ritter X 216 sqq. — 207) *Galiphel*] Calipha a Ludolfo de Suchem c. XXXII p. 56 s. appellatur. — Erat Chalifus Ahmed VI Abul 'Abbas Nasr-ed-Din inde ab anno 1180. Vid. Rehm III (2) p. 9. — 208) *sub pena*] poena. — 209) *numquam egreditur*]. Cfr Rehm l. c. p. 12. — 210) *ueniunt uidere eum*] gallice: viennent le voir. — 211) *uidetur ei*] sibi. — 212) *Uie*] cfr Jesaiam LV 8: *neque viae vestrae viae meae.*

10. Est eciam prope Damascum quedam magna terra, cuius medietas[213] est
11. pape Sarracenorum, altera medietas est Soldani de Damasco.[214]. In haec terra
12. crescit lana, que dicitur *coctum* Gallice[215], *bombacium*[216] Latine. Que colligitur
de arbustis paruis.
13. Transitis autem locis memoratis et uisa ycona Domine nostre reuersus
sum Accon.
1. **VIII.** Desiderio[217] autem desiderans desiderantissime corpus beate
Katerine, sacro sudans oleo, uisitare, eoque ardentius, quo id in animo meo
proposueram diuturnius, totum me, corpus et animam, gracie Dei et beate Ka-
terine submisi[218] auxilio, quelibet pericula et casuales[219] euentus non abhorrens.
2. Tanto desiderio inflammatus, (uitam enim et mortem uel captiuitatem perpetuam
alee fortune uel fluctibus exponebam) — Accon igitur[220] iter arripiens[221], habitu
tamquam Georgianus[222] monachus et longa barba simulaui quod non eram, et
iui super ripam maris ad tria miliaria uersus Carmelum unde propheta[223]: „*Decor*
3. *Carmeli et Saron.*“ Distat autem Carmelus ab Accon ad tria miliaria uersus
4. meridiem. Saron similiter distat ab Accon ad tria miliaria uersus septentrionem.

---

213) *medietas*] dimidium. — 214) *Damasco*] Anno 1174 Damasceni Saladino urbem suam tradiderant. Quare Thietmari temporibus Eiubidae, Sultani Aegypti, Damasci regnaverunt. — 215) *coctum Gallice*] coton. Cfr. Jac. de Vitriaco hist. Jherosol. c. LXXXV p. 1099. — 216) *bombacium*] Francogallorum bombasin, amedii aevi scriptoribus vulgo bombax, bombix dicitur. — 217) *desiderio*] Cfr Luc. XXII 15, ubi in Vulgata legitur: *Desiderio desideraui*. In verbis *desiderio desiderans desiderantissime* et *sacra sudans* fortasse mecum alliterationis vestigia agnosces. Et conferre iuvabit carmen, quod ante hoc biennium in conventu philologorum citavit V. Cl. Mart. Hieron. Hudtwalcker:

Rex, *reg*ionis apex et supra *reg*na *reg*imen,
Qui *cap*ut es *cap*itum, vir *cap*itale bonum,
*Orna*mentorum *orna*tus *orn*atius *orna*ns,
Qui *dec*us atque *dec*ens cuncta *dec*enter agis.

Medii aevi poëtae antiquitatis classicae obliti alliterationem in Germanica poësi usitatam in Latinis quoque carminibus usurpasse videntur. Vid. libros inscriptos: *Verhandlungen der funfzehnten Versammlung deutscher Philologen* pag. 19 et *Altdeutsche Wälder herausgegeben durch die Brüder Grimm* vol. I p. 127 sq. — 218) *submisi*] Hoc loco valde dubia est codicum scriptio. — 219) *casuales*] casu oblatos. — 220) *Accon igitur*] Ab his verbis quum oriatur apodosis, particula *igitur* turbatur periodi structura, nec tamen expellendam duximus utpote in ἀνακολούθῳ. — 221) *iter arripiens*] idque, ut videtur, haud multo post d. VII m. Decembris anni 1217, quo die altera expeditione peracta Ptolemaïdem reversi erant crucesignati. Cfr Wilken VI 148 sqq. — 222) *Georgianus*] Ita ut scriberem, adductus sum iis, quae leguntur apud Jacobum de Vitriaco hist. Jherosol. c. LXXIX p. 1095, Georgianos Saracenis valde formidabiles et in praeliis strenuos, a Saracenis nullo modo molestari, ne forte quum ad propria reuersi essent, Saracenis vicem rependerent; crines et barbas alentes unius fere cubiti longitudine pilos in capitibus gerere. Cfr Ritter XVI 494. — 223) *propheta*] Jesaias XXXV 2.

In pede montis Carmeli sita est quedam ciuitas, que uocatur Cayphas [224], 5.
nunc a Sarracenis destructa. Que et Porfiria dicta fuit. Quam pertransiui. 6. 7.

Notandum eciam, quod iuxta Ptolomaidam [225] urbem est fluuius, quem 8.
uocant Beleum [226]. Cui prope est sepulchrum Memnonis [227], adnumeratione [228] 9.
dignissimum. Fons autem istius fluuii uallem habet rotundam, uitream emittens 10.
harenam [229]. Quam cum homines exhauserint, locus idem rursus inpletur [230] et 11.
statim uitrum efficitur. Quecumque autem pars harene, que modo fuit uitrum, 12.
super margines loci illius fuerit iactata, in communem harenam denuo mutatur.

Super hanc ciuitatem, scilicet Caypham, in procliuo montis Carmeli est 13.
spelunca Helye et Elizei prophetarum [231]. Ibi est quedam capella constructa. 14.

In uertice montis Carmeli est quoddam cenobium [232], ubi adhuc cohabitant 15.
cenobite Greci et Suriani.

In monte isto multa fecit Helyas. Orauit [233] enim, ut non plueret super 16. 17.
terram, et non pluit annos tres et menses sex; et rursum orauit, et celum dedit
pluuiam. — Hic eciam occidit prophetas Baal [234]. Postea fugiens Iezabel [235] 18. 19.
reginam uenit in desertum. Ubi obdormiuit sub umbra iuniperi. Ubi exitatus 20. 21.
ab angelo sumpsit cibum, et in fortitudine cibi illius iuit quadraginta dies usque
ad montem Dei Oreb, qui est Synai [236].

In fine montis Carmeli est ciuitas Iezrahel [237], ubi Iezabel, impiissima 22.
regina, que abstulit uineam Naboth [238], de solio suo precipitata [239] est. Ubi 23.
adhuc existit piramis [240] eius.

Item iuxta Iezrahel sunt *campi Macedonum* [241], in quibus occubuit rex 24.
Ozias [242], qui in monte Syon sepultus est.

---

224) *Cayphas*] nunc Haifa. Vid. Ritter XVI 722 sqq. — 225) *Ptolomaidam*] Ptolemaïdem. — 226) *Beleum*] Belus fluvius nunc est Nahr Na'man. Vid. Ritter XVI 708 sq., 727 sq. — 227) *Memnonis*] Vid. Ritter XVI 727. — 228) *adnumeratione*] dignum quod numeretur inter sepulchra memorabilia. — 229) *harenam*] arenam. — 230) *rursus inpletur*] Vid. Ritter XVI 727 s. — 231) *prophetarum*] Vid. Ritter vol. cit. p. 717 s. — 232) *cenobium*] Ab hoc coenobio ordo Carmelitarum nomen habet. — 233) *Orauit*] Vid. Reg. I c. 17 v. 1, c. 18 v. 1 et 45, et praecipue Jacobum V 17 sq. — 234) *prophetas Baal*] Vid. Reg. I c. 18 v. 40. — 235) *Jezabel*] Vid. Reg. I c. 19 v. 4. — 236) *Sinai*] Vid. Reg. I c. 19 v. 5-8. — 237) *Jesrahel*] nunc Zer'in. Vid. Ritter XV (1) 411 sqq., XVI 689 s. Robinson III (1) 397 s. — 238) *Naboth*] Vid. Reg. I c. 21 v. 1-14. — 239) *precip. est*] Vid. Reg. II c. 9 v. 30-37. — 240) *piramis*] Cfr Ritter XV (1) 413. Robinson l. c., quamvis pyramidis nulla ibi mentio fiat, sed turris tantum cuiusdam et sarcophagorum. — 241) *campi Macedonum*] Apud Ludolfum sunt campi Magdani; vulgo campus Legionis appellabatur. Vid. Reg. II c. 23 v. 30, Chron. II c. 35 v. 22, Ritter XVI 673, Robinson III (1) 412-415. — 242) *Ozias*] Josia.

25. Mons Carmelus in diuersa montana est diuisus, et extenditur uersus
26. meridiem super[243] mare fere ad duas dietas, in latum ad unam dietam[244]. Mons
27. eciam pascuus est et herbosus, perutilis pecori et uisu delectabilis. Leones et
leopardi[245], ursi, cerui, damme[246], apri siluestres et animal seuissimum, quod
incole appellant lonzam[247], quod eciam formidabile est leoni, papiones[248], quos
appellant canes siluestres, lupi ad modum uulpium magni[249], et caprioli[250]
infiniti[251], nostris minores[252], habentes caudas longas, hic habundant[253].

28. Ad montem istum siue montana, quando sunt treuge, Christiani, templarii[254]
et hospitalarii[255] domus Alamannorum[256], annuatim in mense Februario cum
equis et mulis solent conuenire et expandere tentoria sua in pratis et uiuere in
multa delectatione et iocunditate, et equos suos graminibus plurimum inpin-
29. 30. guare[257]. Et uocatur festum istud *haraz*[258] apud eos. Solent eciam Sarraceni
Boidewini[259] ad locum illum illo tempore treugis interpositis accedere et alter-
31. utrum[260] milicia exercere. Mirabiliter enim et artificiose sciunt equitare Boidewini.
32. Erigunt autem circulum ad modum pugni in hasta quadam[261], quem impetu

---

243) *super*] iuxta. Cfr c. II § 7 p. 6. Ita Galli: *sur Saone, sur Marne.* — 244) *dietam*] diei cursum. — 245) *leopardi*] Cfr Ritter XVI 694, ubi et de apris siluestribus disseritur. — 246) *damme*] damae. Cfr Ritter vol. cit. pag. 484. — 247) *lonzam*] Lonzae pantherae species esse videntur Joanni Gustavo Fischero V. D. Hyaenae, ut putat Dufresne, h. l. non sunt, quum Jacobus de Vitriaco libro cit. p. 1101 lanzani, i. e. lonzam, p. 1102 hyaenam memoret. — 248) *papiones-siluestres*] J. G. Fischerus auctor est, papiones a Francogallis, ut a Buffonio et Cuvierio, *papions*, ab Herodoto κυνοκεφάλους, a Plinio et nostris naturae, quos dicunt, historicis *cynocephalos* appellari, Aegyptiis veteribus nomine Thoth et Och sacros, in V. T. קוף (Koph) esse. Et videas Reg. I c. 10 v. 22, ad quem locum Gesenius in lex. Hebr. Sanscritarum *kapi*, Graecorum κῆπος, κῆβος, κεῖβος, simias caudatas significans, affert. — 249) *ad-magni*] vulpibus magnitudine similes. — 250) *caprioli*] sunt capellae, caprae, Arabibus *beden*. Vid. Dufresne. — 251) *infiniti*] innumeri. — 252) *minores*] Scriptura dubia est, ut etiam *meliores*, *maiores* legi possit. — 253) *habundant*] abundant. — 254) *templarii*] Cfr Ritter XVI 730, 732 s. — 255) *hospitalarii*] milites Sancti Joannis. Cfr Ritter vol. cit. p. 733, 735. — 256) *domus Alamannorum*] Cfr Rehm III (1) 220. — 257) *inpinguare*] saginare, pingues facere. — 258) *haraz*] Ut supra *bocran*, ita hoc quoque loco Francica vocabuli forma *haraz* utitur Thietmarus pro usitata Latina *haracium*. Ita v. g. Vincentius Bellovacensis XXXI 143 haec habet: *Milia equorum praeter illos qui erant in pascuis et haraciis.* — *Haracium*, Francicorum *haras*, est equaria. — 259) *Boidewini*] Beduini, Bedawin. — 260) *alterutrum*] sese inter se invicem exercere. — 261) *in hasta quadam*] Nemo non videbit, h. l. decursionem annularem, quam Francogalli *carrousel* vocant, describi.

cursus sui nitantur hasta transire. Quodsi aliquis fefellerit et circulum hasta 33.
non transierit, ludibrio habitus ab omnibus, a magistro militum Boidewinorum
pugno feritur in uituperium[262]. Ubi milites Christiani Boidewinos iuxta curiali- 34.
tatem[263] seculi[264] solent honorare, ipsis eciam xenia sua conferentes.

Notandum eciam, quod est alius mons Carmelus[265] in deserto Cades[266], 35.
ubi Dauid latitauit, quando fugit a facie Saul. Ubi iurauit occidere uirum 36.
stultum Nabal, quando denegauit ei prandium[267]. Ex huius autem montis 37.
equiuocatione multi ducuntur in errorem.

Item a monte Carmelo perueni Cesaream[268]. Et transiui per fluuium[269], 38. 39.
qui fluit de Carmelo, in quo multi sunt cocodrilli[270]. Ista Cesarea est Palestina, 40.
que quondam dicta est Dor[271], et non Philippi, de qua supra[272] dictum est.
Hic quondam fuit turris Stratonis. Hanc ciuitatem ad honorem Augusti Cesaris 41. 42.
Herodes, rex Judee, Cesaream appellauit. Ubi incipit regio[273] Palestina. In 43. 44.
hac ciuitate uidi ecclesiam sancti Petri[274], edificatam de domo Cornelii[275]
centurionis, quem sanctus Petrus conuertit et baptizauit, et edes Philippi[276] et
cubicula quatuor uirginum prophetissarum[277].

Postea a Cesarea Palestina ueni Assur[278], quondam ciuitatem famosam, 45.
modo fere desolatam. Ubi aliquando milites famosissimi et optimi totius terre 46.
extiterunt.

---

262) *uituperium*] vituperationem. Apud Ducangium hoc vocab. non invenitur. — 263) *curialitatem*] Germanorum medii aevi *hövescheit*, ut apud Manessii poëtas eroticos I 131, significat comitatem, urbanitatem. — 264) *seculi*] mundi, Francogalli dicunt *courtoisie du monde*. — 265) *mons Carmelus*] nunc Kurmul. Vid. Ritter XIV 107 s. Sam. I 25. — 266) *Cades*] Vid. Robinson I 334, II 447. — 267) *Nabal-prandium*] Vid. I Sam. XXV 2 sqq. — 268) *Cesaream*] Ergo Castellum Peregrinorum nondum restitutum erat. Vid. Wilken VI 159. — 269) *fluuium*] nunc Nahr el-Zerka. — 270) *cocodrilli*] Itali *cocodrillo* dicunt, ut recte monet Deycks ad Ludolfum de Suchem. Quare nihil mutandum erat, praesertim quum in universum haereant philologi, utrum *crocodilus*, an *corcodilus* scribendum sit. — 271) *Dor*] Minime, Dor differt a Caesarea: vid. Ritter l. c. — 272) *supra*] c. II § 4 p. 6. De Caesarea Palaestinae vid. Ritter XVI 598 617. — 273) *regio Palestina*] Plin. H. N. V. 14 legitur: *Caesarea finis Palaestinae*. Cfr Ritter XV (1) 101. — 274) *sancti Petri*] Vid. Ritter XVI 607. Wilken VI 158. Arx igitur, cuius meminit Wilken, nondum restituta erat. — 275) *Cornelii*] Vid. Acta Ap. X 1. — 276] *edes Philippi*] evangelistae: vid. Acta Ap. XX 18. — 277) *prophetissarum*] Vid. Acta Ap. XXI 9. — 278) *Assur*] nunc Arsûf. Apud Willermum Tyrensem historiae l. IX c. 19 p. 774 Arsûr appellatur, non Arsûf, id quod pace Ritteri dixerim, quem videas XVI 590.

47. Inde ueni Ioppen, relinquens a sinistris Antipatridam[279] desolatam, quam
48. Herodes sic ex patris nomine nominauit. Ioppe autem sepe et multos uidit
49. bellorum tumultus ab antiquis usque ad hec tempora. Hec ciuitas quondam
50. magna fuit et populosa, modo desolata. Hic erat portus Ione[280], cum uellet
fugere a facie Domini, et auspicium uocabuli uidetur alludere rei, et dicitur
51. Ioppe quasi Ione fugientis portus. Hic eciam, apud Ioppen, secundum fabulas
Andromeda[281], filia Cephei et Cassiopes, iussu Iouis pro crimine matris religata
52. ad scopulos exposita erat marine belue deuoranda. Quam Perseus occisa belua
53. liberauit et duxit in uxorem. Credat qui uelit!

54. Postea procedens uersus Rama[282] uel Ramula (quod idem est), transiui
campum, ubi ab angelo raptus fuit Abacuc[283] propheta, afferens Danieli cibum
55. in speluncam leonum in Babilonem. — Reliqui autem a sinistra parte Ligdam[284],
que Diaspolis dicitur, ubi resuscitata fuit Dorcas[285], sicut in Actibus Apostolorum
legitur, et sanatus Eneas[286], et Listram[287], non procul ab Arimathia[288], de qua
fuit Ioseph, qui Christum sepeliuit, et Nobee[289], quondam urbem sacerdotum,
56. nunc tumulum occisorum. Perueni igitur Rama, que quondam ingentissima fuit,
57. 58. ut patet in ruinis structurarum. Que qualis fuerit antea, fracta docet. Hanc
59. edificauit Herodes. Unde legitur[290]: „*Uox in Rama audita est*“ etc.

60. Inde moui iter[291] uersus Bethleem, transiens per Iudeam et relinquens a
dextris Philisteam (quinque ciuitates Philistinorum: Gazam, cuius portam Samson[292] fregit et in montem secum detulit; Ascalonem, ubi adhuc quedam turris

---

279) *Antipatridam*] Antipatridem. Vid. Ritter XVI 75. Robinson III (1) 258 sqq. Quaeret fortasse quispiam, cur Thietmarus Apolloniae non fecerit mentionem. Sed hanc Robinson cum Arsúf componit, id quod Thietmari auctoritate confirmari videtur, qui eam alioquin vidisset et memorasset. — 280) *portus Jone*] Jope est vocab. Phoenicum, significans collis: vid. Ritter XVI 574 s. — 281) *Andromeda*] Cfr Plinii H. N. V 14. Ritter XVI 574. — 282) *Rama*] Vid. Ritter XVI 580-586, Robinson III 244-250. — 283) *Abacuc*] Habacuc. Vid. Dan. XIV 35. Campus ille memoratur versu XXXII, sed alio, non hoc loco est: prope Hebron auctore Rittero XVI 207. — 284) *Ligdam*] Lyddam, Hebraeorum לד (Lod). Ritter XVI 550 s. — 285) *Dorcas*] Vid. Act. Ap. IX 36 sqq. — 286) *Eneas*] Vid. Act. Ap. l. c. v. 32-35. — 287) *Listram*] fortasse recens pagus Làtrùn. — 288) *Arimathia*] Quae ubi fuerit, Toblero teste adhuc ignoratur. Cfr Ritter XVI 582. — 289) *Nobee*] nunc Beit Nùbah, olim Nob. Subest error Thietmari eiusque aequalium. Vid. Robinson II 369, III (1) 280 sqq. — 290) *legitur*] apud Matth. II 18, sed in Vulgata tantum, Lutherus vocab. Ramae interpretatus est. — 291) *moui iter*] discessi, abii. — 292) *Samson*] Simson, vid. I Maccab. XIII 43.

est, que dicitur turris puellarum[293] (que dicitur eciam cementata[294] de sanguine
humano — hec ciuitas deserta est) et Accaron) — Et omnia reliqui a dextris, et 61.
transiui per montana Iudee. Ubi prospiciens uersus sinistram uidi Samariam, 62.
que dicitur nunc Sebasta, ubi sepultus est sanctus Iohannes baptista inter
Abdiam et Eliseum[295] prophetas.

Non longe a Sebasta est Sichem, que modo Neapolis dicitur, ubi rapta 63.
fuit Dina[296], filia sororis Iacob. Ubi in uicino est puteus Iacob[297], ubi Dominus 64.
petebat aquam a Samaritana, quando dixit ei: „*Quinque uiros habuisti*"[298] etc.
Iuxta quem puteum Ieroboam fecit duos uitulos aureos[299], quos adorauerunt 65.
filii Israel. Ubi Dauid interfecit Goliam. Reliqui eciam a dextris Silo[300] et 66. 67.
Ramatha[301], ubi fuit archa federis[302] ab introitu filiorum Israel usque ad tempora
Samuelis. Et locus iste desertus est. Et Nicopolim, que prius uocabatur 68. 69.
Emaus[303], ubi Dominus manifestauit se duobus discipulis euntibus in uia.

A dextris reliqui Achilon[304] et Gabaon[305], ubi Iosue pugnauit contra quinque 70.
reges, ad cuius preceptum sol tenuit cursum suum usque ad uictoriam populi Dei.

Cum autem de montanis Iudee procederem uersus Bethleem, et uenissem 71.
contra Iherusalem ad tria miliaria, incidi in laqueum. Unde uersus:

Incidit in Scillam cupiens uitare Caribdim.

Cum enim sit Bethleem iuxta Iherusalem, ut ciuitatem sanctam uitarem et peri- 72.
culum, feci uie dispendium[306]; sed frustra, quia ibi quod uerebar accidit, et

---

293) *puellarum*] Dicit fortasse templum Astartae vel Veneris Uraniae, vid. Ritter XVI 84. — 294) *cementata*] exstructa. Nec vocabulum apud Ducangium, nec rem ipsam apud quemquam commemoratam invenimus. — 295) *Abdiam et Eliseum*] Obadiam et Elisaeum: vid. Robinson III (1) 369 notam 4. — 296) *Dina*] Genes. XXXIV 2. Cfr Ritter XVI 637 sqq. — 297) *puteus Jacob*] Vid. Robinson III (1) 329-335. — 298) *habuisti*] Joh. IV 18. — 299) *aureos*] I Reg. XII 28. — 300) *Silo*] Thietmarus, ut aequales eius, recentem *Neby Samwil*, quae est Mizpa, cum ruinis urbis *Seilûn*, multo superius sitae, confundit. Vid. Ritter XVI 107, Robinson III (1) 302 sqq. — 301) *Ramatha*] Dicit urbem Samuelis, de qua est Sam. I 1-19. Cum recenti Neby Samwil confundebatur a monachis. Ramatha ubi fuerit, non constat. — 302) *archa federis*] Arcam federis non Ramathae, sed in urbe Silo fuisse constat, nec tamen hunc calami errorem corrigere ausi sumus. — 303) *Emaus*] Emmaus. Pagus Emmaus, ubi acta sunt quae leguntur ap. Luc. XXIV 13-35, confunditur h. l. cum urbe Emmao sive Nicopoli, recenti Amwâs prope Yâlo, de qua vid. Robinson III (1) 281 s. Ceterum cfr Ludolfum XLIII p. 92, qui Thietmarum, ut videtur, sequutus est. — 304) *Achilon*] Ajalon, nunc Yâlo. Vid. Ritter XVI 123. Cfr Robinson III (1) 278 sq., Josuae X 12, XIX 42. — 305) *Gabaon*] Gibeon, nunc El Jib. Vid. Ritter XVI 105 sq. — 306) *uie dispendium*] circuitum. —

73. captus a Sarracenis ductus sum Iherusalem. Tunc temporis uiuus uidebar mihi
74. mortuus. Ille enim status inter presentes passiones et timorem mortis uel captiuitatis perpetue nichil distabat; immo mortis et captiuitatis timore uentilatus
75. hinc inde singulis mihi uidebar mori momentis. Sic captiuus detinebar duobus diebus et una nocte extra portam ciuitatis, ubi sanctus Stephanus prothomartir
76. lapidatus fuit. In quo loco quondam constructa est ecclesia, sed nunc a Sarracenis funditus euersa.

77. Cum ergo mihi captiuo et sic angustiato non esset spes nec uia spei, Deus, qui prope est omnibus inuocantibus eum, uisitauit desperantem, spem
78. redintegrauit, et me miraculose conseruauit. Sic: Habui comitem Hungarum nobilem [307], qui sciuit quosdam conprouinciales [308] suos Hungaros sarracenos
79. 80. obtentu studii [309] existere Iherusalem. Quos fecit uocari. Quibus uocatis et
81. agnitus ab ipsis amicissime receptus est. Qui dum intellexissent casum captiuitatis nostre, partes suas interposuerunt, et labore non modico fecerunt nos expeditos.

1. **IX.** De sancta ciuitate [310] quia multi multa dixerunt et quia de ea
2. multa dici possunt, me aliqua dicere duco ociosum. Tamen de multis dicam
3. 4. pauca. Ciuitas ista est fortissima, muris et turribus munita. Templum Domini, quod dicitur Salomonis, mirifice adornatum, Sarraceni in suam maumeriam [311]
5. conuerterunt, quo numquam Christianus presumit intrare. Ecclesia Dominici sepulchri et locus passionis sine luminaribus et sine honore et reuerencia semper clausa existit [312], nisi forte gracia oblationum peregrinis aperiatur.

6. 7. Mons Syon [313] est infra ciuitatem in orientali uel in [314] australi parte. In cuius summitate [315] est ecclesia [316], ubi Dominus lauit pedes discipulorum suorum.
8. 9. Ibi eciam in die Pentekostes disciduli Spiritum Sanctum acceperunt. Ibi beata
10. uirgo Maria in medio apostolorum Deo reddidit spiritum. Ibi Dominus presen-
11. 12. tatus fuit Pylato iudici. Ibi cum discipulis cenauit. Ibi Iohannes supra pectus
13. Domini in cena recubuit. Ibi clausis ianuis post resurrectionem discipulis

---

307) *Hungarum nobilem*] Cum rege Andrea venisse videtur. — 308) *comprouinciales*] populares. — 309) *Hungaros-studii*] Locus memoratu dignus, quum Hungaros iam duobus seculis ante Christianos factos esse constet. Verba *obtentu studii* non intelligo, nisi forte literis operam dederint Hungari illi. — 310) *ciuitate*] i. e. urbe Hierosolymis. — 311) *maumeriam*] cfr III 40. — 312) *existit*] est. Cfr VIII 23. — 313) *Syon*] Zion. — 314) *uel in*] est i. q. et; vid. notam 113. — 315) *summitate*] cacumine. — 316) *ecclesia*] Vid. Robinson I 401, II 24.

Dominus apparuit. Ibi sanctus Stephanus[317] fuit sepultus inter Nichodemum[318] 14.
et Abibam[319].

A sinistra parte montis extra muros ciuitatis est ager peregrinorum, qui 15.
heldemach[320], id est ager sanguinis, nuncupatur. Iuxta quem agrum est 16.
Gyon[321], ubi Salomon coronatus[322] fuit.

Item prope ciuitatem sanctam est *mons olineti* contra orientem et locus, 17.
de quo Saluator ascendit ad Patrem. Ubi adhuc uidentur uestigia Saluatoris. 18.

In quo eciam monte per annos singulos uacca rufa secundum legem in 19.
holocaustum Domino offerebatur et agnus, cuius cinis expiabat populum Israel.
Item in pede montis olineti contra orientem trans Cedron iactu sagitte Christus 20.
orauit ad Patrem. Ibi eciam sanguinem sudauit. Ibi dixit Petro: „*Non potuisti* 21. 22.
una hora uigilare“[323] etc.

Inde regressus Ihesus Getsemani[324] tentus[325] est a Iudeis et ductus ad 23.
pretorium Pylati in Syon. Ibi eum ad uocem ancille negauit Petrus, et reco- 24.
gnoscens reatum[326] suum descendit in cauernam quandam, ubi amarissime fleuit.
Que hodie *galli cantus* uocatur. 25.

Preterea iuxta portam ciuitatis, que respicit ad meridiem[327], est cauea 26.
quedam, in qua iussu Dei quidam leo sub Cosdroa[328] plurima sanctorum mar-
tirum corpora nocte una comportauit. Que adhuc *carnerium*[329] *leonis* uocatur. 27.

Cum autem duos dies et noctem apud Iherusalem fecissem[330], arripui iter 28.
uersus Bethleem.

---

317) *Stephanus*] Vid. Robinson I 402. — 318) *Nicodemum*] Vid. Ritter XVI 435. — 319) *Abibam*] Abylon habet Ludolfus de Suchem c. XXXVIII p. 77. — 320) *Acheldemach*] Hakeldama. — 321) *Gyon*] Gihon. Vid. Robinson II 25 et notam. Ergo iam Thietmarus ineunte seculo XIII montis huius mentionem iniit, non Brocardus primus. — 322) *coronatus*] Vid. I Reg. I 38 sq. — 323) *uigilare*] Vid. Marcum XIV 37. — 324) *Getsemani*] Gethsemanae. — 325) *tentus*] captus. Vid. Luc. XXII 63. — 326) *reatum*] culpam. — 327) *ad meridiem*] i. e. portam Zionis. — 328) *sub Cosdroa*] Regis nomen Loewio meo adiuvante ex monstro scripturae *cosora* erui. Memoratur *Cosdroes* a Jac. de Vitriaco hist. Jherosol. c. II p. 1052. Est Chosroes II, qui anno 614 Hierosolymis expugnatis Christianos trucidavit. Vid. Robinson II 234 et quae ibi annotata sunt. — 329) *carnerium*] Francice *charnier*, ossarium. Vid. tabulam geographicam, quam egregio suo, qui est de fonte Siloah, libello inseruit Titus Toblerus. — 330) *fecissem*] Cfr prologum § 3.

29. In medio uie uidi sepulchrum Rachel [331], uxoris Iacob, ubi peperit
30. Beniamin, et in partu mortua est. Ubi pyramis eius apparet magnifice structa,
31. locus, qui Arabice uocatur Crabata [332]. Inde perueni usque Bethleem.
1. **X.** Bethleem, ciuitas Dei summi, sita est in iugo montis [333], in longum,
2. et adhuc est integra, nec a Sarracenis destructa. Quam quidem tenent Christiani,
3. Sarracenis subiugales. Et creditur, quod Sarracenus non debet [334] ibi esse
4. stacionarius [335]. Sunt tamen quidam Sarraceni custodes ad limina monasterii
deputati [336], a peregrinis introeuntibus pedagium [337] accipientes; qui [338] tamen ibi
residenciam non faciunt [339].

5. 6. Monasterium istud [340] pulcherrimum est totum plumbo tectum. Bases eius
cum epistiliis [341] et capitellis [342] de marmore nobilissimo, pauimentum eodem
marmore stratum, parietes eius auro et argento uariis coloribus sunt politi [343] et
7. omni opere uel arte pigmentaria ad unguem uenustati. Sarraceni sepe destruxissent hoc monasterium, nisi sollicitudo Christianorum multa pecunia precauisset.

8. In eodem monasterio in capite ecclesie est spelunca [344], ubi Dominus
9. natus est. In qua ego peccator deosculabar presepe, in quo Dominus paruulus
10. uagiit, et adoraui in loco, ubi beata uirgo puerpera Deum fudit infantem. Item
in eodem monasterio uersus septentrionem uidi cellam beati Ieronimi [345], in qua
idem Ieronimus plerosque libros sacre scripture de Hebraico, Greco et Chaldaico
11. transtulit in Latinum. — Ubi in proxima spelunca sepultus est, et Paula [346] et
Eustochium et decem discipuli eius ibidem consepulti.

12. Uidi ibi eciam aliam speluncam magnam, ubi plurima sanctorum innocentium corpora deposita fuerunt.

---

331) *Rachel*] nunc Kubbet Râhil. Cfr Robinson I 363. — 332) *crabata*] كَرَابَةٌ (karâbatun) quum Mordtmanno sponsore Arabibus significet moerorem, calamitatem, hic locus moeroris dici videtur. — 333) *in iugo montis*] Vid. Ritter XVI 285. — 334) *debet*] licet. — 335) *stacionarius*] Vid. Ritterum vol. XVI, extrema pag. 289. — 336) *deputati*] collocati, missi. — 337) *pedagium*] Gallorum *péage*. — 338) *qui*] Saraceni. — 339) *resid. non faciunt*] non habitant. — 340) *istud*] sanctae Mariae. Vid. Ritter XVI 293 sq. — 341) *epistiliis*] Epistylia sunt vel architrabes, vel zophori sive plinthides. — 342) *capitellis*] Capita columnarum etiam Papiae sunt capitella. Vid. Dufresne. — 343) *politi*] Thietmarus aut scripsit, aut scribere debebat ita, ut verba *politi sunt* exciperent verba *parietes eius*. — 344) *spelunca*] Sed cfr Ritter XVI 292, qui sub tecto stabuli, non in spelunca Dominum natum esse censet, obversante G. H. a Schubert. — 345) *Jeronimi*] Hieronymi. Vid. Robinson II 381. — 346) *Paula*] Vid. Robinson vol. cit. p. 380. —

Hinc, hoc est a Bethleem, ad VI miliaria est Ebron [347], uersus meridiem, 13.
ubi quatuor patriarche cum uxoribus suis in duplici spelunca sunt sepulti [348]:
Adam [349], Abraham [350] Ysaac et Iacob. Ubi pulcherrima ecclesia construota est, 14.
quam eciam Sarraceni in multa ueneratione habent, et maxime propter Abraham;
et illa prouincia adhuc dicitur terra Abraham.

Est autem ager quidam in Ebron, qui in multo habetur honore pro 15.
specie [351] preciosa. Solent enim Sarraceni effodere terram illam et deferre in 16.
Egyptum ad uendendum pro nobili specie. Quantumcumque autem terre effossum 17.
est, post anni circulum reperitur redintegratum. De qua terra dicunt et in eodem 18.
loco esse formatum Adam. Terra illius agri rubea est. Alii autem dicunt Adam 19. 20.
esse plasmatum [352] in agro Damasceno.

Item iuxta Ebron est mons Mambre [353], in cuius radice est illa terebintus, 21.
sub qua uidit Abraham tres angelos; tres uidit et unum [354] adorauit [355].

Item a Bethleem ad tria miliaria est monasterium sancti Karioth [356]. Qui 22. 23.
cum esset abbas in eadem ecclesia, et tandem instaret dies resolutionis eius,
monachi ipsius, uidentes ipsum agonizantem, dixerunt ad inuicem [357]: „Post
patrem nostrum superstites nolumus esse super terram!“ et omnes in presenti
cum abbate agonizante et monachi agonizabant, et adhuc eo modo carnaliter
apparent, quo in agonia tunc temporis extiterunt. Sarraceni autem propter 24.
inuidiam, ut ipsos incinerarent [358], ignem super eos proiecerunt, sed ardor ignis
ipsos non tetigit. Qui in cripta [359] pulchra eiusdem monasterii repositi sunt. 25.

Item a Bethleem ad tria miliaria est oppidum Thecua [360], ubi Amos pro- 26.
pheta sepultus est.

347) *Ebron*] Hebron. — 348) *sepulti*] Vid. Ritter XVI 237. — 349) *Adam*] Vid. Ritter vol. cit. p. 212 sq. — 350) *Abraham*] Vid. Ritter XVI 213. — 351) *specie*] Est res ad medicinam spectans. Vid. Dufresne. — 352) *plasmatum*] formatum. Vid. Dufresne. — 353) *Mambre*] Vid. Ritter XVI 222, 234. — 354) *unum*] Genesi XVIII 3 legitur: Domine, non Domini. — 355) *adorauit*] Vid. Genes. XVIII 1-3. — 356) *monasterium sancti Karioth*] Cfr Ludolfum c. XXXVII p. 71, apud quem monachi improbi laetantur obitu abbatis. — 357) *ad inuicem*] inter se. — 358) *incinerarent*] in cineres redigerent. Est Francogallorum *encendrer*. — 359) *cripta*] crypta. — 360) *Thecua*] Thecoa, nunc Tekûa. Vid. Robinson II 408.

27. Item a Bethleem uersus Sodomam et Gomorram ad miliare est locus,
qui dicitur *gloria in excelsis*[361], ubi pastoribus angeli adnunciauerunt Dominum
28. natum. Dicitur autem eciam turris Ader[362], ubi Iacob pauit greges suos.

29. Item inter Bethleem et Iherusalem est cenobium, ubi erant sanctimoniales,
30. quando terra sancta perdita fuit, pulchre ualde. De quarum pulchritudine dum
intellexit Soldanus, uoluit eis conmisceri, et precepit, ut se pulchre induerent
31. et ornarent, nequicie sue incentiuum[363] facientes. Abbatissa autem earum, ne
sic ludibrio esset carni et diabolo, et ne castitatis sue lilium luxurie mergeret
in cloaca, sui laboris annullans meritum, se suasque maluit mutilare, quam
32. corpore integro, facie syderea[364] inmundissimo cani scortum existere. Igitur,
tamquam diuinitus edocta, cum iam pre foribus esset tirannus, premissa exhortatione et confortatione usa est hoc consilio: „O sorores uenerabiles, tempus
33. tribulationis nostre est. Saladinus, nostri uirginalis pudoris inimicus, in promptu
34. 35. est. Manus eius euadere non potestis. Utamini ergo consilio meo et quod
36. fecero et uos faciatis!“ Quod dum ratum singule accepissent, ipsa abbatissa
primitus et precipua naso se mutilauit, et singule postmodum uoluntate spontanea
37. sunt mutilate. Quo audito Saladinus uehementer confusus, admirans illarum
constanciam et prudenciam obstupuit, et multum hoc factum et sue fidei tenacem
constanciam approbauit.

1. **XI.** Igitur progressus a Bethleem ueni Bethaniam, relinquens a sinistra
ciuitatem sanctam iuxta ad[365] campum, ubi Lazarus[366] a Domino resuscitatus
2. fuit. Est autem Bethanie *mons offensionis*[367] contiguus, in quo posuit Salomon
ydolum Mediloch[368].

3. Inde descendens uersus Ihericho transiui locum, ubi Samaritanus incidit
4. in latrones. Unde in ewangelio[369]: „*Homo quidam ab Jerusalem in Jericho*“ etc.
5. 6. Qui locus dicitur Adomin[370]. Ibi eciam frequenter a latronibus effundebatur
sanguis humanus.

---

361) *Gloria in excelsis*] Cfr Ludolfum c. XXXVII p. 73. — 362) *Ader*] Genes. XXXV 21 legitur מגדל־עדר. Quae verba in Vulgata vertuntur *turris gregis*, a Luthero „*Thurm Eder*“. Vid. Dietzsch ad hunc locum. Cfr Micha IV 8. — 363) *incentiuum*] incitamentum. — 364) *syderea*] siderea, divina. — 365) *iuxta ad*] Particula *ad* abundat. — 366) *Lazarus*] vid. Ritter XVI 510. — 367) *offensionis*] Ab aliis mons scandali dicitur. Vid. Ritter XVI 322. — 368) *Medilock*] Moloch. Vid. I Reg. IX 7. — 369) *ewangelio*] Lucae X 30. — 370) *Adomin*] Adumin, Adumim, nunc Kalaat-ed-dem. Vid. Ritter XV (1) 493.

Transiui eciam locum illum, ubi Dominus cecum illuminauit[371]. 7.
Transiui eciam riuulum, quem Elizeus de amaro fecit potabilem[372]. Unde 8. 9.
illud[373]: *Deus, qui te per Elizeum prophetam in aquam mitti iussit* etc. — Hic 10.
a sinistra uidi *montem querentium*[374], ubi Dominus ieiunauit et a dyabolo temptatus est. Est autem alius mons[375] in Galilea, ubi a dyabolo eciam temptatus est. 11.
Hinc perueni[376] Ihericho[377], unde Raab meretrix oriunda fuit. Unde eciam 12. 13.
Zacheus statura pusillus fuit. Cuius muros Dominus eciam miraculose destruxit. 14.
Hinc eciam pueri egressi illuserunt Elizeo, dicentes: „Calue, calue, ascende!“ 15.
Quos in uindictam prophete duo ursi deuorabant[378]. Ciuitas ista parua est. 16. 17.
Hinc transiens uersus Iordanem uidi castra Galgale[379], ubi frequenter[380] 18.
solebant esse Elizeus et Helyas prophete. Uidi eciam ibidem aceruum[381] pre- 19.
puciorum et sedem circumcisionis et locum flentium[382]; duodecim scilicet lapides, quos tulerunt filii Israel de Iordane in testimonium; de quibus Iohannes baptista predicauit dicens[383]: „*Potens es, Domine, de lapidibus istis suscitare filios Abrahe*“.
Transiui eciam locum illum, ubi filii Israel sicco pede[384] transiuerunt 20.
Iordanem, qui dicitur *uada Iordanis*[385], et ubi Dominus baptizatus est. In quo 21.
loco pulchra ecclesia in honore sancti Iohannis[386] baptiste constructa est. In 22.
quo loco annuatim in ephyphania[387] solent de longinquis partibus conuenire

---

371) *illuminauit*] Vid. Luc. XVIII 35 sqq. — 372) *potabilem*] Dicit fontem Elisaei, qui nunc est 'Ain es Sultân, de quo vid. Ritter XV (1) 525. — 373) *unde illud*] Est in benedictione salis, quae antecedit benedictionem aquae in missali Romano. Vid. editionem Patavinam anni 1721 pag. LXX. — 374) *montem querentium*] De monte tentationis, Quarantana, qui nunc Dschebel Karantal, cfr Robinson II 552, Ritter XV (1) 528 sq. et 533 sq. — 375) *alius mons*] Odoricus de Foroiulio in itinere, (nondum, quod sciam, edito) in terram sanctam, monte Quarantana memorato: *Sed est*, inquit, *alius mons excelsus, in quo dyabolus Christoostendit omnia regna mundi et gloriam eorum, prout habetur in ewangelio. Et ille distat a monte Quarentena duomiliaria.* Nec negandum est, duobus praeter urbem locis tentationem sustinuisse Salvatorem auctore Matthaeo IV 3 et 8. — 376) *Hinc perueni*] Mirum, eum a fonte Elisae ad urbem, non ab urbe ad fontem profectum esse. — 377) *Jhericho*] Jericho. — 378) *deuorabant*] Vid. II Reg. II 23 sq. Elizeus s. Elisaeus est Elisa. — 379) *castra Galgale*] Gilgal. Sed peregrinatores erroris arguuntur a Robinsonio II 515 et 532. Cfr Ritter XV (I) 540 sq. — 380) *ubi frequenter*] Vid. II Reg. II 1-9. Ritter XV (1) 528 et 542. — 381) *aceruum*] Collis praeputiorum dicitur Jos. V 3. — 382) *locum flentium*] Vid. Jos. IV 19-24, V 1-12. — 383) *dicens*] Legitur apud Lucam III 8, sed verbis paullum mutatis. — 384) *sicco pede*] Vid. Jos. III 17. Cfr Ritter XV (1) p. 541. — 385) *vada Jordanis*] Nunc dicitur vadum Helu. Vid. Ritter XV (1) 536. — 386) *ecclesia-St Johannis-baptizatus est*] Vid. Ritter XV (1) 537 sqq. — 387) *ephyphania*] epiphania. Graece non doctus erat Thietmarus. Vid. Ritter XV (1) 539.

Greci et Suriani cum maxima multitudine et in eodem loco pueros suos baptizare.
23. Ibi eciam ad preceptum Helye et Elizei aqua se ad modum parietum diuisit et
24. 25. iter prebuit[388]. Ibi eciam a Domino raptus est Helyas[389]. Ista acciderunt in
ualle, que dicitur uallis Iordanis siue uallis Achor[390], qui pro aurea regula sub-
26. tracta Ihericho lapidatus fuit[391]. Notandum eciam, quod uallis ista speciosa est
et pulcherrima et quondam ualde fructifera, adeo ut poma granata crescerent ibi
ad modum urne[392]; non enim audeo dicere tine[393], quod tamen ductor meus
27. dixit mihi ueracissime. Botrus[394] eciam creuit ibi, quam uix aliquis a terra
28. posset manu tollere. Sed uallis ista[395] a fetore uiciorum Sodome a sua fecun-
ditate penitus emarcuit, et non est ibi fructus nisi canna mellis[396], unde zucarum
29. conficitur. Arbores quidem pulchre sunt ibi de pulcherrimis foliis, sed fructum
30. non habentes[397]. Quarum sucus adhuc sapit uicia Sodomorum, quia si quis
ramunculum de eis fregerit, manus habebit tota die fetidissimas; nec fetor ille
per aliquas cuiuscumque liquoris ablutiones subito poterit aboleri.

31. Item non longe hinc est Bethel[398], ubi pauper Iacob super nudam humum,
dum fratrem suum fugeret, obdormiuit et scalam ad celos erectam et per eam
angelos ascendentes et descendentes uidit.

32. Item non longe hinc est locus, qui dicitur *ad tumulos Iordanis*[399], ubi
filii Ruben et Gad et dimidia tribus Manasse, dum redirent ad possessiones
suas, construxerunt altare mire magnitudinis.

33. Transiens igitur per uada Iordanis ad campum ueni et ad locum, ubi
Dominus subuertit Sodomam et Gomorram, qui lacus asfalte uel asfaltidis[401]
34. dicitur. Euomit autem lacus iste quoddam genus bituminis perutile medicinis,

---

388) *iter prebuit*] Vid. II Reg. II 8. — 389) *Helyas*] Elias, vid. II Reg. II 12. — 390) *Achor*] Vid. Ritter XV (1) 541 et 544. — 391) *lapidatus fuit*] Sed apud Jos. VII 20 et 26 fur dicitur *Achan*, vallis *Achor*. Achor autem significat tristem reddens, ut vallis Achor sit vallis tristitiam afferens. In Chronicis autem l. I c. 2 v. 7 fur vocatur *Achar:* עָכָר. — 392) *urne*] Urna est mensura liquidorum, imprimis vini. — 393) *tine*] Francogallis *tine* est vas amplum ligneum. — 394) *botrus*] βότρυς, passim legitur in Vulgata. Cfr Raumeri Palaestinam p. 82. Vid. Ritter XV (1) 505. — 395) *uallis ista*] De oase Jericho vid. Ritter XV (1) 504. — 396) *canna mellis*] Vid. Robinson II 540 sq. — 397) *fructum non habentes*] Estne Asclepias gigantea? Cfr Robinson II 473. — 398) *Bethel*] nunc Beitin, quam invenit Robinson. Vid. Ritter XVI 534 sq. Robinson II 341. — 399) *ad tumulos Jordanis*] Cfr Ludolfum c. XLII p. 92 et Jos. XXII 10. Quem locum citat Deycks. — 400) *asfaltidis*] Asphaltitis s. Asphaltites lacus.

quod aspalta[401] dicitur. Dicitur eciam mare mortuum, quia nichil uiuum recipit. 35.
In eo homo eciam mergi non potest, nec auis nec piscis ibi uiuere nec mergi[402] 36.
possunt. Titus[403] enim quondam homines dampnatos in ipsum mare ligatis 37.
manibus et pedibus proici precepit. Qui per quatuor dies fluctuantes nec mergi 38.
nec mori potuerunt; qui ufui excepti sunt. Preterea si lucerna cum lumine 39.
inponeretur, mergi non posset, extincto uero lumine lucerna statim mergeretur.
Lacus iste eciam dicitur mare dyaboli, quod instinctu dyaboli propter peccata 40.
eorum quatuor ciuitates, scilicet Sodoma, Gomorra, Seboim et Adama[404], sunt
subuerse. Super ripam istius maris crescunt poma[405] forinsecus pulcherrima et 41.
rubicunda, intrinsecus autem, cum rumpuntur, est fauilla, et fetent. Notandum 42.
eciam, quod semel in anno uel bis exit uentus periculosus, magno impetu,
siccus, urens, nociuus frugibus et corporibus, nomine Assur[406], et protendit uires
suas ultra Accon super mare ad X miliaria, et ibi perdit uires suas. Idem eciam 43.
uentus Assur semel infra duos annos adeo nociuus egreditur, ut per tussim
multos interficiat. Quandocumque autem egreditur, non amplius quam ad dimi- 44.
dium diem durat; si enim diutius duraret, terra eum sustinere non posset.
Lacus eciam iste dicitur lacus salinarum, quia multi ibi salem colligunt. In 45. 46.
lacum istum fluit Iordanis, et amplius non egreditur, sicuti a quibusdam intellexi.
In ripa huius lacus a loco, ubi Dominus baptizatus fuit, ad miliare est statua 47.
salis[407], in quam uxor Loth uersa fuit. Unde Theodolus[408]: Loth perfida uxor 48.
uertitur
in salis effigiem; lambunt animalia cautem.

---

401) *aspalta*] ἄσφαλτος. Vid. Ritter XV (1) 751-755. — 402) *possunt*] Nugae sunt. Cfr Robinson II 451 sqq. et quae ad p. 453 annotata sunt, ut et p. 461 cum nota 2. — 403) *Titus*] Imperatorem Vespasianum memorat Ritter XV (1) 755, sequutus Josephum de B. J. IV 8 4. — 404) *Sodoma-Adama*] Vid. Deuteron. XXIX 23. Cfr Robinson III (1) 163. — 405) *poma*] Poma Asclepiadis giganteae h. l. dici videntur. Cfr Robinson II 472 sq. — 406) *Assur*] Ex Mordtmanno comperi, Arabibus عُصَرَةٌ (asaratun) siue, quod mauult, إِعْصَارٌ (i'sarun) esse ventum, in quo sit ignis. — 407) *statua salis*] Vid. Genes. XIX 26. Ritter XIV 1055 sq., XV (1) 733 sq. Multò inferius, quam Thietmarus, hanc statuam ponit Robinsonius cum aliis nostrorum temporum peregrinatoribus. Usdum enim, quod cum statua salis componunt, quinque amplius miliaribus geographicis a loco, ubi Dominus baptizatus est, afuisse videtur, Thietmarus unum tantum miliare sive leucam unius horae inter locum baptismatis et statuam salis interesse planis verbis dicit. — 408) *Theodolus*] In Theodoli eclogis v. 115 sq. edit. Beckii haec leguntur:

In cinerem Sodomas solvens divina potestas
Ob pactum patrui Loth parcere cogitat uni;
Servat eum Segor, sed perfida vertitur uxor
In salis effigiem; lambunt animalia cautem.

1. **XII.** Hinc, a lacu Sodome et Gomorre, ueni et processi Segor[409], ubi
2. Loth post euersionem Sodome se recepit. Que modo Syra lingua uocatur
3. Zoram, Latine oppidum palme[410] dicitur. Ubi iuxta in monte Loth inebriatus
cum filiabus suis peccauit.

4. Post hoc processi uineam Beniamin[411] et Engaddi[412], que quondam dicta
5. fuit uinea balsami, quia ibi antiquitus creuit balsamus. Sed Egyptii furtiue
arbusta sustulerunt et iuxta Babilonem et Hair[413], ciuitatem quandam, trans-
6. plantauerunt. Habet autem ortus balsami[414] in quantitate circa dimidium man-
7. sum[415]. Et est lignum balsami ut lignum uitis duorum annorum, folium uero
sicut trifolium formatum. Tempore uero maturitatis in mense Maio rumpitur
8. cortex ligni balsami, et de ligno guttatim gummi distillat, que in uasis uitreis
colligitur et per aliquot menses in stercore columbe reponitur et reseruatur.
9. 10. Postea purum a fece separatur. Nota quod balsamus[416] formatus est in colore
11. et in liquore sicut purum oximel[417]. Item ortus balsami specialem habet fontem,
unde irrigatur, quia ab alia aqua non potest irrigari.

12. Postmodum ueni in terram Moab, et processi in montem, in quo fuit
spelunca, in qua Dauid latitauit, quando precidit horam[418] uestimenti Saul, dum
uentrem purgaret; relinquens ad manum sinistram Sethim[419], ubi manserunt filii

---

409) *Segor*] Thietmarus, ut et Paula apud Hieronymum et Brocardus, in occidentali ripa maris mortui ponit urbem Segor s. Zoar. Vid. Robinson II 415. Sed Thietmari temporibus non amplius exstitisse videtur, quum eam ne dirutam quidem dicat. Quaeritur igitur, quam urbem pro antiqua Zoara habuerit? Quae de Syro uomine Zoram dicit, eadem apud Hieronymum leguntur. Vid. Ritter XIV 108 sq. — 410) *Oppidum palme*] Villa palmarum, Paumier, Palmer: vid. Ritter XIV 109. — 411) *uineam Beniamin*] uineam, quae est in tribu Beniamin, cuius fines vid. ap. Jos. XVIII 12—20. Ceterum ante *uineam* deest praepositio. — 412) *uineam Engaddi*] Etiam Quaresmius memorat vineas Engeddi: vid. Ritter XV (1) 651, qui sequitur Robinsonium II 445—448. Ceterum animadvertendum erit, urbem ipsam a Thietmaro memoratam esse. — 413) *Babilonem et Hair*] Dicitur Babylon nova, quae est Cairo magna et Cairo vetus s. Hair. — 414) *ortus balsami*] De horto balsami cfr. Ludolfum c. XXX p. 52 sqq., Tobler Denkblätter p. 614 sq. — 415) *mansum*] Mansus continet VI iugera agri. Vid. Dufresne. — 416) *balsamus*] Unde nostrum *der Balsam*. Antiquis est balsa*mum* neutrius generis. — 417) *oximel*] oxymel. Balsamum est opobalsamum s. Amyris Gileadensis. Cfr Jacobum de Vitriaco hist. Jheros. c. LXXXV p. 1099. Baro de Saint-Genois laudat librum inscriptum: W. Desborough Coley on the regio cinnamomifera of the Ancient. Lond. 1849. — 418) *horam*] oram. Vid. I Sam. 24, 1—4. Robinson II 432. — 419) *Sethim*] Sittim in tabulis, שִׂדִּים (Siddim) Hebraice sonat. Vid. Ritter XV (1) 113 482.

Israel, quando dereliquid[420] eos dux itineris, id est columpna nubis, quam habuerunt ducem itineris per XL annos.

Tandem ueni ad campestria[421] Moab, que habundant pecore et frumento. 13.
Incole quidem deformes, miseri et miserrime induti in magna parte habitant in 14.
cauernis petrarum. Terra plana, delectabilis et herbosa est siluis et arboribus 15.
uacua; uirgulta uilia uix habent[422] ibi et arbusta.

Item a sinistra reliqui Amorream[423], Basan[424] et Galaad[425], quas optinue- 16.
runt due tribus et dimidia: filii Ruben et Gad et dimidia tribus Manasse[426].

XIII. Postea ueni ad torrentem Yaboc[427], uallem horribilem et pro- 1.
fundam ualde, cuius profunditas plurimum me turbauit. In descensu enim et 2.
ascensu fere dietam consummaui.

Hinc ueni ad montem Abarim[428], in quo Moyses mortuus est et a Domino 3.
sepultus, cuius sepulchrum nullus hominum umquam scire potuit. Unde illud: 4.
„Nec[429] cuiquam hominum dedit indagare sepulchrum.“ Ubi Dominus dixit[430] 5.
ei: *„Ascende et contemplare terram, uidebis eam et non intrabis.“* Hic mons 6.
excelsus est et in plano positus. In summitate istius montis est pulchrum 7.
cenobium a Christianis Grecis inhabitatum, ubi eciam pernoctaui. Circa hunc 8.
montem filii Israel multam moram fecerunt.

Hic in uicino est mons Nebo, mons Phasga[431], mons Phagor; et sunt in 9.
terra Moabitarum et Madian[432]. In quibus Baalam[433] propheta rogatu Balach[434] 10.
regis debuit maledicere filios Israel, sed in contrarium benedixit. Ibi eciam filii 11.
Israel peccauerunt cum uirginibus Madianitarum. Et mirum, cum femine illius 12.
prouincie deformissime sint. Ibi eciam filii Israel Beelphegor[435] iniciati sunt. 13.

---

420) *dereliquid*] dereliquit. Vid. Num. XII 10. — 421) *campestria Moab*] Vid. Ritter XV (2) 1050. — 422) *habent*] sunt. Cfr quod exhibet Dufresne: *Habet ibi silva.* — 423) *Amorream*] Amorrhaeam, terram Amoritarum. Vid. Ritter XV (1) 113 sqq. — 424) *Basan*] Vid. Ritter l. c. p. 114. — 425) *Galaad*] Gilead; vid. Num. XXXII 29. — 426) *Manasse*] Vid. Num. XXXII 33. — 427) *Yaboc*] Jabok, nunc Wadi Zerka. Vid. Ritter XV (2) 1040 sq. — 428) *Abarim*] Vid. Ritter XV (1) 689, (2) 1191. Sed in monte Nebo diem obiit Moses, non in Abarim: vid. Deuter. XXXIV 1-6. Cfr Ritter l. c. p. 1192. — 429) *nec*] Levi mutatione efficies hexametrum: Non hominum cuiquam dedit indagare sepulcrum. — 430) *dixit*] Deuter. XXXII 49. — 431) *Phasga*] Pisga, Φασγώ. Vid. Ritter XV (2) 1191. — 432) *Madian*] Midianitarum. — 433) *Baalam*] Balaam; vid. Num. XXIII 1 sqq. — 434) *Balach*] Balac. Vid. Num. l. c. — 435) *Beelphegor*] Vid. Num. XXV 3.

14\. 15. Ibi Phinees[436] zelauit[437] legem Dei sui, et perforauit uirum et mulierem. Ibi
eciam precepit Dominus Moysi, ut suspenderet principes populi contra solem.

1\. **XIV.** De monte Abarim transiui per terram planam et opulentam ualde,
2\. terram Seon[438] in Esebon[439], usque ad torrentem Arnon. Quam terram filii
3\. Israel antiquitus occupauerunt, reges illius terre et populum occidentes. Ibi
eciam Baalam occiderunt.

4\. Inde ueni ad ciuitatem magnam quondam et famosam, que dicitur Robda[440],
modo destructa.

5\. Hinc perueni ad aliam ciuitatem magnam in alto montis sitam, muris et
6\. turribus munitam, que dicitur Crach[441]. Postea ueni ad cauernam quandam, ubi
7\. a muliercula quadam Greca hospicio sum receptus. Ubi in tempestate noctis
uenit de uicinis locis episcopus Grecus, canus, persona uenerabilis, facie reuerendus, qui attulit mihi xenia sua, panem et caseum, et benedixit mihi suo ydyomate[442].

8\. Inde ueni ad torrentem Arnon, uallem mirabilem[443], horrendam et pro-
9\. fundam ualde, ubi filii Israel Amorreos occiderunt. Unde legitur[444]: „*Scopuli
Arnon inclinati sunt et corruerunt super Amorreos, et filiis Israel miraculose trans-*
10\. *itum prebuerunt.*“ Numquam enim uidi tanta precipicia et tam horrenda.

11\. Inde transiens ueni ad maximum montem, in cuius summitate tantum
12\. frigus erat[445], ut eciam mihi uicinus morti uiderer. Ubi unum sociorum meorum
13\. nimietate eiusdem frigoris corruptum tandem perdidi. Monte isto transito ueni
14\. ad rupem, ubi Iheremias[446] propheta archam federis sepeliuit. Super quem locum
adhuc sepe noctibus uidetur nubes ignea.

---

436) *Phinees*] Vid. Num. XXV 8. — 437) *zelauit*] arsit. Vid. Dufresne. — 438) *Seon*] Sehon, Sichon. Vid. Num. XXXII 33. — 439) *Esebon*] Hesebon. Vid. Num. XXI 26. Copulam *et* ante Esebon emendavi. — 440) *Robda*] nunc Kalaat er-Rabbad, olim Rabbath Moab, Areopolis: vid. Ritter XIV 117, Robinson III (1) 123. — 441) *Crach*] Kir Moab, nunc Kerak, Hebr. קִיר מוֹאָב, Chald. כְּרַכָּא, quorum utrumque est murus, arx. Vid. Ritter XIV 100, Jes. XV 1, Robinson III (1) 124 cum nota. — 442) *ydyomate*] Francice *idiôme.* — 443) *vallem mirabilem*] Vid. Ritter XV (2) 1195. — 444) *legitur*] Num. XXI 1 5, sed verbis mutatis. — 445) *frigus erat*] Agebatur mensis Decembris, et insolitum anno illo frigus fuit: vid. Wilken VI 155. Accedit, quod in monte Dschebâl, qui h. l. dici videtur, saepe magnum est frigus. Vid. Ritter XIV 1031. — 446) *Jheremias*] Jeremias; vid. II Maccab. 2 5, sed ibi dicitur mons Nebo. Cfr enim Deuter. XXXIV 1.

XV. Hinc transiens per solitudinem quandam dimisi ad manum dextram 1.
prerupta ingencia, montana maxima ad manum sinistram. Ueni ad montem, qui 2.
dicitur Petra[447] Latine, Gallice Monreal[448], Sarracenice Scobach[449]. In summitate 3.
istius montis est situm castrum[450] peroptimum, tribus muris gradatim cinctum
et tam firmum, quod numquam uidi firmius. Et est Soldani de Babilonia. Subur- 4. 5.
bana eius inhabitant Sarraceni et Chritiani. Ubi exceptus fui hospicio a quadam 6.
uidua Gallica, que me informauit de itinere et modo itineris per desertum usque
ad montem Sinay, et fecit me habere[451] uiaticum panem bis coctum, caseos,
uuam passam, ficus et uinum. Conduxit mihi eciam Boidewinos cum camelis 7.
usque ad montem Sinay, quia aliis non est uia nota per desertum. Quos quidem 8.
iuratos et fide et sua lege astrictos conuenit hoc modo, ut me reducerent uiuum
uel mortuum.

Iui ergo ductoribus Boidewinis cum camelis per terram Edom, terram 9.
bonam et feracem. Dimisi ad dextram Archim[452], quondam metropolim Arabum, 10.
ciuitatem magnam, sed modo desertam, et petram, unde Moyses eduxit aquam
contradictionis[453], (que aqua diuiditur in duos riuulos, per quos illa terra
irrigatur,) preteriens eciam illum locum, ubi filii Israel lesi fuerunt a serpen- 11.
tibus[454] ignitis, contra quorum lesiones Moyses iussu Domini serpentem posuit
in pertica, ut conspectu illius lesi curarentur.

Postea transiui per rupes altissimas, uia arta et horribili. Erant enim 12. 13
scopuli hinc inde super me ad instar murorum[455] uel parietum erecti et quando-

---

447) *Petra*] Petra haec non est caput Arabiae Petraeae, sed ea, quae apud Diodorum XIX c. 94-98 dicitur. Etenim quam Diodorus dicit urbem in monte sitam, Nabataeorum caput, quam quidem et Strabo XVI 776, et Plinius H. N. VI 32 describunt, in valle sitam fuisse constat. Sed cfr Ritter XIV 62. — 448) *Monreal*] Mons regalis a Balduino rege, conditore eius, nomen accepit: vid. Ritter XIV 61. 989. — 449) *Scobach*] Kerek esch-Schôbak, Schôbek; vid. Ritter XIV 989. — 450) *castrum*] Est Nowairii Aswit, vid. Ritter XIV 60. — 451) *fecit me habere*] Vidua Gallica, quacum Gallice loquebatur, induxit eum, ut etiam haec gallicissans scriberet; est enim Gallorum: *elle me fit avoir*. — 452) *Archim*] Est nunc Wadi Musa, olim Petra, caput Arabiae Petraeae, de qua vid. Robinson III (1) 128 sqq. — Archim autem vix dubium quin sit Josephi *Arecem*, Abulfedae *er-Rakim*. Quod si Robinsonius eam ob causam negat, quia Abulfeda auctore Nureddinus Damasco profectus urbem Kerak petens ante eam, non longius quam ad urbem *er-Rakim* progressus reverterit, mihi Nureddinus Montem regalem, quam arcem etiam *Kerek* (esch-Schobak) dici constat, petiisse videtur. *Kerek* autem est arx, vid. not. 441. — 453) *contradictionis*] Est locus Od-dema, fons (i. e. Ain) Musa: vid. Ritter XIV 61. — 454) *serpentibus*] Vid. Ritter XIV 330. — 455) *ad instar murorum*] Vid. Ritter XIV 61.

que desuper clausi ad modum testudinis arcuate; uia quidem profunda, in altum
tendens, tenebrosa, quia sepe propter clausuras et conueniencias scopulorum
14. hinc inde aerem uidere non potui. In istis rupibus inueni excisas in petra[456]
mansiones hominum pulchras ualde et ornatas, palacia et caminatas[457], oratoria
15. et cameras, et omnia commoda, que ualent ad usus hominum. Omnes habita-
tiones iste deserte erant et a nullo inhabitabantur.

1. 2. **XVI.** Tandem ueni ad montem Or[458], ubi Aaron mortuus fuit[459]. In
cuius summitate est ecclesia[460] constructa, in qua habitant duo Greci monachi
3. christiani. Qui locus dicitur Muscera[461].

4. Mons Or[458] altus est ualde, et difficilis ascensus eius, et supereminet
omnes montes illius prouincie.

5. In pede illius montis primo incepi intrare desertum, et descendi per pre-
6. rupta ingencia et precipicia maxima gradus excisos in petra. Intraui desertum
Babilonie, quod dicitur Birrie[462], terram inuiam et inaquosam et solitudinem
uastam et heremum[463], quam quondam[464] filii Israel mirabili Dei prouidencia
7. transierunt. Ibi Deus multa miracula ostendit eis, sed quia malicie sue nimietas
8. bonitatem Dei neglexit, multi propter suam maliciam perierunt. Ad manum
dextram reliqui Cades Barne[465], ubi mortua fuit Maria, soror Moysi et Aaron.
9. Processi igitur per desertum Pharan[466] et ad uallem quandam inter montes sitam

---

456) *excisas in petra*] Cfr Ritter XIV 60. 61. 1135. — 457) *caminatas*] Diez s. v. caminata p. 83 affert glossam Aelfrici: *camminatum fyrhus*. Quare nihil dubito, quin a Graeco κάμινος derivandum sit et Italorum *camminata*, et Gallorum *cheminée*, et Germanorum *cheminâta*, *keminâte*. Radicem autem vocis κάμινος qui in Russico vocabulo *kámen*, i. e. lapis, invenire sibi videntur, a vero vix aberunt. Conclavia enim et caminos lapideos non minus nuncupatos concedes, quam urbes *Chemnitz* Saxonum et *Kaminiec* Podoliae, nec non antiquam *Camen* comitatus Marcae, *Kamengrud* (i. e. urbs lapidea) Bosniae, *Kamenicz* Slavoniae et *Kamenic* Bohemiae, *Kamienica* Galiciae, *Kamionka* Poloniae. Ex quibus vide quam prope ad *cheminata* accedant *Kaminiec*, *Kamienica*, *Kamenicz*! — 458) *Or*] Hor. Vid. Ritter XIV 1129 sqq. — 459) *mortuus fuit*] Vid. Ritter l. c. sqq. — 460) *ecclesia*] Cfr Ritter XIV 1136. Est fortasse monasterium sancti Aaronis. — 461) *Muscera*] i. e. Masâr Szeijdne Harûn s. oratorium domini Aaronis. Vid. Ritter XIV 993. — 462) *Birrie*] Arabibus *barritun* est regio inculta, desertum. — 463) *heremum*] ἔρημον. Vid. Dufresne s. v. heremus. — 464) *quondam*] Ita e coniectura scripsi. Vid. scripturae discrepantiam. — 465) *Cades Barne*] Cades Barnea. Num. XX 1. Nunc Ain el-Weibeh auctore Robinsonio III (1) 170-175. — 466) *Pharan*] Vid. Num. X 12 sq. XIII 4. 27. — Pharan est i. q. Paran; vid. Ritter XIV 86.

harenosam[467], cuius natura talis est, quod uentus spargit harenam de montibus
hinc inde positis, quia montes illi toti harenosi sunt. Spargit enim adeo dense, 10.
ut eciam iter agentibus illic ire sit periculosum, quia harena ad modum niuis
uel grandinis spargitur a uento, replet fossas, obducit uias, inuoluit transeuntes.
Nullus enim inuenire posset uiam preter Boidewinos, quibus nota est prouincia 11.
et per uiam illam incedere consueuerunt.

In ualle ista tempore hyemis[468] me iter agente tantus erat estus, ut vix 12.
sustinere possem. Nullus enim per eam propter estum nimium potest incedere 13.
per estatem.

Iuxta uallem istam a dextris est locus, ubi Dathan et Abiron et Chore 14.
contendentes contra Aaron de sacerdocio et principatu a terra uiui absorpti sunt.
Nam quia dissentionem in populo facere conati sunt, terra conpaginibus[469] 15.
ruptis dissiliens seque in sinum largiorem aperiens uiuos eos cum suis omnibus
profundo ore uorauit, quemadmodum sacra Numeri[470] depingit historia, quia[471]
*dirupta est terra sub pedibus eorum, et aperiens os suum deglutiuit eos cum taber-
naculis suis et uni uersa substancia, descenderuntque uiuentes in infernum, operti
humo. Sed et ignis egressus a Domino interfecit*[472] Chore et suos conplices. 16.

Item ibi in uicino floruit uirga Aaron[473]. A sinistris uero sunt montes 17. 18.
altissimi, montes Ethiopie, per quos Moyses per conpendium[474] duxit exercitum,
ibibus et ciconiis antecedentibus et mundantibus uiam a uermibus inportunis.
Qui Saba[475], ciuitatem Ethiopie[476], obsedit et tandem cepit. 19.

XVII. Inde ueni ad mare rubrum. Et est continens pro contento: 1. 2.
aqua quidem rubea non est, immo fundus huius maris et terra circumiacens
rubea est. Inueni autem in littore huius maris conchas[477] et cocleas mirabiles 3.
et delectabiles et lapides similiter pulcherrimos et albissimos ad modum cornuum
ceruorum et aurei coloris; quosdam eciam quasi sculptos, sed naturaliter, ac si

467) *harenosam*] arenosam, uti harenam ponit pro arenam. — 468) *hyemis*] eiusque alioquin frigidissimae; anno 1217 mense Decembri ibi versabatur. — 469) *conpaginibus*] compagibus. — 470) *Numeri*] XVI 1-5. — 471) *quia*] Ita in Vulgata fere redditur ὅτι illud initio orationis positum, quod in Germanica interpretatione omitti solet. — 472) *dirupta-interfecit*] Vid. Num. XVI 31-35. Cfr Robinson I 186. — 473) *Aaron*] Vid. Num. XVII 8. — 474) *conpendium*] viam breviorem. — 475) *Saba*] Vid. Ritter XII 840 sqq. Cfr Jes. XLIII 3. — 476) *Ethiopie*] Arabiae. — 477) *conchas*] Vid. Ritter XIV 205.

4. artificialiter. In quibus omnibus quam plurimum delectabar, uerum quia nimietas
5. est mater sacietatis, hec omnia, licet delectabilia, quia nimia [478], fastidiui. Hic
eciam optimum minium inuenitur.

6. Super rupem quandam a littore ad dimidium campum [479] in isto mari quoddam castrum [480] uidi situm, cuius castellani partim erant Christiani, partim Sarraceni; Christiani quidem captiui Gallici, Anglici, Latini, sed omnes, et isti et illi, piscatores Soldani de Babilonia, non agriculturam, non bellum, non aliam
7. miliciam [481] preterquam piscaturam exercentes, nec aliunde uiuentes. Panem
8. uero raro habent. Ab omni habitabili plus quam ad quinque dietas sunt
sequestrati [482].

9. Hic in loco defecit mihi aqua, quam mecum portaueram in camelis, et inueni aquam amarissimam, salsam, croceam [483], plenam uermibus, quam tamen,
10. licet inuitus, bibi, et statim inde infirmatus fui. Inueni autem alium fontem in
uicino limpidissimum, de quo qui biberit perdit omnes crines [484].

11. 12. Non longe hinc distat India, ubi quiescit sanctus Thomas. Et ueniunt frequenter Indi nauibus suis per mare rubrum in Babilonem uel Egyptum, per Geon, fluuium paradisi, i. e. Nilum, sua mercimonia transportantes.

13. Notandum autem, quod mare rubrum Ethiopiam, Arabiam, Indiam et Egyptum
14. diuidit. Mare rubrum peroptimos habet pisces; quosdam eciam comedi crudos.

15. Super ripam huius maris iui per tres dies, ex una parte habens mare,
16. ex altera montes altissimos. Quandoque [485] in maximo periculo transiui ruinas
moncium et petrarum, que ex collisione aquarum et procellarum corruerant et semitam obstruxerant.

17. Relinquens igitur mare rubrum iui inter montana altissima per uiam, ubi
18. solet aqua defluere de montibus, dum pluuia est. Girans [486] montes per uarios
circuitus tribus diebus ueni ad montem Sinay, qui Sarracenice dicitur Thaurin [487].
19. Habui autem duos coruos comites per tres dies a mari rubro usque ad montem

---

478) nimia] suppl. [illegible] — 479) campum] Campus est modus agri. Campus [illegible] i. e. campi dimidium h. l. est [illegible] pedum. Vid. not. seq. — 480) castrum] nunc el-[illegible]. Vid. Ritter XIV [illegible] sq. — 481) miliciam] ministerium, officium militis s. equitis. Vid. [illegible] — 482) sequestrati] Gallice: [illegible], separati. — 483) croceam] de colore dici [illegible] — 484) crines] Hoc de [illegible] et [illegible] et [illegible] — 485) quandoque] interdum. — 486) Girans] circuiens, orbe [illegible] — 487) Thaurin] Tûr Sina. Vid. Ritter XIV 602.

Sinai, non longius quam ad iactum sagitte sequentes uel precedentes. Obser- 20.
uabant autem horam prandii et cene, tamquam eleemosinam expectantes. Et in 21.
reditu similiter fecerunt.

XVIII. Notandum autem, quod plurima sunt pericula illius deserti: 1.
leones frequentes, quorum uestigia recencia uidi, et uermes nocentes et serpentes.
Pluuia quoque, quia, dum pluit, aqua collecta per montes replet desertum tanta 2.
inundatione, ut nullus hoc periculum possit declinare. Calor eciam, cuius 3.
nimietas cogit homines transeuntes ad defectum [488]. Et aque penuria, que non 4.
habetur nisi de quinto die in quintum, uel de sexto in sextum. Latrunculi 5.
quoque, Arabes agrestes [489] et Boidewini, quorum latrocinia timentur. Estiuo 6.
tempore nullus hoc desertum transire potest. Pauce eciam aues sunt in eo. 7.

Est autem planicies [490] pulchra et spaciosa ante montem Sinai [491], ubi 8.
Moyses pauit gregem soceri sui Ietro [492], quando uidit rubum ardentem [uel
ardere] [493]. Ibi eciam Hebrei pugnabant contra Amalech, quando Moyses orabat 9.
in monte Sinai, et Aaron et Hur sustentabant brachia eius. Ibi eciam filii Israel 10.
uitulum conflatilem [494] fecerunt et adorauerunt. Ibi Nadab et Abiu [495] ignis 11.
consumpsit.

Est autem in pede montis Sinai, in loco, ubi rubus [496] stabat, quem 12.
Moyses ardere putans incombustum obstupuit, pulchra ecclesia in honore domine
nostre, beate uirginis, constructa, extrinsecus polito marmore forrata [497] et plumbo
tecta, intrinsecus continens plurimas lampades. Ecclesia ista habet episcopum 13.
et monachos, uiros religiosos, Grecos et Surianos, quibus preest episcopus in
temporalibus et spiritualibus. Notandum autem, quod hii omnes habent unam 14.
curiam, unam tantum portam firmam et ferream habentem. Muro forti et alto 15.
cincta est. Omnes quidem capit una et eadem curia, sed habitacula habent 16.
subdivisa, ita quod duo, scilicet unus senex et alter iuuenis, conmaneant, ut
senem possit iuuenis subleuare. Singula habent cubicula, altaria singula, 17.
oratoria [498] singula, sed communem habent ecclesiam magnam et principalem, ad

---

488) *defectum*] supple animi. — 489) *Arabes agrestes*] sunt Fellahin, quos memorat Ritter XIV 978 sqq. — 490) *planicies*] nunc er-Râhah. Vid. Robinson I 196. — 491) *Sinai*] Dicere debebat Horeb. Vid. Robinson I 196. — 492) Jetro] Vid. Robinson I 197. — 493) *uel ardere*] Estne hoc glossema grammatici cuiusdam? — 494) *conflatilem*] conflatum, fusum. — 495) *Abiu*] Abihu. — 496) *rubus*] Vid. Robinson I 160. — 497) *forrata*] fourrée. Vid. Diez s. v. fodero p. 148. — 498) *oratoria*] Scriptores alii 27, alii 17, alii 24 capellas numerant: vid. Robinson I 160.

quam noctibus ad mattutinas[499] dato signo, quia campanas non habent, omnes
18. simul conueniunt. Sollempnius enim multo agunt nocturnum officium quam
19. diurnum. Unum omnes et commune habent refectorium magnum et pulchrum,
unam tantum mensam longam, in medio refectorio positam, ad quam sedet episcopus eorum in fine, et in circuitu reliqui, bini et bini, sine mensali[500], super
20. nudam mensam comedentes. Alternis uero diebus comedunt in refectorio et
21. festiuis, aliis diebus in domiciliis eorum panem et aquam. In refectorio eorum
22. 23. cum ipsis comedi. Sine lectione[501] comedunt, disciplinate tamen. Aquam semper
bibunt, preterquam in paucis sollempnitatibus, quibus utuntur modico uino.
24. Pisces habent bonos et satis de mari rubro, panem conpetentem, rapas et olei
25. satis et dactilos. Numquam utuntur carnibus, misere induuntur, misere cubant
26. et quasi super nudam terram, sine plumis et sine stramento. Pleraque, que
habent, apportantur eis de Babilonia[502].

27. Est eciam in capitello[503] eiusdem monasterii locus, ubi rubus stabat, ab
omnibus tam Sarracenis quam Christianis ueneratus, honorifice preparatus, in
28. ipso monasterio subdiuisus. Hunc nullus nec episcopus nec monachus, nec
29. Christianus nec Sarracenus ingredi audet nisi discalciatus. Ipse eciam Magnus
Soldanus[504], rex Babilonie, tunc temporis extiterat ibi, et reuerens locum illum
30. 31. humiliter et nudis pedibus introiuit. Ubi ego eciam discalciatus adoraui. Rubus
quidem sublatus est et inter Christianos pro reliquiis distractus, ad instar autem
illius rubi factus est aureus rubus ex laminis aureis, et ymago Domini aurea
super rubum, et ymago Moysi aurea stans ad dexteram rubi, discalcians se.
32. Stat et alia ymago Moysi aurea in sinistra parte rubi tamquam discalciata et
33. nudis pedibus. Ubi Dominus dedit ei legationem ad Pharaonem, regem Egypti,
34. de educendo populo suo. In quo loco adhuc effodiuntur lapides habentes in se
tamquam pictam similitudinem rubi, qui ualent contra diuersas infirmitates[505].

1. **XIX.** Notandum eciam, quod in eadem ecclesia iuxta chorum in eminenti
2. uersus meridiem tumba beate Katerine est locata. Tumba quidem breuis est et

---

499) *mattutinas*] matutinas. — 500) *mensali*] lino vestiendae mensae, Tischtuch. Vid. Robinson I 158. — 501) *lectione*] Multis in claustris etiamnunc super coenam aliquid praelegitur: vid. Robinson I 159. — 502) *Babilonia*] i. e. nova, quae est Cairo vetus. — 503) *capitello*] i. e. capitio s. presbyterio, ubi altare situm est. — 504) *Magnus Soldanus*] Malek el-Adel, qui hieme anni 1217 in castris ante Damascum erat, medio Junii Aegyptum reliquerat. Vid. Wilken VI 143 nota, et pag. 182. — 505) *infirmitates*] Gall. infirmités.

de marmore albissimo nobiliter preparata. Cuius cooperculum eleuatum est 3.
quemadmodum archa, et aperitur et clauditur. Cum episcopus loci illius intel- 4.
ligeret desiderium meum et causam aduentus mei, preparatus cum deuotione et
orationibus et cantu accensis luminaribus et thuribulis[506] accessit ad sarcophagum[507]
beate Katerine uirginis, et aperuit, et mihi introspicere precepit. Et uidi per- 5.
spicue facie ad faciem sine ambiguo[508] corpus beate Katerine, et capud eius
nudum deosculabar. Membra quidem et ossa neruis coherencia adhuc in ipso 6.
oleo natant, quia ipsum oleum de singulis resudat articulis, non de tumba;
tamquam de corpore humano in balneo sudor de poris guttatim erumpit.

Notandum, quod, sicut narrat passio[509] eiusdem uirginis, corpus eius a 7.
sanctis angelis statim post martirium in supercilium cuiusdem Sinai est trans-
latum et collatum. Cum autem quererem de translatione de monte in predictam 8.
ecclesiam, dixit mihi ductor meus, qui me duxit super ipsum montem, quod
quidam heremita[510], sedens solitarius in eadem parte montis Sinai, in alio colle
ab illo, ubi corpus sancte uirginis Katerine ab angelis collatum est, uidit frequenter
tam die quam nocte ignem et multam luminis claritatem in loco et circa locum,
ubi sanctum corpus erat. Ammirans igitur, quidnam esset, et ignorans, de- 9.
scendit ad ecclesiam in pede montis sitam, et episcopo loci illius et monachis
uisiones, quas frequenter uidit, et locum, ubi uiderat, indicauit. Qui indicto 10.
ieiunio et conpleto in processione humiliter et suppliciter montem heremita
indice conscenderunt. Quo cum peruenissent, corpus quidem inuenerunt, sed 11.
cuius, uel unde ablatum, uel quare uel quando uel quomodo ibi depositum sit
uehementer ammirantes, quia penitus ignorabant. Cum autem uniuersi sic starent 12.
ammirantes et ignorantes, affuit quidam heremita etatis mature, persona uenera-
bilis, de Alexandria, quemadmodum Abacuc[511] propheta ad Danielem in lacum
leonum, etsi non per capillos, huc ad montem Sinai Dei gracia et miraculose
transmissus. Qui dubios certificauit, et hoc esse corpus beate Katerine clara 13.

---

506) *thuribulis*] turibulis. — 507) *sarcophagum*] Operae pretium est, animadvertere, Thietmarum totum corpus in oleo natans, Ludolfum de Suchem, qui seculo amplius post Thietmarum terram sanctam perlustravit, caput tantum et ossa seorsim sine carne in capsa inclusa, Robinsonium denique nostris temporibus nonnisi cranium et unam manum auro gemmisque ornata conspexisse. Ludolfus etiam olei meminit, Robinsonius nihil id genus novit. Vid. Ludolfum c. XXXV p. 66, Robinsonium I 158. — 508) *sine ambiguo*] sine dubio. — 509) *passio*] historia passionis. Cfr Robinson l. c. — 510) *heremita*] eremita. — 511) *Abacuc*] Habacuc.

14. uoce edocuit, et per manus sanctorum angelorum illuc locatum. Ad cuius eciam
persuasionem uiri uenerabiles et deuoti, episcopus et eius monachi, iam dictum
corpus in suam transtulerunt ecclesiam, quia locus, in quem ab angelis corpus
positum fuerat, erat quasi inaccessibilis et propter aque caristiam[512] inhabitabilis.
15. Est autem sanctum corpus locatum super chorum uersus meridiem.

16. 17. Tumba quidem breuis est, quia ipsum corpus admodum paruum est. Ubi
per Dei graciam et merita sancte Katerine magna et innumera contingunt mira-
18. cula. Tunc autem in continenti[513], cum ego essem ibi, contigit illic hoc insigne
19. miraculum. Quidam monachus illius claustri, ad opus[514] conuentus in camelis
adducens oleum, fecit iter per desertum, et incidit in latrones, qui unum came-
20. lorum cum integra sarcina depredati sunt. Cum autem a monacho per aliquod
spacium cum camelo elongati[515] essent, soluerunt utrem, ut partem olei ad opus
21. 22. comedendi acciperent. Et ecce! sanguis purissimus pro oleo emanauit. Quo
conspecto predones utrem religantes predam et camelum festinanter ad monachum
23. reduxerunt, rogantes, ut ipsis daret olei aliquam portionem. Monachus annuens
soluit utrem, quem et illi soluerant, de quo sanguinem ante effuderant, et ecce!
oleum uerissimum et purissimum per manus monachi uice[516] sanguinis, quem
antea ueraciter de eodem utre emiserant, acceperunt, et ipsi stupidi recesserunt
et confusi.

1. **XX.** Quidam nobilis de Petra uel Scobach, (de quo loco supra[517]
habitum[518] est,) suggestione cuiusdam monachi cupiens corpus beate Katerine
alias transferre, preparatus ad auferendum fere usque ad eandem ecclesiam cum

---

512) *caristiam*] penuriam. — 513) *in continenti*] continuo, e vestigio. — 514) *ad opus*] Formula *ad opus* significat *ad usum*, *propter*, nostrum *zum Behuf*. Nata est ex vocabulo indeclinabili *opus* sensu necessitatis. Nec umquam idem est quod matrimonium, coniugium. Videamus enim quae Ducangius exempla affert. Citat haec: *Venerunt nuntii imperatoris ad regem*, *petentes unam filiarum regis*, *filii sui ad opus*, *et aliam ad opus Henrici ducis Saxoniae*. Nonne h. l. formula *ad opus* est *pro*, *in gratiam alicuius?* — Neque aliter interpretor illud *opus nuptiarum*, quod apud S. Hieronymum non semel legi ait Dufresne; est nihil nisi *ad nuptias*. Cfr haec Jacobi de Vitriaco hist. Jheros. p. 1053: Mercedem recipiebat ad opus dominae suae (Mohammedus). — Et p. 1126: ad opus christianorum. Ceterum neminem fugit, indeclinabile vocabulum *opus* cum substantivo *opus* eiusdem originis esse, recteque Doederleinium Graecorum *ἔργον ἐςί* conferri iubere. — 515) *elongati*] Est Francogallorum *éloigner*. — 516) *uice*] loco. — 517) *supra*] XV 2 p. 37. — 518) *habitum*] *Habere personam* respiciendi notione dici auctor est Dufresne.

multo peruenerat comitatu; sed manu Dei mirabiliter et ad se misericorditer est
repercussus[519]. Turbo enim ualidus et tenebrosus, ne opus perficeret tenebrarum, 2.
quod ceperat, ipsum tenebris palpabilibus[520] occupauit tam mente quam corpore,
et inuoluit. Terre motus eciam adeo magnus factus est, ut montes ruerent, 3.
ipsum auctorem sceleris fere trahentes in periculum et ruinam. Ruine autem 4.
moncium et petrarum adhuc manifeste sunt usque in hodiernum diem. Ibi claruit, 5.
cuius meriti beata uirgo Katerina, martir eximia, apud suum sit creatorem. Ipse 6.
uero male suasus predo confusus et amens gressu titubante ad ecclesiam uix
peruenit. Ubi dum se recepisset in mentem, plurimum ipsum (nec mirum!) 7.
penituit peccati, piguit presumptionis fatue, Deum omnipotentem horrens et
reuerens uindicem ac defensorem. Ad antidotum igitur reconciliationis causa 8.
tam Dei quam sue uirginis ac matris ad honorem Dei et sancte Katerine eidem
ecclesie larga contulit predia, quibus adhuc ipsi monachi ibi deseruientes libere
perfruuntur.

XXI. Quidam claustrensis sancte Katerine dum de quadam ciuitate 1.
deberet ducere pannos fratribus ad induendum, quidam Sarraceni latrones ipsum
insequentes pannos abstulerunt. Quibus ablatis claustrensis rediit ad iudicem 2.
ciuitatis, significans ei quod acciderat. Latrones uero, mentali cecitate percussi 3.
et acrisia, effugere non potuerunt, usque[521] in propria persona pannos iudici
retulerunt.

Cum apud predictos monachos per tres dies mansissem, (feci enim quatuor 4.
dies apud ipsos[522]) rogaui episcopum, ut daret mihi ductorem, qui me duceret
in summitatem montis Sinai, ubi Moyses accepit legem a Domino. Iui ergo 5.
cum ductore ab ipso episcopo mihi concesso, et ascendi in montem.

Mons iste altus est ualde, et excellit omnes montes illius prouincie. 6.
Adhuc dicunt Dominum habitare in eo. Semita autem, per quam ascenditur, 7. 8.
per gradus facta est, arta quidem et adeo preceps, ut si non per gradus ibi ab
heremitis et aliis sanctis uiris laboriose extructos[523] quispiam ascendere non

---

519) *ad se-est repercussus*] piguit eum. — 520) *palpabilibus*] quae quasi manibus palpari possent. Cfr Oros. I 10. — 521) *usque*] dum referrent. — 522) *per tres-ipsos*] Nulla inest contradictio: Triduum plenum consumpsit, quatuor dierum finem fecit. Namque *diem facere* est *diem finire*. — 523) *exstructos*] Cfr Robinson I 167.

9. passet. Sepe enim isti gradus per scopulos et in altum supra modum hinc
inde distantes ad similitudinem turrium altissimarum non sine labore excisi sunt.

1. **XXII.** Ascendi autem per gradus istos ad summitatem montis Sinai.
2. Cum autem ascendissem ad terciam partem montis, inueni capellulam minutis-
simam, ubi beata uirgo Maria uisibiliter apparuit claustralibus infra montem
3. positis; hoc modo [524]: Jam sepe dicti monachi mirabili plaga permissione Dei,
4. ut eius eo amplius palam fieret bonitas et potentia [525], sunt percussi. Quodam
enim tempore pulices tales ac tante in illo loco succreuerant, ut nullus posset
5. ibi permanere. Communi igitur consilio et uoluntate uniuersitas claustralium
6. parabat abire et pulices et plagam intollerabilem declinare. Est autem consue-
tudo eorum, ut, cum locum necessitate aliqua cogente mutare disponunt, mona-
sterio suo et curia clausis et clauibus firmiter seratis claues ipsas in summitate
7. montis Sinai in monasterio Moysi [526] reponunt et abscedunt [527]. Juxta quam con-
suetudinem propter instantem necessitatem monasterio clauso et curia claues in
8. predicto monasterio, ut abirent, reponere festinabant. Cum uero ad terciam
partem montis peruenissent, ubi capella constructa est, ibi apparuit eis beata
uirgo Maria corporaliter, querens, quo iter pararent? et accepta causa itineris
9. dixit eis: „Redite! plaga enim sublata est, non amplius reditura.“ Illi ergo red-
ierunt, nec pulex amplius conparuit in illo loco.

1. **XXIII.** Quodam tempore cum oleum non haberent ad illuminationem
2. monasterii uel alia luminaria, iterum abscedere propositum. Moris enim Grecorum
est, ut in ecclesiis suis plurima habeant luminaria, immo infinita [528], quia videtur,
3. quod sine multis luminaribus Deo digne non ualeant deseruire. Cum igitur
luminaria sua deficere uiderunt [529], discedere proponebant, et dum eodem modo,
quo prius, ad locum, ubi dominam nostram facie ad faciem uiderant et audierant,
peruenissent, domina nostra, beata uirgo Maria, iterato corporaliter eis est con-
4. specta. Que dum intellexisset causam discessus eorum, dixit eis: *„Redite,
quia ydriam, in qua oleum deponere consueuistis, inuenietis oleo indeficiente repletam.*
5. 6. *Numquam enim oleum ab illa ydria uidebitis defecisse“.* Redierunt ergo et iuxta

524) *hoc modo*] Cfr Robinson I 167 sq. — 525) *et potentia*] Copulam a librariis omissam inserui. — 526) *Moysi*] Genitivus Vulgatae familiaris. — 527) *reponunt et abscedunt*] Ita libri ad unum omnes; unde Thietmari errorem subesse suspicatus nolui scribere: *reponant et abscedant.* — 528) *infinita*] innumerabilia. — 529) *uiderunt*] viderent.

uerbum domine nostre ydriam oleo fecundam iugiter [530] inuenerunt. Hanc igitur 7.
ydriam uidi, et de eius oleo habui, et in magna ueneratione habetur.

Cum igitur domina nostra semel et iterum ibi predictis monachis apparuisset, 8.
in honore eius capellam construxerunt.

Hinc ascendi per gradus sepedictos, et transini per duas portas lapideas, 9.
et ueni ad capellam Helye [531] prophete et ad locum, qui dicitur Oreb, ubi Helyas
ieiunauit XL diebus et ubi stetit in foramine petre ad uidendum Dominum, et
uidit uentum transeuntem, qui confregit montes et petras, et non in eo Dominus;
et post spacium commotionis terremotus, et non in eo Dominus; post ignem,
et non in igne Dominus. Post uenit sibilus aure tenuis, et ibi Dominus, et 10.
tunc loquebatur cum eo.

Ab illo loco ascendi usque ad uerticem montis Sinai, ubi constructa est 11.
ecclesia Moysi. Ubi legem dedit ei Dominus, et conmisit ei de tabernaculo 12.
faciendo et archa; et ibi ieuinauit, et eciam loquebatur cum Domino sicut amicus
cum amico.

In foribus illius ecclesie lapis est et cauerna petre, ubi Moyses abscondit 13.
se, quando uolebat Dominum uidere, dicens [532]: *„Ostende mihi faciem tuam.“*
Dominus autem: „Ego ostendam [533] tibi omne bonum, faciem autem meam non 14.
poteris uidere, sed sta in foramine petre, et cum pertransiero, uidebis posteriora
mea. Moyses autem stans iuxta petram, quando Dominus pertransiuit, resoluta 15.
est petra uelut cera, que ad ignem malaxata [534] est. Ex timore autem, quem 16.
contraxit Moyses a gloria Domini, quam uidit, inpressit se petre, in qua adhuc
uestigia lineamentorum eius inpressa uidi. Petra autem durissima est et nullo 17.
ferro secari potest.

A cacumine huius montis uidi totam prouinciam late in circuitu. Et 18. 19.
ostendit mihi ductor meus de eodem loco Helym [535], ubi sunt XII fontes et LXX
palme, et locum illum, ubi primo usi sunt manna filii Israel. Numquam dicunt 20.
ibi pluere, sed locum illum irrigari tali rore. Et sciendum, quod, cum essem 21.
ibi, modica pluuia descendit, cum ibi quinque annis ante non pluisset. Notan- 22.
dum tamen, quod iste mons in maiori parte dicitur Sinai; in aliqua tamen parte

530) *iugiter*] statim. — 531) *Helye*] Eliae. Vid. I Reg. 19, 8. 9. 11. Cfr Robinson I 170. — 532) *dicens*] Vid. Exod. XXXIII 13. — 533) *Ego ostendam*] Vid. Exod. XXXIII 19-23. — 534) *malaxata*] *μαλασσόμενα*, emollita. — 535) *Helym*] Elim. Vid. Num. XXXIII q. Nunc est Wady Ghurundel auctore Robinson I 110.

contra Egyptum dicitur Oreb[536], ubi Moyses uirga percussit petram Oreb, et
dedit aquam toti multitudini filiorum Israel, et dixit mihi episcopus, quod filii
Israel partem illius lapidis secum deportauerunt usque ad aquas contradictionis,
23. et pars pro toto eis aquam ministrauit habundanter. Uidi eciam locum, ubi
positum fuerat corpus sancte Katerine ab angelis.

1. **XXIV.** Notandum eciam, quod mare rubrum est iuxta montem Sinai
uersus meridiem, et protenditur usque ad Babilonem[537], et ibi habet finem, ita
2. quod distat mare rubrum a mediterraneo mari ad V dietas. Protenditur tamen
3. unum brachium ab uno mari ad modum parui fluminis. Per medium autem
huius fluminis ab oriente transit Geon[538], fluuius paradisi, qui est Nilus, et
descendit per Egyptum iuxta muros Babilonis, et preterfluens Damiatam ciuitatem
in Alexandria decurrit in mediterraneum mare.

4. Fluuius iste Nilus exuberationes facit in tempore mensis Julii per XL
5. dies, et totidem diebus refluit. Quibus deducunt Egyptii aquas Nili per alueos
6. et meatus terraneos[539] per agros suos. In refluxione autem agricole statim
7. mittunt semina in limum adhuc recentem de aqua. Que semina uix obducta
8. limo infra unam noctem crescunt in herbam ad longitudinem digiti. Habent
autem Egyptii in porta ciuitatis Babilonie quoddam signum, in quo precon-
siderant uel fertilitatem uel caristiam futuri temporis; hoc modo: si aqua Nili
inundantis tangit signum, bonum tempus erit et fertile; si excedit, sequitur
maxima copia frugum; si infra signum manserit, caristia erit.

9. Sciendum eciam, quod Egyptus continet tres ciuitates principales: Babi-
10. lonem, Alexandriam, Damiatam. Babilon non est firma, nec habet murum, sed
11. est supra modum diues. Ab ista distat antiqua Babilonia ad XX dietas et
amplius; relique due munite.

12. Egyptus quidem terra plana est et fertilis ualde, raro habens pluuiam.
13. 14. Toto anno omni mense preter Augustum crescunt ibi rose. Oues et capre bis
15. in anno faciunt ibi fetum. Multi autem Christiani sunt in Egypto et plurime
ecclesie Christianorum, qui unum habent patriarcham in Alexandria.

---

536) *Notandum-Oreb*] Vid. Robinson I 155. — 537) *Babylonem*] audi nouam, quae est Cahira vetus, Fostat. — 538) *Geon*] Gihon. Cfr Ludolfum c. XXXIII p. 59. Apparet, Thietmarum h. l. omnia pervertere. — 539) *terraneos*] Vid. Dufresne s. v. terranius et terrarius. *Terrarium* est quod ad agrum pertinet.

Est eciam quedam terra ultra Egyptum, cuius incole uocantur Issini[540]. 16.
Que tota christiana est. Et habent singuli homines prouincie illius crucem in 17. 18.
frontibus, quia, cum parui sunt, cauteriantur[541] in frontibus suis in signum crucis.
Qui frequenter inpugnant Egyptios sarracenos. Horum fides est, quod in breui 19. 20.
in tanta multitudine debeant uenire in Babilonem, ut singuli singulos lapides
tollant, et non remaneat in Babilone lapis.

Inter istam prouinciam Christianorum et Egyptum est ciuitas quedam, que 21.
dicitur Mec[542], in qua est tumba Maumet, prophete Sarracenorum, ad quam
peregre proficiscuntur de diuersis partibus et longinquis regionibus peregrini
sarraceni, et tam celebriter, ut ad sanctum sepulchrum Domini peregrinantur
Christiani. Sed nec diues nec pauper admittitur, nisi det aureum denarium. Ibi 22. 23.
plus effectus placet, quam affectus; plus aurum requiritur, quam cor contritum.
Tumba illa Maumet non pendet in aëre, ut quidam asserunt, immo super terram 24.
est. Et non habetur ibi amplius de corpore suo nisi dexter pes, quia reliquum 25.
corpus eius totum a porcis Christianorum deuoratum est. De cuius uita plurimas 26.
turfas[543] audiui.

XXV. Maumet erat custos camelorum, pauper et epilenticus[544], de 1.
genere Boidewinorum. Hic ab amaro[545] heretico et heremita tam corporalibus 2.
et carnalibus quam spiritualibus corruptus est nequiciis et instructus adeo, ut
per nigromantiam potentissimus esset. Cuius doctrina, cum adhuc uiueret, talis 3.
erat. Predicauit terrestrem esse paradisum, habentem quatuor flumina, uino, 4.
melle, lacte, aqua manantia. Predicauit et omnes Sarracenos in bello Christi- 5.
anorum occisos in predicta recipi paradiso, et ibi carnaliter ad libitum pluribus
uti uirginibus, quia ibi carnalem paradisum cibi et potus et cuiuscumque oblecta-
minis carnalis et luxus esse perhibebat, et mixturam multorum bonorum futuram
et affluentem uoluptatem, et alia multa similia hiis plena stulticiis predicabat.
Conpati sibi inuicem et auxiliari pacienti docebat. 6.

---

540) *Issini*] Abyssinii. — 541) *cauteriantur*] καυτηριάζονται. — 542) *Mec*] Mecca. — 543) *turfas*] Ducangius nonnisi formam *trufas* habet. Diezii autem auctoritas, a Latino verbo turbandi vocabulum ducentis pro codicum scriptura stare videtur. Vid. Diez s. v. *truffe*. Turfae sunt nugae. — 544) *epilenticus*] epilepticus. — 545) *amaro*] Locus amarus est ingratus, macer. Vid. Dufresne.

7. Notandum eciam, quod cuilibet Sarraceno licebit ducere septem uxores
8. legitimas, et necessariis expensis ipsis tenebitur[546] prouidere. Cum ancillis suis
siue cum sclauis, eciamsi mille essent, libere poterit peccare, et non habet inde
9. peccatum. Quemcumque[547] autem filiorum suorum, siue de ancilla, siue de legi-
10. tima, heredem suum constituere poterit. De ancillis uero siue sclauis pagano-
11. rum si aliqua filium procreauerit, libera erit a dominio domini sui. Audiui, quod
aliqui sunt Sarraceni, quamuis pauci, qui solam tantum habent uxorem.

1. **XXVI.** Sciendum eciam, quod Sarraceni circumciduntur et circumci-
2. siones suas in maxima sollempnitate uel leticia agunt. Uidi eciam, quod inces-
serunt armati in multa pompa et equis falleratis[548], ornati purpura et cyndaro[549],
3. tamquam persone, quibus utimur in ludis sollempnibus[550]. Diem natalicium
suum similiter solent celebrare; kalendas obseruant, auguria captant et auspicia.
4. Credulitas eorum est, sanctam Mariam, dominam nostram, de flatu angeli conce-
5. pisse et nichilominus uirginem permansisse. Ipsum autem Christum, Dominum
6. nostrum, credunt prophetam maximum post Maumet esse. Credunt eum super
mare ambulasse, mortuos suscitasse, et alia multa miracula uere fecisse, et
7. tandem mirabiliter in celum corporaliter raptum fuisse. Habent in magna parte
ewangelia nostra; prophetas et aliquos libros Moysi, martires et confessores
quosdam habent in magna ueneratione.

1. **XXVII.** Cum igitur, sicut supradictum est, essem in summitate montis
Sinai et adiacentes respicerem prouincias, quarum occasione in digressionem
raptus sum, et cum de multis interrogans edoctus essem a ductore meo, cum
2. ipso descendi de monte et redii ad ecclesiam beate Katerine. Cum autem quatuor
dies fecissem apud eos, et episcopus de uoluntate discessus mei intelligeret,
3. cum multa deuotione accessit ad sarcophagum beate Katerine. Quo aperto dedit
4. mihi[551] de oleo eiusdem uirginis. Insuper xeniis suis me honorauit[552], et dato

---

546) *tenebitur*] debebit. — 547) *Quemcumque*] quemque. — 548) *falleratis*] phaleratis. — 549) *cyndaro*] cyndato, tela subserica, Italorum *zendale, zendado*, Suecorum *syndal*, nostrum *Zindel, Sendel.* — 550) *persone-sollempnibus*] Joculatores dicit. — 551) *dedit mihi*] Haud scio an ex illo olei dono aliquid de ipso Thietmaro effici possit: Ludolfi certe et Robinsoni temporibus episcopi tantum, praelati et viri honestiores oleo aut ossibus capiteque sanctae virginis ostensis honorabantur. — 552) *honorauit*] Codex unus *honerauit* habere videtur, quod quamuis pro *oneravit* scribi potuerit ex iis, quas Thietmarus sequitur, orthographiae legibus, propter sensum tamen minus quadrare videbatur.

uiatico tam piscium quam fructuum et panis et dicto uale cum benedictione me
dimisit in pace. Arrepto itaque itinere Dei gracia et uita comite Accon in- 5.
columis sum regressus.

XXVIII. Notandum quod ciuitas sancta Jerosolima secundum ques- 1.
dam in umbilico mundi posita est. Cui ab oriente adiacet Ethiopia, Arabia, 2.
Persia, ab occidente mare mediterraneum, Philistea, Egyptus, Numidia, mons
Sinai, Galilea, Syria, Ydumea, Mesopotamia, Caldea, Armenia et Damascus.

Sciendum eciam, quod in transmarinis partibus Christianorum lex in diuer- 3.
sas sectas scissa est. Quidam enim sunt Latini, quidam Greci et Suriani, La- 4.
tinis contrarii, qui unam habent legem et in sacramentis concordant spiritualibus.

Dicitur de Grecis, quod credunt Spiritum Sanctum non a Patre et Filio, 5.
sed a solo Patre procedere. Super quo quidam episcopus Grecus me expediens[553] 6.
dixit non esse ita, sed Grecos eo modo credere, quo Latinos, nisi quod fermen-
tatum offerunt. Altaria post celebrationem Latinorum dicunt quidam quod abluant, 7.
sed idem episcopus hoc plane dedixit[554].

Alii, Jacobite, a quodam Jacobo sectam suam trahentes, qui Caldeam 8.
habent litteram[555], solo digito indice se benedicunt et solam credunt unitatem.
Sacerdos et diaconus simul in altari conficiunt[556]. Isti descenderunt de Egypto, 9. 10.
et dicunt se esse de genere Pharaonis.

Alii sunt Georgiani, sanctum Georgium uenerantes, strennui[557] in armis, 11.
et Sarracenos multum infestant. Barbam nutriunt et comam. Omnes habent 12. 13.
coronas[558], tam laici quam clerici: laici quadratas, clerici rotundas. Propriam 14.
habent litteram, ferentes in capitibus pillea[559] unius ulne longa.

Alii Armenii, qui tempore natiuitatis Christi suum celebrant ieiunium et 15.
in epiphania Christi seruant natiuitatem. Inter istos et Grecos, quia contigue sunt, 16.
de lege ipsorum semper est disceptatio, et odiunt[560] se mirabiliter ibi inuicem.

Alii, Nestoriani, in fide heretica deprauati, Caldeam habent litteram. 17.

Preterea sunt ibi nonchristiani in uarias sectas diuisi; primum Judei, 18.
alii Saducei, qui resurrectionem non credunt; alii, Samaritani, linteo circinatum

---

553) *me expediens*] rem ipsam mihi explicans. — 554) *dedixit*] negavit. Est Gallorum *dédire.* — 555) *litteram*] literas, literarum notas, Buchstaben. — 556) *conficiunt*] consecrant corpus Christi. Ita etiam nunc Galli adhibent verbum *confire.* — 557) *strennui*] streaui. — 558) *coronas*] tonsuras. — 559) *pillea*] pileos. — 560) *odiunt*] oderunt.

19. capud[561] habentes, quinque libros Moysi tantummodo seruant. Hec secta cum
cultoribus suis iam defecit.
20. 21. Alii Essei. Istos populos Assessinos[562] vocant. Isti de Judeis descen-
22. 23. derunt, sed Judeorum non seruant legem. Comedunt carnem porcinam. Dominum
24. suum Deum colunt, et usque ad mortem ei obediunt. Iste cultellis suis occidit
25. nobiles quos uult, inde non curans occidi. Modus autem interfectionis omnibus
26. satis patet. Istos pro magna parte deleuerunt templarii, et terram eorum amplius
27. quam ad X dietas deuastauerunt. Litteram habent Caldaicam et Hebraicam.
28. Alii sunt Boidewini, deformes et miserrime induti, sed militariter sciunt equitare,
optimi predones, et uocantur siluestres Thurci; nullam habent terram; semper
sub diuo manent; non habent domos, sed, si pluuia est, in tentoriis cubant.
29. 30. Plurima habent pecora. Isti de terre ad terram cum pecoribus suis alendis per-
31. gunt, et Christianos Sarracenis et Sarracenos Christianis uendunt. Pillea rubea
in capitibus ad longitudinem cubiti ferunt et peplum circa pilleum circinatum[563].
32. Talem uitam ducunt qualem rottarii[564] in Gallia solent exercere.

1. **XXIX.** Preterea arbores iste sunt in terra Jerosolimis, que dicuntur
paradysi[565], portantes folia unius ulne longa et medii cubiti lata, habentes poma
longa ad mensuram digiti et in uno ramo octoginta uel amplius coherentia.
2. Melleum habent saporem, et ualent sumpta precordiis.
3. Sunt ibi limones[566] arbores, quarum fructus acer est et ualet ad salsam[567].
4. Sunt ibi arbores ferentes poma, que dicuntur poma Adami[568], in quibus
morsus Ade euidentissime uidetur.
5. Est ibi ficus Pharaonis[569], que fert fructum non inter folia, sed in ipso trunco.
6. Sunt ibi palme, que ferunt dactilos[570].

---

561) *capud*] caput. — 562) *Assessinos*] Assassinos, undè Gallorum vocabulum *assassin*, sicarius. — 563) *peplum-circinatum*] turbanum. — 564) *rottarii*] Ergo Thietmarus in Gallia fuisse videtur. — 565) *arbores-paradysi*] Quae sequuntur pro ea, qua est, liberalitate mihi explicuit Carolus Moebius V. D. Qui arborem paradysi docuit esse Musam paradisiacam L., citans encyclopaediam magnam Francogallicam: Botanique I p. 365. — 566) limones] Dicitur Citrus limonum Risso, varietas Citri medicae L. (C. Moebius.) — 567) *salsa*] Est acetarium, quod nos *Salat* dicimus. Ita interpretatur Toblerus in epistola ad me data. — 568) *poma Adami*] Est varietas citri medicae, cuius in putamine quasi morsuum vestigia conspici videntur. (C. Moebius.) — 569) *ficus Pharaonis*] ficus sycomorus L., cuius lignum, putredini resistens, sarcophagis mumiarum conficiendis inserviebat. (C. Moebius.) — 570) *dactilos*] Phoenix dactylifera. (C. Moebius.)

Sunt ibi cedri, que ferunt fructum grossum uelud capud hominis, habentem 7.
tres sapores: calidum, frigidum, communem. Et dicitur cedrus marina[571]. Cedrus 8. 9.
Libani[572] longissima est, non ferens fructum. Non enim ita ibi habundant, ut 10.
quondam habundabant.

Patriarche sunt quatuor: primus Constantinopolitanus, secundus Alexan- 11.
drinus, tercius Antiochenus, quartus Iherosolomitanus[573].

Item patriarcha Jerosolimitanus quatuor sub se habet archiepiscopos: 12.
primum in prouincia Palestina[574]: Cesariensem[575]. Qui supra modum pinguis 13.
fuit, cum vidi eum. Alium in Fenicea[576]: Tirrenum[577]. Tercium in Galilea: 14. 15.
Nazarenum[578]. Quartum in regione Moabitarum: Petracensem[579]. Cesariensis 16. 17.
unum habet suffraganeum: Sebastenum[580] episcopum. Ubi sepultus fuit sanctus 18.
Johannes baptista[581]. Tirrenus quatuor habet suffraganeos: Acconensem[582], 19.
Sydoniensem[583], Beritensem[584], et illum, qui est de Cesarea Philippi[585]. Nazarenus 20.
unum habet suffraganeum: episcopum Tyberiensem[586]. Habet eciam patriarcha 21.
istos episcopos, nullo mediante: Bethleemitanum[587], Liddeum[588] et illum de
Ebron[589].

XXX. Preterea antequam terra esset perdita Jherosolimitana, in eccle- 1.
sia Dominici sepulchri erant canonici regulares secundum regulam Augustini[590].

---

571) *cedrus marina*] Pinus pinea. L. (C. Moebius.) — 572) *Cedrus Libani*] Larix cedrus Mill. (C. Moebius.) — 573) *Iherosolimitanus*] Vid. Robinson II 222. — 574) *Palaestina*] Vid. Robinson III 116. — 575) *Cesariensem*] Cfr Jacobum de Vitriaco hist. Iheros. c. LV p. 1077. Caesarea Stratonis fuit metropolis ecclesiastica Palaestinae primae. Cfr Caroli a Sto Paulo Geographiam sacram p. 301 et Robinson II 221 sq. — 576) *Fenicea*] Phoenicia. — 577) *Tirrenum*] Tyrium. Cum Thietmaro consentit Jac. de Vitriaco, dissentit ab eo C. a Sto Paulo p. 293. — 578) *Nazarenum*] V. Notitias antiquas, quas edidit C. a Sto Paulo p. 72. Cfr Robinson III (2) 741. — 579) *Petracensem*] Petra deserti s. Kerak erat metropolis Palaestinae tertiae. Vid. C. a Sto Paulo p. 307. — 580) *Sebastenum*] Est episcopus Samariae. Cfr Rob. III (1) 376 sq. — 581) *Johannes baptista*] Vid. Robinson III (1) 377. — 582) *Acconensem*] Nunc Hierosolymorum patriarchae obedit Acco. — 583) *Sydoniensem*] Nunc ad Antiochiam pertinet. — 584) *Beritensem*] Berytus est patriarchae Antiocheni: vid. Robinson III 741. — 585) *Cesarea Philippi*] De Pania vid. C. a Sto Paulo Geogr. sacram p. 294, Notitias antiquas p. 72. — 586) *Tyberiensem*] Tiberias Palaestinae secundae adnumeratur a Carolo a Sto Paulo p. 307. — 587) *Bethlehemitanum*] Bethlehem nunc addicta est patriarchae Hierosolymitano. — 588) *Liddeum*] Cfr Robinson III (1) 264. — 589) *Ebron*] Cfr Robinson II 733 sq. — 590) *Augustini*] Cfr Jac. de Vitriaco hist. Iheros. c. LVIII p. 1078.

2. **Priorem habuerunt cum infula et baculo et annulo et sotularibus pontificalibus, et patriarche obediëntiam promiserunt.**

3. **In templo Domini abbas erat et canonici regulares, in ecclesia montis Syon abbas et canonici regulares, in ecclesia montis Thabor abbas et monachi nigri, in ecclesia uallis Josaphat abbas et monachi nigri, in ecclesia de Latina** [591]
4. **abbas et monachi nigri. Isti omnes habeat infulas cum predictis episcopis, et domino patriarche obsequium in diuino seruicio prestiterunt. Explicit.**

---

591) *de Latina*] Vid. Rehm Geschichte des Mittelalters III (1) p. 209.

Addendum.

Ad notam 68] Vid. *Moritz Haupt* Ztschr. für deutsches Alterthum. Vol. X. Fasc. alt. Berol. 1855. Ubi pag. 265 sqq. haec leguntur: *De Antichristo quomodo nasci debeat. Ecce, audistis qualiter nascetur. Audite etiam locum ubi nasci debeat. Nam sicut Dominus ac Redempter noster Bethlehem sibi prouidit, ut ibi pro nobis humanitatem assumere et nasci dignaretur, sic diabolus illi homini perdito, qui Antichristus dicitur, locum nouit aptum, unde radix omnium malorum oriri debeat, scilicet ciuitatem Babilonie. In hac enim ciuitate, que quondam fuit inclita et gloriosa urbs gentilium et caput regni Persarum, Anticristus nascetur, et in ciuitatibus Bethsayda et Corozaim nutriri et conuersari dicitur Quibus ciuitatibus Dominus in Euangelio improperat dicens: „Vae tibi, Bethsayda! uae tibi, Corozaim!"* — Auctor est Albuinus, qui scripsit ineunte seculo XI. — Magis etiam explicandis Thietmari verbis inserviunt haec Methodii: *Post hebdomadam vero temporis cum comprehenderint ciuitatem Joppen, mittet Dominus Deus vnum ex principibus militiae suae, et percutiet eos in vno momento temporis. Et post haec descendet rex Romanorum et demorabitur in Hierusalem septimana temporum et dimidia, quod est decem anni et dimidium. Et cum complebuntur decem anni et dimidius, apparebit filius perditionis. Hic nascetur Chorosaim et nutrietur Bethsaide et regnabit Capharnaum. Et laetabitur Chorosaim eo quod in eo est, et Bethsaida propter quod nutritus est in ea, et Capharnaum eo quod regnauerit in ea. Propter hanc causam in euangelio Dominus tertio sententiam dedit, dicens: Vae tibi, Chorosaim! vae tibi, Bethsaida! et tibi, Capharnaum! si vsque in coelum exaltaberis, vsque ad infernum descendes.* (Vid. Methodii revelationes in Bibl. Patrum Lugdunensi anni 1677 t. III p. 733.)

De codicibus Thietmarianis.

Octo novemve, quod sciam, codices Thietmariani exstant, duobus illi discernendi generibus. Ebertus enim in aureolo illo, quem scripsit de cognoscendis codicibus, libello pag. 177 sqq. docet, omnem propemodum superare fidem, quanta temeritate medio aevo libri manu scripti, historicorum imprimis, aucti, mutati, immo plane transformati fuerint. Ita vero factum esse, ut bellorum crucis sub signo gestorum scriptores, quales adhuc editi sint, artis criticae legibus minime respondeant, ut ne Bongarsii quidem quamvis sumtuosissima collectio ulla fide digna iudicari possit ab iis, qui fontes ipsos inspexerint. Idem cadere in eos libros, quibus Palaestina terra describatur, quorum varia exempla mirum in modum inter se dissentiant atque discrepent.

Idem iudicavit Eduardus Robinsonus in libro, quem inscripsit Palaestina, vol. I pag. 22 asserens, monachos saepenumero ad innovanda et nova quasi forma regeneranda itineraria incubuisse. Unde Beckmanno auctore Brocardi itinerarii quatuor amplius recensiones exstare. Quarum recensionum tres diversis contentas editionibus possidet bibliotheca publica Hamburgensis.

Quod quum ita sit, haud sane mirandum idem Thietmaro accidisse, cuius peregrinatio duobus codicum generibus ita nobis tradita est, ut alterum ab altero omnino differat. Unum enim, ex quo tres codices pendent, exemplar ab ipso Thietmari autographo originem duxit, alterum nihil esse videtur nisi levissime conglutinatum et excerptum certoque certius Thietmaro ipsi ignotum monachi cuiusdam opus.*) Quod si quis severius quam verius a me iudicatum suspicetur, conferat, quaeso, hos codicum Basileensis et Gandavensis locos cum iisdem, qui sunt in libro manu scripto Hamburgensi:

Pag. 5 ed. Bas., p. 22 ed. Gand. haec sunt: *Item inicium maris galylee transiens ciuitatem bethsaidam et capharnaum.* Deest verbum finitum, quod exhibet codex Hamburgensis, cap. III § 12 haec habens: *Item inicium maris Galilee est inter Bethsaida et Capharnaum.* — Praeterea conferantur quae scripta leguntur pag. 11 editionis Bas.: *Quamquam templa eorum ingrediuntur non ex precepto maritorum suorum.* Quae quid sibi velint, non intelliges nisi in-

---

*) Quid quod pag. 57 ed. Gand. pag. 70 ed. Basil. leguntur haec ipsius librarii verba: *Magister Thetmarus specificat hic de arboribus.*

specto codice Hamb. c. IV § 57. 58, ubi omnia plana sunt et perspicua. Videas etiam pag. 12 ed. Bas., ubi leges: *Et ueni ad-baydach metropolis.* Quae vox *metropolis* suo loco est in cod. Hamb. c. VIII 1. — Neque quae leguntur pag. 13 ed. Bas., pag. 30 ed. Gand.: „*Et papatum eius faciat dominus deus omnipotens breuem super terram*" perspicies, nisi ex cap. VIII § 9 cod. Hamb. cognoveris ea partem tantum esse a sua avulsam periodo, id quod optime vidit Julius Baro de Saint-Genois, cui tamen deesse aliquid in libro Hamburgensi concedere non possumus. Nam quae a pag. 51 in Gandavensi, a pag. 53 in Basileensi editionibus exstant, ea omnia a Gerhardo s. Burchardo apud Arnoldum Lubec. VII 10 p. 518 sqq. repetita sunt. Qui exemplar, a quo alterius generis libri originem duxerunt, conscripsit librarius, Thietmari scriptum excerpsit, immutavit, complura capita omnino omisit, complura falso transposuit, denique aliis atque Thietmarus verbis usus est.

Jam singulos codices videamus.

1. Codex Hamburgensis. (H.)

In scrinio num. 143b.

Codex membranaceus est seculi XI, foliorum XIV, paginarum XXVIII, forma oblonga, modo quaternario minore, literis initialibus rubris, scriptura duabus columnis distincta, quarum utraque lineis atramento scriptis et perpendicularibus binis inclusa, et transversis tricenis quinis inducta est et quasi sulcata. Lineae tamen modo antepenultimae, modo penultimae totas paginas, non singulas quaeque columnas transeunt; id quod apud Waltherum in tabula XXII videre licet. Versus septuaginta complectitur pagina, columna triginta quinque. Scriptura satis nitida, atramento nigerrimo exaratus est liber. Plurima in eo reperiuntur compendia scripturae. Pagina secunda indicem habet: *Incipit historia de dispocione terre sancte aliqualiter experta* (i. e. de statu terrae sanctae, cuius partem quandam Thietmarus ipse investigavit). Verum haec verba a postera manu seculo XV exeunte addita sunt, nec genuinam libri inscriptionem praebent. Ceterum eadem illa manus in ipso libro atriore atramento bis terve quaedam mutavit. Prima antiqui librarii verba sunt: *Ego thi in remissionem peccatorum meorum*, a quibus initium capit liber Thietmari. Cui initio in prima totius voluminis pagina praecedit fragmentum homiliae theologicae, seculo XIII admodum perspicue scriptum, incipiens a verbis: *Ambulans Ihesus iuxta mare Galilee.* Exponuntur enim verba, quae legimus in evangelio Matth. IV 18. Quam homiliam excipit liber Thietmari inde a pagina II usque ad paginae XXVI columnam alteram, cuius in altera dimidia parte sequuntur praecepta quaedam in usum sacerdotis sacram coenam administrantis, eodem seculo, quo Thietmari exemplum, nitidissimis consignata literis. Paginam XXVII folii XIV implent formulae quaedam medicamentorum, ut podagrae, tussis, calculi in renibus, cum praecepto clareti conficiendi, id genus alia, seculo XV scripta. Finem codici faciunt verba: *bibe mane hora vesperarum et sera.*

Codex H. omnium integerrimus plurima continet, etsi scriptor eius interdum dormitat verbis hic illic nunc omissis, nunc iteratis. Saxonicam librarii originem formae verborum, quales *labides, poplico*, prodere videntur.

Primam codicis mentionem fecit *J. M. Lappenbergius* V. Cl. in Pertzii tabulario societatis historiae Germanicae operam navantium vol. IX pag. 505 sq.

Principem codicis editionem anno 1851 curavit V. Ill. *Julius* Baro *de Saint-Genois* Actorum Academiae regiae Belgicae in tomo XXV. De Burchardo autem, quem ibidem se primum edidisse per errorem putavit, vide notam nostram XX pag. 2.

Codici patrio editionem nostram quasi fundamento superstruximus, illum non solum in capitibus distinguendis, sed etiam in orthographia constituenda, quoad eius fieri potuit, sequuti.

2. Codex Stenzlerianus. (St.)

In volumine folia 209 partim chartacea, partim membranacea continente a folio LXX usque ad CXIV legitur peregrinatio Thietmari, medio seculo XV in charta scriptoria satis dilucide exarata, rubris et inscriptionibus et literis initialibus ornata, a manu possessoris, qui antea erat, F. A. Stenzleri V. Cl., suis numeris notata. Forma libri est octonaria minor, paene quadrata. Folii primi priore in pagina scriptum est: *Nota, quod istum libellum concessit mihi dominus Hinricus Man, monachus in Hilda.* —

Altera eiusdem folii pagina continet haec verba: *Libellus fratris Hinrici Man, monachi in Hylda, mihi, fratri Johanni, concessus per eundem anno Domini 1369°, tempore visitacionis, profesto beati Roberti abbatis.* *) *Nota, quod istum libellum domini Hinrici Man, monachi in Hilda, remitto per dominum Elerum, michi, fratri Johanni Michahelis* **), *concessum, abeundo* ***) *anno Domini MCCC°LX°VIIII°, ipso Tiburcii et Valeriani et Maximi* ****), *martirum beatorum.* Pagina prima voluminis totius incipit: *Scribo dispono memorque.* Folio II legitur: *Sicut Moyse.* Folio XXXV: Epistola domini Francisci Petrarche ad dominum Johannem Florentinum poetam de historia Griseldis. Quam epistolam excipit Vita Velonis episcopi, pergens usque ad fol. LX.

Folio LXI sequitur historia domini Methodii. Folio LXX incipit peregrinatio Thietmari. Folio CXIV initium capit liber de peruersis hominibus ad terram sanctam confugientibus (auctore Jacobo de Vitriaco). Folio CXVI orditur *descripcio terre orientalis.* Sequitur tractatio infancie Saluatoris. Denique: Exorcismus salis. Folii CCVIII pagina altera habet verba: *Nos, frater Johannes, abbas Cistercii.* In fine voluminis legitur: *Anno die mense predictis.*

Apparet igitur, primam huius voluminis scriptiunculam anno 1369 monachi cuiusdam Hildensis in bonis fuisse. Hilda autem est Eldena prope Gryphiswaldiam sita.

Codici Stenzleriano nomen dedimus, quia olim erat Magistro Stenzlero, Parocho Garziano Rugensi, cuius lectissimam bibliothecam laudat Ernestus Mauritius Arndtius in vita sua pag. 11 et 34. Ab illo verbi divini ministro hereditate accepit nepos, Fridericus Augustus Stenzlerus, Professor Vratislaviensis, qui eum pro singulari, qua est, humanitate, mihi utendum concessit, postea anno 1853 bibliothecae regiae Berolinensi donavit, ut duo nunc Thietmari codices Berolini asserventur.

Nec praetermittendum est, codicem Stenzlerianum criticae ratione habita gravissimi esse momenti.

---

*) d. XX m. Mart. — **) Johannis Michaelis est nomen monachi. — ***) Legendum: *abeuntem.* — ****) d. XIV m. Aprilis. Retinuit igitur dies XXV.

3. Codex Guelpherbytanus. (G.)

Gud. 42, 3. Ms. Aug. Fol.

Codex chartaceus est, forma maxima, seculi XV, foliorum 316. Foliis CLXXXVII—CXCVII continetur Thietmari peregrinatio. Primo in folio legitur: *In isto libro continentur constituciones Clementis.* Postea: *Item viaticus de terra sancta.*

In operculo voluminis a manu monachi cuiusdam seculi XVI scriptum est: Iste liber pertinet Gherardo Wunstorp. Et infra: Ex libraria S. Blasii in Brunsvico transiit in Augustam anno 1637. Mentio libri fit in Pertzii tabulario VI 22.

Codicis nobis copiam dedit amicus Carolus Schoenemannus nuper defunctus, multumque nos inde fructus percepisse grato animo testamur.

4. Codex Rehdigeranus. (R.)

Repositorii II. cod. XLVII.

Libri collationem tantum non omnia complexam debemus Henrico Fischero V. D., qui apographum sua manu scriptum partim cum editione Basileensi, partim cum nostro codicis Hamb. apographo liberalissime comparavit.

Fridericus Laurentius Hoffmannus, bibliographus, thesauris, quos possidet, minime solus incubans, communicavit nobiscum librum, inscriptum: Notitia manuscriptorum bibliothecae Rehdigerianae a Cl. Bibliothecario G. Krantzio summa cum fide et dexteritate anno 1695 d. 18 Nov. seq. tradita, communicato vero illius autographo descripta manu Joh. Ernesti Lammeri Vr. Sil. SS. Th. C. A. 1718 et 1719 initio. — In quo pag. 150 sqq. codex Thietmari peregrinationem una cum duobus aliis scriptis continens his verbis describitur: „Totus codex chartaceus est, charactere non optimo quidem, legibili tamen sine dubio priore saec. XV parte scriptus.“

Quem H. Fischerus in Polonia et de exemplari minus perspicue exarato descriptum suspicatur.

Asservatur Vratislaviae in bibliotheca Rehdigerana cum Burgiana ad aedem S. Elisabethae consociata. Fuit igitur inter κειμήλια, quae collegit Thomas Rhedingerus, ut ipse anno 1575 testamentum suum subscripsit, alias in nomine suo scribendo minime sibi constans. Posteri eius illustrissimi, qui nunc Liberorum Baronum a Rehdiger nomine utuntur, anno 1658 Rhedigeri appellabantur. Videsis librum inscriptum: *Thomas Rehdiger und seine Büchersammlung in Breslau, von Albrecht W. J. Wachler. Breslau 1828* quum pag. 64 sqq., tum p. 71 et 74.

Libro Rehdigerano egregias aliquot scripturas debemus.

5. Codex Berolinensis. (B.)

Mss. theol. lat. IV Num. 141.

Codex chartaceus, seculi XV, paginarum 440, forma quaternaria, continet quadraginta amplius scripta, quae pag. II et III recensentur. A pagina inde XVII usque ad pag. XLIII legitur Thietmari itinerarium, quod excipit magister Burchardus, antecedit itinerarium de terra sancta fratris Odorici de Foroiulio.

Inter paginam secundam et tertiam insertum est foliolum membranaceum, in quo scriptura monachica haec scripta leguntur: *Hec continentur in isto libello inprimis itinerarium terre sancte magistri depmari.*

Aversa parte operculi scriptum est: *Vitae sanctorum et alia ms. theol. lat. quart. 141.*

Codicis Berolinensis, quo nos primi publice utimur, data nobis copia est summa Pertzii, bibliothecae regiae praefecti primarii, comitate, cui hoc loco etiam palam gratias omni, qua par est, observantia actas volumus.

6. Codex Basileensis. (b.)

B X 35 Cartus. Basil.

Librum hunc, quem ipsi non vidimus, Pertzius in tabulario VII 174 his verbis memorat: *Thetmari descriptio terre sancte sec. XIV*, eodemque auctore est inter codices membranaceos bibliothecae universitatis Basil. De quo qui eum primus edidit, Titus Toblerus, haec scribit: Folium membranaceum libri manuscripti est longitudinis 5″ 1‴ et latitudinis 3½″, spatium ipsum longitudinis 4¼″ et latitudinis 2⅔″ (Paris).

Tobleri editio, quae forma minore St. Galli et Bernae anno 1851 apparuit, codicis Basileensis instar est.

7. Codex Gandavensis.*) (g.)

(Ms. No. 486.)

Hic liber teste editore chartaceus, seculi XIV, formae quaternariae minoris, foliorum 27, inest volumini inscripto: Excerpta desumpta ex vitis sanctorum patrum. Cuius folia ultima XXVII (p. 101—128) continent *epistolam magistri Thietmari.* Codex Gandavensis cum Basileensi plane congruere videtur. Itaque, nisi ab editore Gandavensi libri Gandavensis particulae in integrum codicis Hamburgensis verborum contextum intrusae essent, neque nobis, ut codici patrio accuratiore editione ius suum redderemus, officium iniunctum fuisset, neque Gandavensis editio a Basileensi differret, sed eodem fere tempore bis diversis locis Thietmariani libri epitome lucem aspexisset.

8. Codex Monacensis. (m.)

Custoditur hic liber in bibliotheca universitatis literarum Monacensi. Chartaceus est, foliorum XV, seculo XV scriptus. Continetur volumine formae maximae alia multa complectente. Cuius quas nobis Halmius V. Cl. ab ipso exscriptas transmisit scripturas discrepantes, evincunt codicem illum minoris tantum pretii esse, quippe qui et secundarii generis sit, et cum libro Basileensi consentiat. Restat, ut addamus, hunc librum eundem esse, cui olim Landshutae asservato XIII tantum folia ascribuntur in Pertzii tabulario vol. I p. 373, non p. 273, ut in indice huius voluminis positum est.

---

*) Vid. Catalogue méthodique et raisonné des manuscrits de la Bibliothèque de la ville et de l'université de Gand, par le Baron Jules de Saint-Genois. Gand 1849—1852 pag. 436 No. 652.

9. Codex Maschianus. (M.)

Andreas Theophilus Maaschius V. D. in libro, qui inscribitur: „*Beiträge zur Geschichte merkwürdiger Bücher. Achtes Stück. Bützow und Wismar 1774*", pag. 629—632 Num. CLXXXIII testatur, sese possidere librum manu scriptum bene conservatum, formae maximae, foliorum XVI, charta scriptoria duabus columnis ante inventam artem typographicam ita exaratum, ut, quamvis multa scripturae compendia exhibeat, commode tamen legi possit. Codicem ita inscriptum esse: *Thetmari descriptio terrae sanctae.* Cuius libri quod Maaschius proposuit fragmentum, egregium ei inter codices Thietmarianos locum assignare videtur. Sed neque G. M. E. Maschius, possessoris nepos, nec G. F. Lischius, neque Gentzkenius, neque Otto Krabbius, quos omnes literis adiimus, ullum tota Megalopolitana patria libri vestigium reperire potuerunt, id quod et vehementer dolemus propter perditam, et gratissimo animo agnoscimus propter datam a tot tantisque viris operam.

Duo igitur codicum genera distinguenda sunt, quorum priori praeter Hamburgensem Steltznerianum et Guelpherbytanum, alteri codices Berolinensem, Basileensem, Gandavensem, Monacensem adnumeramus. Illud autem ab initio nobis propositum erat, ut prioris generis omnem scripturae discrepantiam, alterius eas tantum lectiones enotaremus, quae etiam alicui prioris classis codici propriae essent. Rehdigeranus codex medium inter genus utrumque locum tenere alioque ex fonte manasse videtur.

Scripturae diversitas.

Inscriptio:

Incipit historia de dispocione (i. e. disposicione) *terre sancte aliqualiter experta* H. *Incipit prologus in libro peregrinationis Thitmari* St. *Item viaticus de terra sancta* G. in interiore parte tegumenti. *Epistola magistri Thetmari anno 1217* g. *Incipit peregrinatio Dithmari* R. *Tethmari descriptio terrae sanctae* M. *De terra sancta* B. b.

Prologus.

§ 1. *Ego Thi.* H. Ex quo *Ernesto Förstemanno* et in literis ad me datis, et in onomastico nobis consentiente *Thietmarus* fecimus. *Ego Thetmarus* St. G. *Ego Dithmarus* R. *Ego thetmarus* M. *Ego magister Thetmarus* b g m. *Ego magister Detmarus* B. *meis* om. St. *peregrinis quibusdam* R. *cum peregrinis proficiscentibus peregre Domino peregre sum profectus* St., sed obliteratis vocabulis *Domino peregre*. § 2. *Post transcensionem autem* R. *terrae cum periculis* R. *multa* G. R. *comparationem poenae eternae nulla anno domini 1217 usque Accon* R. *retribucionis eterne* St. G. M. § 3. *per* om. St. G. R. M. B. b m. *vel eo amplius* St. M. *fuissem* H. R. *et terrafacerem* (§ 4) om. R. *aliquantulum* om. H. *aliquantum* M. *spem quam non* M. *hec est* G. *ad* ante *vitam* om. G. *vitam eternam* St. G. R. § 4. *Ne ego* M. *ociis* H. *que aduersus-laboribus carnis* om. G. *concupiscunt* H. *sedi* H. *et sanctificauit* om. H. *verus Deus-hominis* om. G. m. *suis vestigiis* St. M. om. R. *ibi* G. R. *requiescentium ibi* R. *quiescencium* St. M. B. *quoad potui* om. R. §§ 5—9 om. G. — § 5 om. G. *estuaui et* om. R. b g. *estimaui* H. *ardenter* om. St. *audiui* St. §§ 6—9 om. R. B. b g. — § 6 om. G. R. B. b g. *lectioni operam danti* om. H. *veridicis veraciter* St. B. b g. *scripto commendarem* m et St. Et idem St. postea: *memoriae commendarem*. § 6. *non* om. H. St. § 7 om. G. R. B. b g. *cupiam* om. St. *in hiis* H. *captent* H. *laudes* St. § 8 om. G. R. B. b g. *nimis vidi* St. *tot* om. St. *et terre* om. St. *adeo ad vitam* St. § 9 om. G. R. B. b g. *volet* St. *non* om. H. *fucum* St. *illa* om. St. *Explicit prologus — Thitmari* om. H. G. R. B. b g.

Cap. I.

§ 1. *Anno M° CC° X° VII°* om. R. *Cum ergo essem in porta* R. *igitur* om. St. M. *mundi* om. H. G. *in* ante *Accon* om. St. M. *ptolomaia* H. *dicebatur* G. R. *vbi eciam* St. *quondam ydolum* R. *ab Accon* om. H. *legitur* om. H. *Deus erat* St. *in* ante *Accaron* om. St. B. b g m. *in Accaron* om. R. § 2. *deus muscarum. Ibi enim adhuc est* R. § 3. *eciam* om. St. *captus est* R. § 4. *Est eciam* G. B. *enim* R. *Accaron que est vna* R. *quinque* om. G. R. B. § 6. *Post haec arripui iter* R. *ab Accon* om. H. R. *sephoram* St. G. B. b. *anna beate mater beate virginis* St. *beatae Mariae fuit* R. *erat oriunda* St. *prope Nazareth ciuitatem* St. R. *Domini* om. H. M. b g m. *a pueritia*. R. §§ 7—9 om. B. b g m. — § 7. *ante hanc* R. *iudei ammirantes prudentiam illius et parentes eius* St. In H. et vocab. *parentes*, et aliud quoddam in margine scriptum a manu seriore erasa sunt. — Vocab. *parentes eius* om. R. *perantes* siue *parantes* G. § 8 om. B. b g m. *appellatur* St. R. *siue saltus* G. *quia ibi cum eum precipitare vellent* G. *vnde-vallem* om. G. R. § 10. *Posthaec iui* R. *iuxta Chana Galilee* om. R. *con-*

uertit aquam in vinum St. *aquam conuertit in vinum* G. B. b g m. § 11. *Et in loco illo* G. *illo loco* R. b g m. *constituta* R. § 12. *Vbi* St. G. B. b g m. *apparent* St. G. B. b g m. *erant* H. *erant posite* St. G. b g. § 13. *Sarracenorum* St. *habita est* St. G. *sumpta* R. *est conuersa* R. B. *adhuc* om. H. *aquam adhuc* G. b g. § 14. *perueni* om. G. *transsignatus fuit* G. *Petro et Johanne* G. *et Jacobo* St. G. B. b g. *existente* a seriore manu correctum in *existentibus* H. *existente* St. B. b g m. § 15. *est* om. St. *altus est* R. § 16. *constructa est* St. G. B. b g. *honesta* om. H. *abbatissa* H. St. § 17. *Quam modo Sarraceni habent muro et turribus munitam* R. *Sarraceni habent* St. G. R. B. b g m. *occupatum* om. R. *valde* om. G. R. *turribus-muro* om. R. b g m. § 18—22 om. B. b g. § 18 om. B. b g. *Hic* om. R. *in monte pedis* H. St. *obuiam* St. *quendam virum* R. *ludo accipitris otiantem* om. H. *ouantem* G. § 19 om. B. b g. *et imperatore* St. R. *de ante regibus* om. St. *perquirebat* R. *disquirens necdum* om. R. *responso necdum* St. *responso nondum* R. *et e documentis doceri* R. *postulaui* R. *ut* om. St. *singula se habebant* R. *et* ante *melius* om. R. *tunc* om. H. R. *scirem* R. § 20 om. B. b g. *hoc est* om. G. R. *de pede* R. *in* om. St. G. R. *monte* St. *speciosissimos* R. *in quibus Cesar* R. *eius exercitus* St. R. § 21 om. B. b g. § 21. *per* om. G. R. *in campum* St. *crux Christi* R. § 22 om. B. b g. *Vbi in eminencia quadam in medio campo* G. R. *Ibi et* St. *soldanus* G. R. *Salathinus* St. *tamen* om. St. *summam petram* R. *que est* St. *sine quo — optimum* om. G. R. *nihil bonum vel validum* St. *est* ante *bonum* om. St. *omne bonum et validum et optimum* St. § 23. *hinc* om. R. § 24 om. B. b g. § 24. *radicem* St. G. R. *fluit* om. G. § 25. *Inde transciens* R. *Dominus vocauit* R. *vocauit Petrum et Andream* St. G. R. *supra* R. *ambulauit vbi etiam* R. *fere mersum* St. § 26. *Vbi etiam* R. *discipulis suis* St. R. *assum* St. G. R. B. b g. *ipsis* G. R. B. b g. *corporaliter comedit cum ipsis* G. § 28. *destructa est* R. § 29. *tam hieme quam estate non carentes* St. G. *tam estate quam hyeme* H. B. b. *crescunt vigore perpetuo tam yeme quam estate virore non carentes* R. § 30. *quidam* H. St. G. *obuiare* St. G. R. *nequeunt* St. G. *naturatis et* St. G. *cui-obsecundant* om. R. B. b g. § 31. *Hic* G. *Dominus* om. H. *pauit Dominus* G. *saciauit* R. *discipulos suos* G. B. b g. *edocuit* G. R. § 32 om. R. *Ihesus de monte etc.* St. G. B. *et stetit* H.

Cap. II.

§ 1. *Tyberiadem veni* G. *dicta* om. H. § 3 om. b g. — § 3. *oppidum et nobilem lacum* H. *optimum et nobilem laycum* G. *Tyberias* G. § 4. *fuit valde* G. § 5. *in inuentute sua* om. G. R. *frequentabat sepe* R. *sepius* G. § 6. *est destructa* R. *Sarracenis et* R. § 7. *supra ripa* G. *vsque ad Jordanem* om. R. B. b g. §§ 8—11 om. B. b g. — § 8. *Nota quod* om. R. *quod* om. St. G. R. §. 9 om. B. b g. — § 9. *in tribu* H. St. *inter* G. R. § 10. 11 om. B. b g. — § 11. *ad dextram et ad sinistram* R. *a* ante *sinistris* om. G. *loca multa* St. *vbi Dominus.* G. R. *noster* R. § 12 et 13 om. R. § 13. *et* ante *Johannes* om. St. G. *et* ante *Jacobus* om. G. § 14. *ibi eciam vidi* R. *et cedar etc.* G. *et cedar* om. R. § 15 om. R. *in* om. St. *psalmista* St. § 16. *vidi dothaim* R. *vbi inuentus est* H. G. *et vbi-eis* om. R. § 17. *Vidi eciam* om. H. St. G. *ceciderunt* St. § 18. *nec pluvia* om. G. *descendant super vos* om. H. G. *pluuia etc.* H. *veniant super vos* St. § 19. *nec ne* om. St. § 20. *sint* G. *aues positi* St. *psitasi* H. *psytati* G. *aues siccatae* R. *psitici* B. *phicasti* g. *psitaci* b. *non possunt* St. G. R. § 21 et 22 et capitis III § 1—3 om. B. b g. § 21. *Item* om. R. *ibi* om. G. *que interfecit* R. *Iram regi Thiri* R.

Cap. III.

§ 1. om. B. b g. *Transiens ego* R. *hoc* om. R. *iui per* R. *plana et* om. R. *et* om. G. *et feracem ad* om. R. *transiui ciuitatem* R. *pulcherrimam et* om. R. § 2 om. B. b g. — § 3 om. B. b g. *per quoddam* R. *facit spacium* G. *montibus Galilee* G. *lacum maris Galileae unde et post Jor et Dan sub montibus Gilboe faciunt Jordanem* R. — § 4. *ciuitas* om. H. *dixit Dom.* R. *etc.* om. H. St. §§ 5—16 om. B. b g. — § 5. *bilinas* St. *Belina* G. *et a monte vicina biliam* St. *Fenicem* G. § 6 om. B. b g. — § 6. *est* om. St. *quidam fluuius* G. R. § 7 om. B. b g. *illo* om. St. *et pyramis* om. R. *beati Jacobi* G. *et-habetur* om. R. *ab* om. G. *hominibus* pro *vocabulo* *omnibus* St. *sollempnis* St. G. § 8 om. B. b g. *in estate annuatim conueniunt* G. R. *acubes parthidumei sirij et tyrci* H. *tursy et alii* G. R. *et faciunt* R. *ibi* om. R. § 9 om. B. b g. *Jaboc* St. § 10 om. B. b g. *a Nawam* om. H. *quondam* om. G. *Inde per aliam viam progressus veni in ciuitatem Miehen pulcerrimam* R. § 11 om. B. b g. *Et tamen adhuc a Sarracenis inhabitatur* R. § 12 om. B. b g. *perueni scilicet Salo-*

men G. *perueni ciuitatem nomine Salome* R. *et alio* G. R. *glutino* St. *glutimine* H. *sed tamen mirabiliter et simpliciter* R. § 13 om. B. b g. *hospitalarii* H. R. *vbi omnes* G. *oportet* om. G. *propter* om. G. § 14 om. B. b g. *Vbi vidi* G. R. *virum Sarr.* R. *vno lecto* St. G. R. § 15 om. B. b g. *autem* om. R. *brachate* St. *habentes* H. *vsque* om. H. *lasciniis* G. *lassanis* R. § 16 om. B. b g. *ad* om. R. *eciam* om. H. *eciam oportet* G. *conquestum* G. *eciamsi* R. *ad meridiem pernoctare* H. *veniunt* om. St. § 17 om. B. *stratam regiam* St. G. R. *locus* om. G. *Paulum conuertit* St. G. R. § 18 om. B. b g. *in patrariis* H. om. R. § 19. *Est eciam* G. *introeuntibus* G. R. *aurum* om. St. *queratur* St. G. R. B. b g. *decima pars auri* R. § 20. *vestium* G. § 21. *hec* om. H. St. b g. *sita* om. H. *loco illo* St. G. *in illo loco sita* R. *de terra* om. G. R. § 22. *Que non est valde munita, sed valde populosa* R. *quidem est* G. *viderim* St. *ciuitatem populosiorem* R. *et* ante *diuersis* om. R. *artificiis plena*, *agris fertilibus et pascuis floridis delectabilis et epulcrata fontibus* R. *adeo quod numquam vidi ciuitatem sic populosam* H. *et delectabilis* G. *florida* H. b g. *pascua* H. *commoda* H. *mirandis* H. *nobilitata* om. R. b g. § 23. *enim* om. St. R. B. b g. *et lauatoria* G. B. b. *quadrata et rotunda* G. R. *luxum et* G. R. *voluntatem* R. *mirifice preparata* G. R. B. b g. § 24. *autem* om. R. *sunt orti* G. R. *irrigui et* St. B. *et* ante *aqued.* om. G. *et artificiosis et naturaliter irrigui* G. *artificiosis et* G. R. *irrigati* om. R. *omnis generis vel speciei* R. *et specie* St. G. *temperie temporis* R. *auiumque* R. *omni* R. B. *venustate* R. § 25. *ille locus* R. *posset* R. § 26. *enim in festo Martini audiui* R. *beati Mart.* St. *sancti* G. B. g. *alaudam philomelam* R. *canentes* R. § 27. *violas eciam* R. *mirabilem* G. R. *mihi* om. R. § 28. *est* om. St. *locus et* G. *delicatus est* R. *sic et homines* G. *et* om. R. *pro loco et tempore* G. *loci illius delicati sunt* R. § 29. *Tot* R. *et varietates* G. R. g b. *ciborum habent quot humana natura concipere non potest* R. *eo* om. R. § 30. *Quam viginti* R. *panis vini et* G. *vel plures* St. B. b g. *ibi* om. R. § 31. *suos* om. H. B. *domi* om. G. R. *vt in* St. *in* om. R. *loco* om. R. *huius modi* om. H. *preparata* om. G. R. *vescendum* St. § 32. *Nullusque* R. *autem* om. G. *prohibitum sub pena grauiss.* G. R. *quod sub* St. *est* om. G. *quia h. sint* G. R. *sit* St. *vescendum* St. § 33. *que* om. R. *sunt* om. R. *et vnius noctis* omisso vocab. *spacium* St. *spacium* om. St. B. *vnius noctis spacium* G. R. b. *pauperes* R. B. § 34. *lege et* om. H. *de vita et de lege* St. *de vita et lege* R. B. b g. § 35. *Vita enim* R. *est* om. St. *lex eorum* R. § 36. *Sarraceni enim* R. *possunt in luxuriando delectari* R. *et illicite* G. B. b g. *sibi* om. G. *esse* om. St. *pium esse* G. *quia-iuuaret* om. R. b g. § 37. *habet* G. *quisquis* St. *etiam plures* St. *possunt* H. *Quo quis etiam plures mulieres habere potest, tanto fortior est* R. § 38. *quociens* R. § 39. *turribus suis* St. G. b g. *qui* ante *noctibus* om. H. *in noctibus proclamantes* R. *comedite laute* St. b g. *laute* om. R. *et comedite* G. R. *et reficite* G. *reuisite* St. § 40. *Greci quondam* G. R. B. *honorem* R. *conuertunt* H. *manum etc.* G. *amentiam* R. *maneriam* B. *mameram* b g. *piscinam nisi si quis* G. *vbi si quis peccauit* G. *se abluit* St. G. *abluat se* R. *se abluat* B. b g. *et reconciliatur* H. G. *reconcilietur* R. *ita* om. H. *Deo suo* R. B. b g. *peccat* H. St. R. *et in illo* G. R. § 42. *Et hoc* St. B. § 44. *Ad vocationem preconis solent* R. *ad ecclesiam solempniter* G. R. B. *venire* St. G. § 45. *in qualibet hora* G. B. *in quarta hora* R. § 46. *lauantes* H. St. *lauant facies, manus, crura, pudibunda et pedes et anum* G. *deinde* om. R. § 53. *pupplico* St. G. *in altis* G. *et alt. voc.* om. R. § 50. *suo* om. G. R. *deferunt* St. G. *ferunt* R. *et* ante *in* om. R. *in veniis* om. G. R. *frontibus* G. § 51. *cum* om. H. St. B. *campo* H. *deponunt* St. B. b g. *ita* om. H. *contra* G. R. § 52. *lintheariis* R. *linthea-minibus uelate de bocran incedunt* H. *de bocran* om. G. R. B. b g. *et cooperte* om. H. § 54. *eunuchorum* om. R. *domicilio* R. *earum* G. *eorum* om. R. *preceptis* H. § 55 om. B. b g. *Nullus est* R. *vel mulieris qui ad mulierem audeat* R. § 56. *ex* om. St. *et nobili structura* R. *structum* H. *constitutum* R. *in carcere soldani sed* G. R. B. b g. *quod est carcer* om. G. R. B. b g. *non esse bonum consilium* H. R. *visum est non consultum* G. B. b g. § 57. *Cum autem* St. *Cum personaliter non auderem accedere* R. *accepi — inter nuncios* om. R. *per internuncios* om. St. R. § 58 om. B. b g. *Cum personaliter non auderem accedere per nuntium quidam miles de Suevia misit mihi bursam propria manu factam de carcere soldani* R. *swria* H. *swruia* St. *swrina*, (swrnia, swrma) G. *de carcere soldani* G. R. § 59. *Item eciam per ciuitatem plures Christianos captiuos et Teutonicos vidi.* R. *plures per ciuitatem* G. B. *timore mortis* R. *non audebam loqui* H. — § 60 et 61 om. G. — § 60 om. G. *quendam ibi* R. *werningrot* St. *werninghero* R. *werningerodde* B. *vnum militem de Quedelingheburg* R. *quedelingebur* St. *quedelingeborch* B. § 61 om. H. G. R. § 62. *Notandum est* R. *quod* om. St. *quilibet libere* G. *quilibet legem* R. § 63. *Et in ea eciam* St. *sunt plures* G. *erant plures Christianorum* R. Capita IV V VI om. B. b g.

Cap. IV.

Cap. IV om. B. b g. § 1. *Damascus sita* R. § 2. *hac* om. G. *vnum* om. G. *dimidium* St. R. *iugeris* R. *quedam* om. St. *sita* om. R. *et pulchra* G. *pulchra et* om. St. *salaech* St. *salaich* G. *salich* R. § 3. *vnde beatus Job fuit* R. § 4. *swita* St. *Sueta* G. *succa* R. *ex qua* om. H. *de qua fuit* St. *ex quo* G. *metropolis est Theman* St. *Eliphaz* St. § 5. *et Naaman* R. *naanyam opidum in quo sophor* G. *oppidum in quo* St. G. *vnde* R. *Naamanites* R. § 6. *beati Job* St. § 7. *autem* om. H. *sex diebus in D.* St. G. R. *et transiui — Pharphar* om. St. *Habana* om. R. *seyr ad opidum sardanaym quod situm est in montibus seyr* St. *iconia* R. *Marie virginis* G. *virginis* om. R. *est* om. St. § 8 vsque ad cap. VI § 12 om. St. G. R.

Cap. V.

Hoc caput est in solo H. § 2. *vt* om. H. *Sardanaim* H. § 18. *fuisset ingressi* H. *Dixit et* H. § 44. *a* om. H. § 46. *habentes* H. § 51. *tpc moradini* H. § 54. *da sardania armoila* H.

Cap. VI.

§ 1—11 exstant in solo cod. H. — § 1. *uel non presumit pernoctare* H. *quia ad annum* H. § 5. *gracie* H. § 7. *miseras* H. *quia ampullam* H. § 12. *huius* om. R. *et* om. St. § 13. *non autem longe* H. *autem* om. R. *est eufrates* R. *qui — frigidus* om. G. R. § 14. *desertam* om. G. R. § 15 om. G. R. *babilon illa* St. § 16. *regnauit* R. *nabuchodonosor* St. *rex* R. § 17. *Vbi est* R. § 18. *manseolum* H.

Cap. VII.

§ 1. *Est autem* R. *ab isto* St. R. *et Yd.* R. *baldach* St. *balda* R. § 2. *galyphel* St. *califel* R. *et cottidie Sarracenis* H. *legem* G. *pater noster* G. B. b g. *precipit obseruare*, omissis voc. *ab omn. firm.* St. § 3. *quando placet* om. H. Paragraphi partem postponunt G. R.: vide § sequentem. § 4. *quicquam* H. *peccauit* G. *quantum ad eos quia non egreditur nisi de nocte* G. *quantum ad illos, quia nunquam egreditur nisi de nocte* R. § 5. *sedet* H. *si* om. R. *veniam* St. R. *cadunt enim et eundo* R. *apud eum* G. B. *ad ipsum accedunt* G. B. b. g. *et osc.* G. *osculantes* G. R. § 6. *Si autem* R. B. *nobilis* (sed correctum in *nobiles*) H. St. *sua* om. H. *suas* om. R. § 7. *autem* om. R. *iste papa* St. R. *in domibus et* om. H. § 8. *Si quis autem* G. R. B. b g. *corrupt. suarum* St. *poterit* G. R. B. *possunt* St. *videtur ei* G. B. *ea* R. *celi reginam* G. § 9 om. G. *Vie eius longe* R. *et papatum — terram* om. R. §§ 10. 11. 12. om. B. b g. — § 10 om. B. b g. *eciam* om. H. *Est et* R. *altera pars est* G. *et altera soldani* R. § 11. om. B. b g. *coice* St. *coccum* R. *bombonum* St. § 13. *yconia* St. *ingressus* St. *regressus* G. R. B. b g.

Cap. VIII.

§ 1. *autem* om. R. *desiderantissimo* St. *desiderantissime* om. G. R. *visitare corpus* G. *videre et visitare corpus* R. *sacro sudans oleo* om. G. R. *sacro sudans-exponebam* et voc. *igitur* § 2. om. G. *eoque-exponebam* om. G. scribens: *Katerine Accon arripui. — In animam et corpus* St. *preposueram* H. *me totum scilicet* R. *sublimi auxilio* H. *submissi* b. *et* ante *casuales* om. St. R. B. b g. *euentus* om. H. B. b g. § 2. *perpetuam accepturus* R. *alee-exponebam* om. G. R. *fructibus* St. *igitur* om. G. R. *ab Accon* R. *arripui* R. *grecus mon.* H. *maris ad* om. G. *ad* om. St. B. §§ 3 et 4 om. B. b g. — § 3 om. B. b g. *ad* om. R. b g. *versus septentrionem* R. § 4 om. R. B. b g. § 5. *est quaed ciu. sita* St. *est sita* G. R. *ciuitas quae Porrisia dicta fuit destructa a Sarracenis* R. § 6 om. R. B. b g. *prorrifia* G. §§ 8—12 om. B. b g. — § 8. *autem* R. *quod* om. H. *vrbem* om. G. R. *quidam fluuius qui vocatur Beleam* R. § 9 om. B. b g. *sepulchrum* om. H. *ammiracione* St. G. § 10 om. B. b g. *fluuii istius* G. § 11 om. B. b g. *repletur* G. § 12 om. B. b g. *autem* om. H. *quec. pars autem* G. *fiunt iactata - mutantur* H. *denuo* om. G. *conuertitur* St. G. § 13. *scilicet* om. H. *in-Carmeli* om. H. *Item iuxta ciuitatem Porrisiam in pede montis Carmeli est spelunca Helie et Helysei* R. § 15 om. B. b g. — § 15. *Carmeli* om. St. G. *quoddam cenob. est* G. § 16. *fecit multa* R. § 17. *et-pluiam* om. H. St. § 18 om. B. b g. *occ. eciam Baal proph.* H. § 19. *in desertum* om. H. St. B. § 20. *venit et obdormit* R. *dormiuit* G. §§ 21. 22. 23 om. B. — § 21 om. B. *et* ante *in* om. R. *diebus.* St. b g. *vsque* om. St. *Dei* om. G. R. §§ 22—24 om. b g.

§ 22 om. B. b g. *illa pessima reg.* R. *quia abst.* R. *fuit precipitata* R. § 23 om. B. b g. — § 23. *extitit* H. *eius* om. R. § 24 om. b g. *Magedo* St. R. *machedo* G. *est sep.* St. R. *In vicino huius est campus Magedo, in quo est sep.* R. § 25. *Carmelus diuiditur* St. R. *ad dietas quinque* G. *quinque dietas* R. *in altum* G. H. § 26. *Mons enim* St. B. b g. *ille* R. *pascuis plenus est et vberrimus est* G. *pascuis plenus est et vberrimus herbosus est et vtilis pecoribus* R. *et* ante *visu* om. R. B. § 27. *et* ante *leopardi* om. G. R. *vrsi* om. R. *damme* om. St. *lenzam* St. *lesam* R. *informidabile* G. R. *papiniones* H. *papiones quoque* R. *scilicet lupi* H. *lupi* om. R. *capreoli* St. om. R. *campoli* G. *nostris-habentes* om. R. *moliores* (sed deleta litera a) H. *minoras nostris* St. *mioras nostras* G. *longas caudas* G. *et lupi infiniti ibi habundant* R. § 28. *istum* om. R. *siue montana* om. St. G. R. *quoniam sunt* R. *et* ante *hosp.* om. G. R. *b g. et hospitalarii* om. H. *domus* om. St. *cum copiis* R. *bibere* St. *delectione* St. *graminibus* om. R. *plurimum* om. H. R. *inpignare* St. B. § 29. *horaz* H. *illud festum hararum* G. *id festum ararum* R. *arath* B. § 30. *bondewini* St. *baldewini sarraceni* R. *istum* St. B. b g. *illo* om. R. *tempore treuge* R. *conuenire* G. R. *miliciam* H. St. R. § 31. *enim* om. R. *militaliter* St. *militariter* G. B. *Baldewini sciunt equit.* R. §§ 32—53 om. B. b g. — § 32 om. B. b g. *Erigunt enim* R. *eo modum pigni* (*s. pugni*) St. *asta . . quodam qui imp.* R. *sui* om. H. *mittunter* R. *hasta* om. G. R. § 33 om. B. b g. *fefellit* H. G. *fefellerit et* om. R. *haste* G. *transiret* R. *hominibus* St. *et a mag.* R. *magno fertur* H. *pugno* om. G. *in magnum vituperium* G. R. *magnum* om. H. § 34. om. B. b g. *Ibi* R. *baldewinus* St. *cur. suam* G. R. *sua xenia* R. § 35. om. B. b g. *est eciam* R. *latuit* G. R. § 36. om. B. b g. *quoniam deneg.* R. § 37. om. R. B b g. *labuntur* St. G. §§ 38. 39 om. B. b g. — § 39. *per* om. St. R. *sunt multi* G. R. *multi* om. St. § 40. om. B. b g. *est* ante *Palestina* om. St. R. *que quondam Endor* G. *que quondam fuit Gidor* R. *dicta est* om. G. R. *dictum est supra* R. § 41—43 om. R. B. b g. — § 41 om. R. B. b g. *Hec* St. *fuit quondam* G. § 42 om. R. B. b g. *herodes rex iudee ad honorem* St. G. *Cesaris Aug.* G. § 43 om. R. B. b g. *regio* St. G. § 44 om. B. b g. *centurionis* om. H. G. R. *hedes* St. *et baptizauit* om. H. R. *et edes-prophetissarum* om. R. § 45 om. B. b g. *Post* R. *ciuitatem quondam* G. *nunc vero desolatam* R. § 46 om. B. b g. *Vbi quondam* St. G. R. § 47 om. B. b g. *sinistra* St. G. R. *antipadriam* H. *antipadram* R. *desolatam* om. R. *sic* om. R. § 48 om. B. b g. *multos et saepe* G. *et* om. R. *ab antiquo vsque in hunc diem* R. § 49 om. B. b g. *modo autem* G. *nunc des.* R. § 50 om. B. b g. *cum fugerat* R. *et auspicium—rei* om. G. R. *et Jone* G. *vocatur* H. *vocabuli alludere* St. *dicunt* St. *Joppen* H. St. *quasi* om. H. *et dicitur Joppea i. e. Jone fugientis porta* R. § 51—53 om. R. B. b g. — § 51 om. R. B. b g. *andromade* H. *andromatha* G. *et filia* H. *cophei* G. *cessiopes* H. *cassyopes* St. *casiopes* G. *est ad scopulos* H. *scopulas* St. *maxime belue* St. *ad scopulos exp. erat* om. G. § 52 om. R. B. b g. *in* om. St. § 53 om. R. B. b g. § 54. *versus* om. G. R. *rama et ramatha* G. *vel Ram. q. i. est* om. R. *ab* om. St. *ferens* R. *calaria* St. *in lacum leonum* G. *lacu* R. § 55. *relinquens a sinistra dyapolim ubi* R. *autem* om. R. *parte Ligdam que* om. R. *Liddam* St. *Dyaspolis* St. G. *Dortas* G. g. *est eneas* H. *Lystram* St. *de quo* H. *qui dominum sep.* G. R. *et Nobee—sacerdotum* om. R. *sacerdocii* G. *tumulus* St. *Tunc ad tumulum occisorum perueni ramaque* G. § 56—61 om. B. b g. § 56 om. B. b g. *igitur* om. G. *struct. ruinis* G. *fuit in structura* R. *structurarum* om. R. *rumis* H. § 57 om. G. R. B. b g. *docent* H. § 58 om. B. b g. *herodes edif.* G. *Herodes hanc edif.* R. § 59 om. B. b. g. *ut leg.* St. *est* om. G. § 60 om. B. b. g. *dextra* R. *vnam ciuitatem* G. R. *et vnam* R. *portas* St. R. *Ascalonem* om. R. *quedam* om. R. *esse puellarum* R. *turris puell.* om. R. *que dicitur esse* om. G. *eciam dicitur* St. *de* om. G. *cementitata* G. *et Accaron* om. G. § 61 om. B. b g. *Hec omnia* St. *Hanc enim* R. *transiui montem* G. R. *per* om. G. R. § 62. *ad sin.* G. R. *nunc dicitur* St. R. *in qua* R. *sepultus erat* St. G. *beatus Johannes* R. *ebdiam et inter elizeum prophetas* R. § 63. *que modo Neap. dicitur* om. R. *nunc Neap.* St. *metropolis* G. *capta* St. *Dina soror Jacob* G. *sororis* om. St. R. § 64. *in vicino e. p. J. vbi* om. H. *puteus est* St. *quando—habuisti etc.* om. R. *etc.* om. St. § 66. *Vbi etiam* R. *Golyam interf.* G. R. § 67. *eciam rel.* R. § 68. *est desertus* R. § 69 om. R. *emaus vocabatur* St. B. *euntibus in via* om. St. § 70. *bellauit* St. *sursum suum* St. *occasum* R. § 71. *versus ierusalem* St. *incidi in laqueum incidi in cyllam* St. *incidi in laqueum incidi in cillam cupiens vitare caribdim* G. *vnde versus* om. St. §§ 72—74 om. B. b g. — § 72. *intersit Bethl.* H. *supra Bethl.* St. *et vitarem* G. R. *vitarem sanctam ciuitatem* St. G. *et vitarem sanctam ciuitatem accedit quod captus fui a Sarracenis et ductus in Jerusalem* R. *et peric.—verebar* om. R. § 73 om. B. b g. *nimius* St. *viuus* om. R. § 74 om. R. B. b g. *michi distabat* St. *hinc tamen* H. § 75. *in vna* St. *prothomartir* om. G. R. *lapidatus est* St. B. § 76. *quondam* om. R. *constructa fuit* G. R. *est funditus* G. *funditus est* R. B. b g. §§ 77—81 om. B. b g. — § 77 om. B. b g. *Dum mihi vero sic captiuo* R. *vero* St. G. R. *sic mihi* St. *inangustiato* R. *non est spes* R. *eum* om. St. *visitauit me et miraculo suo me conseruauit* R. *spem redintegrauit* om. R. § 78 om. B. b. g. *His*

habui Hungarum quendam nobilem R. *sarracenos* om. G. R. *prouinciales suos Ungaros ob studium* R. *ob tempus studii* St. *in ierusalem* St. R. § 79 om. B. b g. § 80. *amantissime* G. R. *est* om. St. § 81 om. B. b g. *interposuerunt se* R. *nos fecerunt* St. *nos liberauerunt* R.

Cap. IX.

§ 1. *ciuitate sancta* G. R. b g. *de qua* G. *quia* bis om. R. *quia* ante *de* om. R. B. b g. *et* ante *quia* om. St. b g. *multa de ea* St. b g. *me—tamen* om. R. *me—ociosum* om. R. B. b g. § 2. *dicunt* St. § 3. *fortissima est* St. G. B. b g. *fortissima* om. R. § 4 *Domini* om. St. *maunieriam suam* St. *maumeciam* G. *exornant Sarraceni et in suam amentiam couverterunt quod* R. *maneriam* B. *mameram* b. *maneriem* g. § 5. *passionis eius* R. *et* post *luminaribus* om. R. b g. *clausa semper* St. *semper* om. R. *existit clausa* R. *extitit* G. *oblacionis* G. R. § 6. *orientali vel in* om. H. *infra ciuitatem est in parte orientali* St. *vel in australi* om. St. R. B. § 8. *Vbi eciam* G. *et vbi in* R. *discipuli* om. H. § 9. *Vbi beata* R. *Deo* om. R. *discipulorum Deo* H. *reddit* St. *spiritum sanctum* G. *spiritum suum in medio discipulorum unde dominus* R. § 10. *iudici* om. G. R. § 11. *discipulis suis* R. b g. § 12. *sanctus ioh.* G. R. b g. *Vbi sanctus ioh.* R. *in cena* om. H. § 13. *ianuis clausis* H. *Dominus* om. St. *Dominus discipulis* R. § 14. *sepultus fuit* St. G. *Abibam extra muros sepultus A sinistra vero ciuitatis est ager publicus qui dicitur Acheldemach* R. § 15. *montis* om. H. *extra ciuitatem* St. *appellatur i. e. ager sangwinis nuncupatur* R. *nuncupatur* om. G. § 17. *sanctam ciuitatem* St. R. *contra septentrionem* St. G. R. § 18. *optime videntur* R. B. b g. § 19. om. B. b g. *singulis annis* R. *holocaustum domini* H. St. *offerebatur igni. cuius* H. *secundum legem offerebatur Domino vacca ruffa* R. § 20. *contra montem Cedron* G. *trans—sagitte* om. R. *Christus* om. H. § 21. *Ubi* St. *et sang.* R. § 22. *uigila* H. om. G. *vigilare mecum* St. R. B. § 23. *egressus* G. R. *est* om. H. *Ihesus Getsemani* om. R. *pylati* om. G. § 24. *Ibi cum* St. *eum Petrus* G. b g. *Petrus negauit* St. *cognoscens* St. *ad cauernam* H. *vbi* om. St. § 26. *iuxta frontem* R. *cauerna quedam in quam* R. *Dei nutu leo quid* St. *cosora* H. *cosdra* (?) *rege* R. *costroa* B. b. *caserrata* (?) St. *castroa* (?) g. *sanctorum corpora martirum* G. R. § 27. *leonis* om. G. *cauerna leonum* R. *canerium locus vocatur* B. *cauerium* G. *carnarium* b. § 28. *Cum autem quatuor dies et noctes stetissem* B. b g. *vnam noctem* R. *fuissem* H. R. *versus Bethl.* R. §§ 29—31 om. b g. § 30. *Vbi* om. G. R. *apparet in manifesta structura* R. *mirifice constructa* G. *qui locus arabice appellatur Casrata* St. *crabata* om. G. § 31. *vsque* om. R.

Cap. X.

§ 1. *est ante integra* om. H. *nec adhuc a* H. *deuastata* R. b. § 2. *quidam* H. St. *quidem* b g. § 3. *traditur* St. *dicitur* R. *non potest* St. G. *ibi* om. H. *inesse* H. *christi stacionarius* G. *subiugales quod dicitur quod Sarracenus non possit esse christiani stationarius* R. § 4. *limina monasterii custodes* R. *custodes ad lumina* H. G. *templi deputati* H. *custodes* om. St. *oblaciones accip.* G. *oblaciones recipientes* R. *ibi* om. G. *habent* H. § 5. *illud pulch.* R. *cum plumbo* G. R. § 6. *epistiliis et* om. G. R. *capitellis eius* R. *nobilissimo* om. R. *eius* post *parietes* om. H. G. *parietes eius* St. B. b g. *argento et* R. *sunt* om. H. *tempore vel arte* R. *ad unguem* om. G. R. § 7. *hoc monasterium* om. G. *monasterium* om. G. R. *destr. id* R. § 8. *natus fuit* St. G. R. *in mon. eod.* G. § 9. *quam ego peccator* G. R. *presepe* om. G. R. *deosculabar, in qua* G. R. *vagiit paruulus* G. R. *beata* om. St. G. *puerpera* om. H. *puerpera virgo* R. *genuit inf.* R. §§ 10 et 11 om. B. b g. — § 10 om. B. b g. — § 10. *monasterio eodem* R. *beati Jeronimi* om. G. R. *in qua beatus Jeronimus multos libros* G. R. § 11 om. B. b g. — § 11. *spelunca proxima* G. R. *et* ante *Paula* om. G. *est sepultus cum Paula et Eustachio* R. *eustachium* St. *discipuli sui* St. G. *sepulti* G. R. *sunt ibidem* R. § 12. *Vidi et ibi speluncam vnam magnam* R. *aliam* om. G. R. *plurimorum* St. *fuerant* G. R. § 13. *hoc est* om. G. R. *quinque miliaria* R. B. *a* om. H. *contra merid.* G. *ad merid.* R. *suis* om. G. *sepulti sunt* St. § 14. *eciam* om. R b. *habent veneracione* St. b g. *et* ante *maxime* om. G. *maxime quia illa prouincia adhuc dicitur Abraham* G. R. *propter Abr. et* om. G. R. b. *terra* om. G. R. § 15. *quidam ager* G. R. B. b g. *et pro* H. § 16. *Et solent eciam Sarraceni* R. *solent eciam* B. b g. *vescendum* St. § 17. *Quantumcunque effossum est* om. R. *Per circulum anni repperitur re integra* R. § 18. *De qua terra* om. St. G. R. *dicit quidam eciam in eodem loco Adam plasmatum* St. *dicunt quidam* G. R. B. b g. *et* ante *in* om. G. R. *Adam esse plasmatum* G. R. B. b g. *formatum—dicunt Adam* om. R. §§ 19. 20 om. R. — § 20 om. R. b g. *in terra damascena* G. § 21. *tres pueros* H. *tres vidit* om. R. §§ 22—26 om. B. b g. — § 22 om. B. b g. *ad tria miliaria a Bethlehem* G. R. *caritot* St. § 23 om. B. b g. *in eadem eccl. esset abbas* R. *monachi eius* St. R. *ipsius* om. G. *eum* R. *ad* om. St. *superstites* om. R. *esse nolumus* G. *et* ante

omnes om. St. *presenciarum* St. *in presencia abbatis agonizare ceperunt* G. R. *omnes monachi ag.* St. *carnaliter* om. R. *temporis videbantur* R. § 24 om. B. b g. *autem* om. R. *incremarent* R. *super eos ignem* St. G. R. *odor* St. G. R. *non tetigit eos* G. R. § 25 om. B. b g. *eiusdem ecclesie* G. § 26 om. B. b g. *est sepultus* G. R. § 27. *est locus ad miliare* R. *natum saluatorem* G. R. *nunciauerunt* H. § 28. *autem* om. St. G. R. §§ 29—37 om. B. b g. — § 29. *Iherus. et Bethl.* H. *cenobium quoddam* R. *moniales* R. *pulchre valde quando t. s. p. fuit* R. § 30 om. B. b g. *intellexisset* G. *soldanus* om. St. *sese* St. *faciendo* R. § 31 om. B. b g. *Abbatissa vero ne carni consentiret et dyabolo* G. *Abbatissa vero ne et illae dyabolo consentirent* R. *ludibria essent carnis et dyaboli* H. *sue* om. R. *luxuria mergeret* G. R. *laboris sui hanhelans meritum* R. *annullans* H. St. *mactare in inmund.* H. St. *et facie desiderabili immundissimae carnis consors efficere tamquam* R. *sortem* G. § 32 om. B. b g. *Igitur* om. R. *esset iam pre foribus t.* R. *et confortatione* om. R. *vsa est sermone tali* R. *retribucionis nostre* H. *tribulacionibus vestre* G. *nostre* St. H. § 33 om. B. b g. *soldanus* St. G. R. *iste* St. *nostre virginalis pudoris* H. *nostre virginitatis* G. *vestre virginitatis* R. *prompto* H. R. § 34 om. B. b g. *non possumus* G. R. § 35 om. B. b g. *Utimini* R. *ergo* om. R. *meo consilio* G. *ego fecero* G. R. *et* ante *vos* om. St. G. *hoc facite* G. *facite* G. R. § 36 om. B. b g. *unanimiter accepissent* R. *accep. singule* G. R. *singule haberent* St. *ipsa—singule* om. G. *primitusque* St. *spontanea voluntate* St. § 37 om. B. b g. *confusus* om. H. *vehementer obstupuit* H. *confusus est et constantiam et prudentiam illarum admirans abiit* R. *constanciam illarum* St. G. *approbatur* St.

Cap. XI.

§ 1. *Inde ergo pr.* R. *a* om. H. *veni ad camp.* St. G. *iui* R. *fuit resuscitatus* G. b g. *Dominus Lazarum resuscitauit* St. § 2. *Moloch* St. G. b g. *Malech* R. § 3. *descendi* H. *vidi* G. R. b g. § 4. *vt dicitur in ew.* R. *in ewang. habetur* St. *homo — etc.* om. St. *homo quidam descendens* G. § 5. *Adonim* St. § 6 om. R. *enim* St. *humanus sanguis funditur* St. § 7. *et locum* R. *illum* om. G. § 8. *Transiui et* R. § 9 om. G. R. *iussit ut sanaretur sterilitas aque etc.* St. § 10. *ad sinistram* St. *querentium* om. R. §§ 11—18 om. R. — § 11. *Est eciam* St. *eciam est* G. Codex G. transponit §um 11 post § 12. *vbi dominus temptatus' eciam fuit* G. § 12 om. B. § 14. *eciam* om. St. § 15. *ascende* om. St. § 18. *castra galylee* St. G. B. b g. *esse solebat helyas et helyzeus prophete* St. G. *prophete domini* St. § 19 om. R. *Vidi eciam ibidem* om. H. *prepuciorum et* om. G. *ibidem locum flent. et ac. prep.* St. *scilicet* om. H. G. *baptista prophetauit* G. *dicens* om. H. *potens est deus* St. § 20. *Et transiui* R. *et* ante *ubi* om. H. *est baptisatus* R. § 21. *in quo est pulcra ecclesia est constructa in hon. s. J. b.* R. § 22. *In quo eciam* St. *epiphanie festo* St. *et* ante *Suriani* om. R. *magna multitudine et ibi pueros* R. *baptizent* St. § 23 om. B. b g. *ad* om. St. *et preceptum* St. *et Elizei* om. G. R. *parietum se diuisit et sibi transitum* R. *et prebuit transitum* G. § 25. *Ista eciam* St. *Achorin qua pro aurea torque et clamide subtracta in Yericho lapidatus est* R. § 26. *eciam* om. R. *est speciosa* R. *speciosissima* G. *non tamen* St. *enim* om. H. R. *verissime dixit mihi* G. R. *sicut dixit mihi ductor meus* St. § 27. *ibi* om. St. *quem uix* St. *quod uix* R. *una manu posset tollere de terra* R. *manu a terra possit* St. *manu potuit tollere de terra* G. § 28. *a* ante *fetore* om. St. *viciorum* om. St. *sapmorum* H. *sua* om. R. *sui* St. *penitus prinata* St. *melle* St. *adhuc sucus* St. *unde zucarum conficitur* om. R. § 29. *Sunt etiam quedam arbores cum pulcerrimis* R. *pulchre* om. G. b g. § 30. *vicia sapit* St. *et si quis ramusculum* R. *de hiis* G. B. b g. *de his arboribus* St. *tota die habebit manus fetidissimas* R. *ille* ante *per* om. G. B. b g. *ille fetor* R. *cuiuscumque* om. G. *per aliquas ablutiones poterit cito aboleri* R. *subito* om. G. B. b g. *cito* R. § 31. *Hinc non longe Bethel ubi Jacob* R. *pauper* om. G. B. b g. *supra* G. *suum* om. St. G. *obd. dum* R. *descendentes et ascend.* St. G. § 32. om. B. b g. *Inde non* R. *hinc* om. St. R. *tumulum* St. R. *dimidia* om. G. *rediret* H. *altare mire magnitudinis constr.* H. *turrim mire magn.* G. *ciuitatem mire magn.* R. § 33. *Transiui* H. *ergo* R. *et ueni* H. *ueni ad campum* R. *et ad locum* om. G. R. *conuertit* G. *asfaltalis* H. *aspalte uel aspaltidis* St. *affalte uel affaltidis* G. § 34. *autem lacus* om. R. *perutilis* St. *utile* G. R. *medicis* G. § 35. *Dicitur et lacus iste* R. *quod nihil* G. §§ 36—39 om. B. b g. — § 36. *Ibi eciam homo* St. *eciam* om. G. R. *mergere uel uiuere* St. *uel mergi* G. R. *potest* H. § 37. om. B. b g. *Totus enim* G. *ac pedibus* G. *pedibus proiecit Qui* R. § 38 om. B. b g. *erepti* H. § 39 om. B. b g. *Et si lucerna* G. R. *lucerna mergi* St. G. R. *non possit* St. *non possent* G. *continuo mergeretur* St. G. *lucerna* ante *statim* om. R. § 40. *Locus etiam iste mare dyaboli dicitur quia in exstinctu eius propter peccata* R. *Lacus iste eciam lacus dyaboli quia instinctu eius propter* G. *dicitur* G. b. *quia* St. G. b. *Gomorra et Sodome Zoboym* R. *Soboim* St. G. *submersae* R. § 41. *supra* G. *huius maris* R. *poma extrinsecus* G. R. *pulchra* G. *autem*

om. R. § 42. *exit* om. R. *uentus periculosus eum magno impetu oritur siecus et uirosus et nociuus frugibus et animantibus nomen habens assur* R. *et corpus* St. *usque Accon* R. *supra* St. *ad XII* G. *virus* St. § 43. om. B. b g. *Item* R. *semel* om. R. *egressus* R. *vt peccus multos interf.* R. § 44. *Quandocumque autem egreditur* om. R. *autem* om. H. *amplius nisi* G. *non amplius durat quam per dimidium diem* R. *diutius* om. H. *amplius duraret* R. § 45. *locus enim* G. *multum* H. *colligunt ibi* G. *ibi salem multi* R. § 46. *Jordanis flumen* St. *sicut* H. *a quibusdam* om. G. R. § 47. *baptizatus est* G. R. *ad miliare unum* R. *vnum mil.* B. b g. § 48. *vnde theologus* H. G. *Loth perfida uxor uertitur in salis ef.* (omissis verbis *lambunt animalia cautem*) H. *vnde Theodolus* St. R. *in salis effigiem lambunt animalia caucem* St. G. *in salis effigiem etc.* R. *Loth perfida uxor* om. St. G.

Cap. XII.

§ 2. *Que modo* om. H. *Syra lingua* om. R. *lingua dicitur* St. G. B. *Gozam* G. *Soram* R. B. *dicitur* post *palme* om. St. B. § 3. *Vbi etiam Loth* R. *iuxta in monte* om. St. G. b g. *cum duabus filiabus* St. § 5. *sust. furtiue arb.* H. *et Hair* om. R. *ciuitatem suam* R. § 7. *Est autem balsami lignum* R. *folium vero eius* R. *sicuti* St. G. *formatum est* R. § 8. *in mense Maio* om. H. *de ligno* om. G. B. b g. *stillabat* St. *quod in* G. b. *et* ante *per* om. R. *aliquos m.* St. B. b g. *columbino* St. *columbarum* b g. *et reseruatur* om. H. § 9. *primum a* H. *a* om. G. § 10. *balsamus formatus in stercore in colore est et in liquore* H. (punctis subscriptis sub vocabulis *in sterc.*) *est formatus* G. R. *calore* G. *est formatus et dispositus sicut purum oximel* R. *in colore et liquore* R. B. § 11. *habet* om. G. *vnde — irrigari* om. R. *posset* G. *rigari* St. §§ 12—16 om. B. b g. — § 12. *in* ante *montem* om. St. G. *in quo erat* G. *latuit* R. *prescidit* St. G. *purgauit* St. *a sinistram manum sethim* St. *sethini* H. *remanserunt* G. *quum reliquit eos* R. *reliquid* G. *annis* St. § 13 om. B. b g. — § 13. *pecoribus* G. R. § 14 om. B. b g. — § 14. *in cauernis terre et petrarum* R. § 15 om. B. b g. — § 15. *plana et del.* G. *est* om. G. *habentur* G. § 16 om. B. b g. — § 16. *tribus* ante *Manasse* om. H.

Cap. XIII.

§§ 1. 2 om. B. b g. — § 1. *post* St. G. *terribilem horripilem et pr.* St. *me multum perturbauit* R. § 2 om. B. b g. § 2. *In desc. eius et* R. *vitam consumaui* R. § 3. *umquam* om. G. B. §§ 4—15 om. B. b g. — § 4. *unde hoc* St. G. *Ubi dominus dixit ei* R. § 5 om. B. b g. — § 5. *vade et cont.* G. R. *videbis — intrabis* om. G. § 6 om. B. b g. *inplanus* St. § 7 om. B. b g. *huius montis* G. *et grecis* H. *et pernoctaui* St. G. § 9 om. B. b g. *Hinc* St. *nobe* St. *fasga* R. *phogor* H. *segor* G. *mandian* G. § 10 om. B. b g. *propheta baalam* St. *balam* G. *filiis* R. *e contrario* G. *in contrarium cessit* St. § 11 om. B. b g. *peccauerunt cum virginibus Madianitarum* om. H. *cum virginibus et Madianitarum ex consilio Balaam* St. § 12 om. H. G. R. B. b g. *deformissime fuit* St. § 13 om. B b g. § 13. *Ibi eciam filii Israel* om. H. *iniciati sunt Belphegor* St. G. R. § 14 om. B. b g. *celauit* H. G. *sua* om. St. *genitalia ipsorum* R. § 15 om. B. b g. *precepit dominus precepit moysi* G.

Cap. XIV.

§§ 1—10 om. B. b g. — § 1 om. B. b g. *Deinde abarim* G. *per* om. R. *et* ante *Esebon* om. St. *Ezebon* G. R. *torrentem magnum* R. § 2 om. B. b g. *terram* om. St. *occupauerant* St. *regem* St. § 3 om. B. b g. *balaam* St. *balam* G. § 4 om. B. b g. *ciuitatem quandam* St. *quondam* om. G. *et* om. R. *tebda* St. *robdam* G. *rabdam* R. *modo destructam* G. R. § 5 om. B. b g. *ciuitatem — munitam* om. G. *valde munitam* St. *erach* R. *traho* G. R. § 6 om. B. b g. *Post* H. *quadam* om. St. G. R. *susceptus* St. R. *rec. sum* G. § 7 om. B. b g. *tempesto noctis* H. *noctis silencio* R. *facie reuerendus* om. G. R. *venerandus* St. *quia attulit* St. *ydeomate suo* G. § 8 om. B. b g. *horridam* G. *prof. nimis* St. *et profundam et horrendam valde* R. § 9 om. B. b g. *filii* St. *prebuerunt transitum* G. § 10 om. B. b g. *enim* om. G. R. *horrida* St. § 11. *uiuus mori* H. § 12. *ubi etiam* G. *ubi et* R. *sororum* St. *socorum* G. *de nimio frigore* G. R. *tandem* om. G. § 13. *Inde ueni ad rippam* R. *federis Domini* R. § 14. *locum* om. G. *adhuc* om. G. R. *sepe de nocte* G. R.

Cap. XV.

§ 1. *transiui* R. *per* om. R. *quandam et veni ad montem* R. b g. *dimisi — sinistram* om. R. B. b g. § 2. *sabaoth* G. R. *sabaoth vel sabach* R. § 3. *illius* St. B. b g. *situm est* St. *optimum* G. § 6. *acceptus* G. B. *in hospicio* H. *gallicam*

uiduam G. *uillica gallica* B. *confirmauit* St. *et modo itineris* om. R. *uiatica* St. B. b. *panes bis coctos* St. *vnam passam* G. b g. *vuas passas* R. § 7. *eciam mihi* St. G. *et camelos* G. R. *alii uia non est p. d.* St. *non esset* G. *per* om. G. § 8. *et fide* om. H. *iurata fide* R. *lege sua* G. R. *conueni* R. B. b. *hoc pacto* R. *reducerent uiuum et mortuum* H. *uel* ante *uiuum* om. G. B. b g. § 9. *cum duct.* (sed signo delendi subscripto sub litera c) H. *cum ductoribus meis* R. B. b g. *cum camelis* om. H. *cum camelis eorum* G. *et camelis terram eorum* R. *terram* ante *bonam* om. G. R. § 10. *et dimisi* R. *a dextris* G. *Archim* om. R. *quandam metrop.* R. *Arabum dictam ciuitatem Arram magnam* R. *modo destructam* H. *eduxit Moyses* G. *aquam eduxit aquam* R. *terra illa* G. § 11. *illum* om. H. G. b. *fuerant* G. R. *serpentibus incognitis* R. *lesionem* St. *serpentem eneum* R. *partica* G. R. b. *pratica* g. *vnde in conspectu* G. *vnde in conspiciendo illum* R. *in aspectu* St. *lesi sanabantur* R. § 12. *per* om. R. § 13. *hinc insuper me* G. *areuati* R. *via quedam* R. *et in altum* St. *et tenebrosa* St. R. *videre aerem* St. § 14. *in rupibus istis inueni mansiones* G. *in petra excisas* H. *hominum* ante *pulchras* om. G. *ualde* om. H. *et cameras* om. G. R. *usus hominis* H. § 15. *Omnia ista deserta erant* G. *Omnia destructa erant* R. *habitationes* om. G. R. *habitudines* H.

Cap. XVI.

§§ 1—3 om. b g. — § 1. *item ueni* St. G. B. *inde* R. *hor* St. *mortuus fuit Aaron* St. B. § 2. *ecclesia est constructa* G. B. *in quo* H. § 3. *Mustera* R. B. § 4. *magnus est* H. *supereminens* R. *montes omnes* G. § 5. *istius* St. *primum* St. G. B b. *per gradus* R. § 6. *desertam Babilonem que* G. *et* ante *solitudinem* om. G. *et heremum* om. G. R. *Birrithe* R. *quandoque filii* H. b. *quamcumque* St. *israel quinquies* G. *Israel sexcenta milia Dei* R. *quondam* (?) g. *prouid. Dei* St. b g. § 7. *ubi* G. *ostendit filiis Israel* R. *malicia sua*, omisso vocab. *nimietas*. G. R. *malicia sua bonitati et voluntati Dei non obedierunt, multi perierunt* R. *propter suam maliciam* om. G. R. § 8. om. B. b g. *relinquens* H. St. (?) *Barne* om. R. *et Aaron* om. G. R. § 9. *igitur* om. St. *itaque* G. b g. *anerosam* in margine *aceruosam* a manu posteriore G. *anerosi sunt* G. § 10. *enim* om. G. *adeo* R. *eciam* om. H. *illuc* St. B. b. *ibi* G. R. *ire* om. G. R. *iter agentibus ibi plurimis periculum oriatur* R. *vento et replet* R. *ibi spargitur* G. § 11. *incedere nouerunt* St. § 13. *Nullus autem* St. B. *incedere potest* G. *tempore estatis* R. § 14. *addextris* St. *a dextris* om. G. R. B. b g. *contra Aaron* om. R. *absorti* H. b. §§ 15 et 16 om. G. R. B. — § 15. *sese* St. *sinum suum largiorem* H. *vocauit* St. *eorum etc.* omissis verbis *et aperiens — conplices* St. § 16 om. St. G. R. B. b g. *ut* sit in solo H. § 17. *Ibi eciam* St. *Item* om. R. *Aaron Ethiopia* St. § 18. *montes Ethiopie* om. G. *altissimi Egypciorum* G. R. *ibi* cum lacuna, ubi reliqui *ibicibus* H. *duxit egiptiorum exercitum* H. *duxit egiptiorum exercitum* St. *antecedentibus exercitum et* H. *exercitum antecedentibus* St. *a* om. St. *a serpentibus* R. § 19 om. b g. *sabbam* G. *sabba* R.

Cap. XVII.

§ 1. *ad mare rubrum ueni* St. § 2. *Et ponitur continens* R. *continens* om. G. *procontencio* St. *est rubea* G. § 3. *Inueni enim* H. *maris huius* G. *conchas et* om. H. B. *et cocleas* om. R. B. *et similiter lapides* G. *similiter et lapides* R. *labides* H. *et quosdam aurei coloris et quasi sculptos* R. *ac si artificiosos* om. G. B. *et quasi artificiosos* St. G. § 4. *quam* om. St. *nimium delectauit* G. *nimium delectabar* R. *mater est societatis* St. *verum quia — quia nimia* om. G. *mima* (i. e. minima) H. *sed quia nimii erant fastidiui* G. *sed quia nimium erant fastidiui* R. § 5. *nimimum* St. *uinum* G. R. § 6. *a littore* om. St. *a littore maris huius* G. *a littore huius maris* R. *et dimidium* St. *in isto mari* om. G. R. *vidi quoddam castrum* G. R. *castrum quoddam* St. *situm* om. G. *et latini* H. *sed omnes isti erant piscatores soldani*, omisso vocab. *et* G. R. *et illi* om. G. R. *aliam* om. St. *milieiam aliam* G. *preter piscaturam* G. R. *non aliunde* G. § 7. *uero* om. H. *uero caro* St. § 8. *ab omni loco hab.* R. *ad* om. G. § 9. *in loco* om. G. *defecerat* St. *defecit mihi quod mecum* G. *defecerunt mihi que* R. *aqua quam* om. G. R. *et salsam* G. *croceam* om. R. *inde* om. G. § 10. *alium* om. R. *liquidissimum* St. G. *si quis bibit* R. *crines suos* St. § 11. *longe hic* St. *Thomas apostolus* G. R. B. *beatus Thomas quiescit* St. § 12. *rubrum nauibus suis* St. G. *in* om. St. *et per Geon* H. G. *Gyon* St. R. *i. e. Nilum* om. G. R. § 13. *rubrum cingit* St. G. R. *arabiam munidiam egyptum* St. *mimediam* G. *mirmiduam* B. *ethyopiam arabiam et egyptum* R. § 14. *Mare rubrum* om. R. G. *Habet autem optimos pisces* G. R. *pisces habet peroptimos* St. *quos eciam* H. *quosdam et* G. § 15. om. b g. *et ex altera* H. § 16. *Dies quinque iui in m. p.* G. *quinque transiui in magno periculo* R. *collacione* G. § 17. *Relinquens ergo* R. *aqua solet* G. *est* om. St. *pluuia est grauis* R. *de pluuia gyrans montes* St. § 18. *gyrans per varios montes* G. R.

circuiens R. *deinde ueni* R. *qui sarracenice — montem Synai* om. G. *thursim* St. *thurschim* R. § 19 et 20. *autem duos* om. H. *longius qui* R. *precedentes me horam* omissis verbis *Obseruabant autem* G. R. § 21: *fecerunt Sequitur* (minio rubro scriptum) St.

Cap. XVIII.

§ 1. *plura sunt* G. R. b. *huius deserti* St. G. *itesi nociui* G. *nociui* R. b. *et uermes et serp.* om. H. § 2. *dum* om. St. G. *pluit* om. G. R. *de aqua* G. *quia dum aqua colligitur per montes tanta inundacione defluit et replet desertum, ut nullus possit hoc periculum effugere* R. § 3 om. R. *homines* om. St. G. B. *transeuntes cogit* St. b g. § 4. *Aquae eciam penuria, quae, quando non habetur nisi de quarto die in quartum vel* R. *die* om. H. § 5. *arabes* om. H. § 6. *tempore estiuo* G. B. b g. *desertum* om. St. *pertransire* H. § 7. *Pauce autem* R. § 8. *est eciam* St. *socero suo* G. *speciosa* St. G. *Jetro sacerdotis Madian* R. B. b g. *qui videt ardere rubum ubi etiam* R. § 9. *pugnauerunt* St. *orauit* H. *ur* H. *sustentabat* H. St. *brachia sua* R. § 10. *Ibi eciam* om. St. *conflatilem vitulum* H. § 11. *Ibi eciam Nadab* G. R. B. b g. *habin* St. *abiud* R. § 12. *stabat* om. H. *quando Moyses* G. *ardere putabat* G. R. *incombustum obstupuit pulchra* om. G. R. *ecclesia constructa in* G. R. *beate virginis* om. G. *nostre intrinsecus* St. G. *polita* G. *furrata* St. *forrata et* om. G. R. b g. *blumbo* St. *lampadas* H. § 13. *Iste eccl.* G. B. b g. § 14. *unam habent* H. *tantum* om. St. *portam que est ferrea* R. *ferream et firmam herentem* St. *firmam* om. G. R. § 15. *alto et forti* St. § 16. *Quos quidem* St. *sunt subdiuisa* St. *duo scilicet* om. R. G. b g. *commanent* R. *ubi senem* St. *possint iuuenes* H. *senem iuuenis possit* G. B. § 17. Vocabula *singula* post *altaria* et *oratoria* om. H. *singula altaria, singula oratoria* St. B. b g. *principalem ad* om. St. *signo dato* G. B. b g. *omnes simul* om. H. *omnes* om. b g. § 18. *enim multo* om. G. *multo* om. G. B. b g. § 19. *et* ante *commune* om. St. R. *sed unam* St. *in medio refectorii* R. B. b g. *positam* om. G. *eorum* om. H. b g. *et in circuitu* om. G. R. § 20. *Alternis vero diebus et festiuis comedunt* G. *festis alternis diebus* St. *festiuis alternis diebus* G. *alternis vero diebus in domiciliis* R. b. *eorum* om. G. § 23. *paucis* om. St. *sollempnitatibus paucis* G. *in quibus* R. *uino modice* H. § 24. *et sanos de rubro mari* G. R. *bonos habent* St. G. *oleum et dactilas*, omisso vocab. *satis* St. *oleum sufficiens*, omissis vocabulis *et dactilos* G. R. § 25. *et* ante *quasi* om. G. R. B. b g. *sine plumis et* om. R. § 26. *que* ante *habent* om. G. *habent* om. H. *portantur* G. § 27. *Est autem* R. *capittulo* St. *capitolio* G. *stabat quem Moyses ardere putabat* R. *ueneratur* St. § 28. *Hunc locum* G. R. § 29. *rex de Babilonia* G. R. *fuerat ibi* G. *fuit ibi* R. § 30. *ego* om. R. *adorauit* R. § 31. *ablatus* R. *per reliquias* G. *autem* om. G. *est factus* G. *lameis* G. *stans aurea ad dexteram* H. *a dexteris* St. § 32. *super rubum et ymago Moysi aurea stans in sinistra* R. *discalciata ubi* R. *et nudis pedibus* om. G. *nudus ped.* R. § 34. *adhuc* om. G. *depictam* St.

Cap. XIX.

§ 1. *beate* om. H. § 2. *mirabiliter prep.* G. R. § 3. *cuius* om. H. *coopertorium* R. *est eleuatum medio* R. *ad modum arche* H. *et* ante *aperitur* om. St. § 4. *Cum autem* R. *illius loci* G. *intellexit* St. *luminaribus accensis* G. *et illum aperuit* R. *et mihi retrospiciens et uidi* G. § 5. *ambiguitate* G. *capud* R. § 6. *adhuc coherentia* St. G. *in balneo* om. G. *de poris sudor guttarum erumpat* St. *erumpit et non de tumba, sed de articulis membrorum oleum effluit* R. § 7. *virginis narrat* G. *eiusdem collis* H. G. *eiusd. montis* R. *et collatum* om. H. *translatum et sepultum* R. § 8. *De translatione autem eius in predictam ecclesiam dixit* G. R. *autem* om. St. *ecclesiam predictam* St. B. b g. *qui — quidam* om. G. *solitarius* om. G. B. b. *in eodem colle ab* omissis verbis *parte — alio* R. *corpus beate Kat.* St. *beate Kat. uirginis* G. *collocatum* St. R. b. *fuit* G. R. *fuit collatum* G. *fuit collocatum* R. *de die et de nocte* R. *igneam et* R. *lucis* R. b. *corpus eius erat* R. § 9. *uidit* om. H. *uidit intimauit et locum* R. *indicauerit* G. § 10. *et suppliciter in processione* G. *cum heremita* G. R. B. b g. § 11. *quo dum* H. B. b g. *dum quidem* G. *uel unde — uehementer* om. G. *uel unde — quando* om. R. *quare uel per quos* St. b g. *quando* om. St. *ibi deputatum esset ammirantes* G. *depositum esset* R. *ibi* om. R. *uehementer* om. G. R. § 12. *et ignorantes* om. G. *quidem* St. G. *de abacuc* H. *sed non per capillos* G. R. *capillos missus hic ad montem Sinai miraculose translatus* R. *huc* om. H. *hic* G. R. *translatus* G. R. *Dei gracia et* om. R. § 13. *corpus esse* St. B. b g. *uoce edocuit edocuit et per* H. *illo* St. b g. *illic* G. R. *collocatum* G. R. B. *translatum* G. § 14. *Cuius suasione* G. *in eius ecclesiam* G. R. *detulerant* R. *qui locus* H. *et — inhabitabilis* om. H. *corpus* om. St. *fuerat* om. H. § 15. *vsque meridiem* G. § 16. *ipsum* om. G. b. § 17. *mirabilia* St. § 18. *in continenti* om. G. R. *existerem illic contigerat* St. *illic* -

om. G. R. *insigne hoc miraculum* G. §§ 19—23 om. B. b. — § 19 om. B. b g. *unum de camelis* R. § 20 om. B. g. *elongati a monacho per aliquod spacium essent* G. *disiuncti essent* R. *ad aliq. sp.* H. *cum camelo* om. H. G. *ad comedendum* G. § 21 om. B. b g. *pro oleo* om. H. *aspecto* G. R. § 22 om. B. b g. *festinanter* om. H. *aliquam porcionem olei* G. *ut ipsis partem olei erogaret* R. § 23 om. B. b g. *et soluens quem ipsi soluerant* G. *monachus annuens et utrem soluit* R. *soluerunt* H. *autem effud.* H. *ante* om. G. *et purissimum* om. G.

Cap. XX.

§ 1. *dictum est* H. *sancte Kat.* G. *ad transferendum* St. R. *eandem* om. G. *peruenit* G. *et ad se mis.* om. St. *a se* H. *percussus* St. R. § 2. *palpantibus* St. b. *eciam inuoluit* H. § 4. *ruinam* H. *adhuc* om. H. § 5 om. G. B. b g. *meritis* H. *caput suum sic* H. § 6. *ille* St. *vix pergens* G. § 7. *ut nisi dum* G. *in mentem* om. H. *et plurimum* H. *plurimum* om. G. *ipsum nec mirum* om. G. R. b g. *maxime penituit* G. *peccati piguit — matris ad* om. G. *piguit presumpt. fatue* om. R. b g. *fame* H. *et reuerens* om. H. R. *ac defensorem* om. R. § 8. *causa* om. St. R. *tam* om. H. *beate Katerine uirginis et martiris ad* R. *a honorem* H. *in honorem* G. *contulit eidem ecclesie larga predia* G. *adhuc monachi libere utuntur* R. *urbi deseruientes* H. om. St.

Cap. XXI.

§§ 1—3 om. B. b g. — § 1 om. B. b g. *adducere* G. § 2 om. B. b g. § 3 om. B. b g. *perculsi* St. *repercussi* G. *poterant* St. G. *iudici pannos* St. G. § 4. *Cum autem apud* R. *per* om. St. *tribus diebus, quarto die rogaui* R. *quatuor enim dies feci apud eos* St. *feci—ipsos* om. R. b g. *daret* om. H. *ut me duceret* St. R. § 5. *ipso* om. St. G. B. § 6. *magnus est* H. § 7. *deum hab.* St. G. B. § 8. *et adeo preceps ualde* H. *si* om. H. *ibi* G. R. B. *siue ab aliis uiris* R. *sanctis* om. R. *exstructos* om. G. *quisquam* St. *non* om. R. § 9. *et* om. H. *inde existens* St. B. *existentes* G. R. b g. *ad modum turrium* G. R. B. b g.

Cap. XXII.

§ 1. *Synai* om. St. G. R. B. § 2. *Cum—montis* om. R. *capellam* G. *claustrensibus* H. § 3. *diuina dei* H. *potencia* om. R. §§ 4—9 om. B. b g. § 4 om. B. b g. *illo* om. H. *in loco illo* G. *posset in loco permanere* St. *illo* H. § 5 om. B. b g. *ergo* St. *autem* G. *intollerabilem posttergare* G. § 6 om. B. b g. *aliqua nec* G. *amittere disp.* G. *curiis* G. *beati moysi* St. *reponunt et abscedunt* H. *abscondunt* St. § 7 om. B. b g. *predicto loco ut* G. *sepedicto monasterio* R. § 8 om. B. b g. *ubi apparuit* G. *aperuit* H. *constructa* om. G. *domina nostra beata* St. *acc. causa it.* om. G. *residua* H. *non amplius reditura* om. St. *redit cura* G. § 9 om. B. b g. *Illi — pulex* om. St. *non amplius comparuit* St.

Cap. XXIII.

§§ 1—10 om. B. b g. — § 1 om. B. b g. *tempore predicti monachi cum* R. *illuminicacionem* St. G. *luminationem* H. *monasterii sui* St. *abscedere disp.* St. G. § 2 om. B. b g. *mos* St. R. *et videtur eis* G. § 3 om. B. b g. *sua* om. G. *decedere* H. *de eodem modo* St. *facie ad fac.* om. H. *domina nostra* om. G. *beata uirgo Maria* om. St. *uirgo* om. G. *iterum* H. *eis* om. H. § 4 om. B. b g. *Que cum* G. *recessus* H. *quia* om. G. *in quam* St. *indeficienti* St. G. *indeficienti oleo* St. § 5 om. G. B. b g. § 7 om. B. b g. *igitur* om. St. G. *habetur et de eius oleo habui* St. G. *habui que* R. § 8 om. B. b g. *domina nostra* om. St. *ibi* om. G. § 9 om. B. b g. *Hanc asc.* R. *antedictos* St. *predictos* G. *helysei* St. *diebus et ibi* St. *petre ad uidendum* om. G. *ad uidendum dominum* St. *et uidit dominum et uidit uentum* St. *uidi* G. *et* post *dominus* om. H. *fregit* G. *et terre motus* H. G. *post ignem* om. St. G. § 10 om. B. b g. *uenit* om. G. *sibilis* St. *tunc* om. St. § 11. *ab alio* H. *loco* om. St. § 12. *ei* om. St. *et ibi loquebatur* H. B. b g. *eciam* om. G. *cum eo sicut loquitur amicus c. a.* St. § 13. *in inferioribus illius* R. *istius* G. *et lapis et cauerna*, omisso verbo *est* St. *est lapis* G. B. b g. *abscondit se Moyses* G. *videre Dominum* G. *ubi dixit domine ostende* R. b g. § 14. *Dominus ayt dicens* St. *autem* om. St. b g. *et faciem* G. *sed fac.* b. *transiero* G. B. § 15. *autem* om. H. St. *soluta* G. *tamquam cera* G. *laxata* St. G. B. b g. *laxtata* R. § 16. *linthiamentorum* G. *lintheamentorum* R. § 17. *tamen* St. B. b g. § 18. *Ab acumine* G. *per circuitum* St. § 19 om. B. b g. *helym* St. G. R. b g. *elim* H. *sed lo* (sic) St. *illum* om. St. § 20. *Numquam uiderunt ibi* G. *coeli rore* R. § 21 om. B. b g.

Et om. H. *ibi essem* G. *modica fuit pluuia cum ante V annos non pluisset* St. *pluuia pluit* G. *in quinque annis* G. *ante* om. G. § 22. *Notandum autem* St. G. *sui parte* St. *parte sui* G. b g. *mons synai* St. G. *ubi Moyses-Oreb* om. St. G. *episcopus illius loci* G. R. *lapidis* om. H. G. *portauerunt* H. *ministrauerit* St. § 23. *locum illum* G. *positum fuit* St. *erat* G. R.

Cap. XXIV.

§§ 1—33 om. Berol. — § 1. *ad* ante *Babilonem* om. G. § 2. *protendit* H. *tamen inde brachium* St. *autem* G. *mari in aliud ad modum* R. § 3. *ab origente* G. *fluuia* H. *gyon* St. R. b. *qui et Nilus dicitur* St. R. *dicitur ciuitatem Alexandriam* R. *damiatam et alexandriam ciuitates* G. § 4. *Nilus* om. G. *in mense Julio* G. *per* om. G *XL diebus* G. *totidem noctibus* R. § 5 om. B. b g. *ducunt* G. *Nili* om. G. *alueolum* H. § 6. *semina* om. H. § 7. *crescit* St. *in long.* G. *digiti* om. H. § 8. *Egyptii* om. H. *quoddam signum* om. H. *infertilitatem* H. *sterilitatem uel ubertatem* St. R. *inundans* St. *erit infertile* St. § 9. *et continet* G. *tres* om. G. *babiloniam* St. G. *bab. et damiatam* St. § 10. *Babilon firma est* omissa negatione H. *Babilon infirma* omisso verbo *est* St. *non habet* G. *sed est* om. H. St. G. *modum diues* om. G. b g. § 11. *triginta* R. *sunt munite* R. § 12. *est* om. St. b g. § 13. *ibi flores* H. § 14. *sues et* G. § 15. *autem* om. H. R. *in ecclesia alexandrina* R. § 17. *issim* St. *assim* G. *ysini* R. § 18. *qui omnes christiani sunt* G. *est christiana* St. § 19. *Et singuli habent crucem in frontibus suis*, omissis verbis *homines prou. illius* G. *illius prouincie* St. B. b g. *suis* om. H. R. *cum pueri sunt* St. G. b. *cauceriantur* St. *cauterizantur* G. B. *carecterisantur* R. *in* om. St. § 20. *est fides* St. *Babilonem in tanta mult.* G. *lapis in Bab.* St. G. B. b g. *Babylonem lapis* G. § 21. *quedam ciuitas* St. *uocatur meth* St. G. *mech* R. *tumba mamech* R. *magmet* B. *quam* om. G. *remotis partibus et diuersis regionibus* St. R. *regionibus* om. G. *et sarraceni* G. *celebrat* G. *ad* om. St. *peregrinantur christiani* om. H. G. b. § 22. *ibi nisi* G. *offerat* St. G. B. b. *aureum denarium offerat* St. *aureum nummum offerat* G. § 23. *Ibi — affectus* om. G. *effectus requiritur* St. *plus aurum quam cor contr.* om. St. b g. *requiritur* om. H. § 24. *ista* St. G. B. *maiunet* St. *magmet* B. *sicut multi asserunt* St. G. B. b g. *est* om. H. *immo superest* R. § 25. *amplius quam* St. *plus de* G. B. b g. *est totum* H. § 26. *sic pl.* St. *truphas* St. B. b. *trufas* G.

Cap. XXV.

§ 1. *maiunet* St. *magmet* B. *epilencicus* St. *et de* St. § 2. *hic animo heretico tam* H. *animo heretico* om. G. *corporibus* G. *et carnalibus* om. G. *corruptus et* St. *pot. esset* om. G. § 3. *adhuc* om. H. § 4. *parad. esse* H. *et aqua manencia* G. § 5. *et* post *Predicauit* om. St. *Pred. eciam* G. *in predictam rec. paradisum* G. *et ibi — paradisum* om. G. *et libitum* St. *multorum annorum* H. *annorum bonorum* St. § 6 om. B. b g. *sibi* om. St. G. *docebat pacienti* St. *pacienti* om. G. § 7. *quilibet* St. *licet* R. *mulieres legitime* St. G. R. *et expensis et necessariis* G. *prouidere tenebitur* G. § 58. *siue cum sclauis* om. G. B. *slauis* H. *etsi* G. *potest* St. *poterit libere* G. § 9. *libera* St. *poterit constit.* G. § 10. *uero* om. St. *siue sclauis* om. G. *si qua* St. *a seruicio* St. *a domino domini* H. *libera a dominio domini sui erit* G. § 11. *quidam* St. *licet pauci* St. G. *qui unam tantum* G. B. *uxorem habent* H.

Cap. XXVI.

§ 1. *eciam circumciduntur* G. *et diem circumcisionis sue* R. *et leticia* St. G. *agunt et let.* G. § 2. *eciam* om. St. G. *faleratis* G. *eindato* St. *et cynd.* om. G. *personas* H. § 3. *diem natalis sui* G. R. *sui in maxima solemnitate celebrant* R. *kalendas similiter obseruant* H. *kalendarium similiter* b. *et auguria* St. § 4. *est* om. St. § 5. *Christum* om. G. *maumeth fuisse* G. § 6. *uere* om. G. B. b g. *eciam tandem* H. *et tandem in coelum corporaliter mirabiliter* St. § 7. *nostra euangelia* St. *nostra* om. G.

Cap. XXVII.

§ 1. *ut supradictum* H. *iam suprad.* G. *interrogatis* H. *cum ipso — Katerine* om. H. § 2. *Cum autem — eos* om. H. *fuissem apud* G. *intellexisset* St. *voluptate discessus* G. *recessus* H. § 3. *beate Kat. uirginis* St. § 4. *honerauit* H. *et* ante *dato* om. G. *tam piscium fructuum quam panis* G. *ire permisit* St. *in pace* om. St. § 5. *accepto* H. *Dei gracia et vita comite* om. G. *Accon incolumis usque perueni* G.

Cap. XXVIII.

§ 1. *Notandum eciam* G. B. b g. *Iherusalem* G. B. b g. *posita est in umbilico mundi* H. *terre uel mundi* G. R. *est posita* G. *mundi* om. G. § 2. *et persia* St. *arab. ethyop.* G. B. b g. *persida* G. *parschia* R. *medit. mare* G. B. b g. *a philistea* H. *in media mons* G. *mirmidia* B. *a galilea* H. St. *syrea* G. *et ante Damascus* om. St. § 3. *in duas sectas* R. § 4. *quidam* ante *Greci* om. G. *quia unam* G. *spiritalibus* H. §§ 5—7 om. B. b g. — § 5 om. B. b g. *sanctum* om. St. *filio simul sed* G. *patre solo* G. § 6 om. B. b g. *ita esse* St. *offerrent* St. § 7 om. B. b g. *esse dixit* H. *plane negauit* R. § 8. *quodam* om. G. *chaldaneam* St. *caldaycam* G. R. B. b g. *digito* om. H. § 11. *Gregoriani* R. *Gregorium* R. *sarraceni plurimum* St. *sarracenis multum* G. *infesti* St. G. B. b g. § 12. *coronam* H. § 13. *Et omnes* St. § 14. *pileos* St. G. R. *rubeos longos* St. *unius ulne longos* G. B. § 15. *qui semper natiuitate* G. *obseruant natiuitatem* St. *celebrant natiuitatem* G. § 16. *contigue* H. *de lege ipsorum* om. G. *disputacio* G. B. *ibi* om. G. B. *odio se habent* St. *ad inuicem* St. § 17. *chaldaicam* St. *caldaycam habentes* G. B. b g. § 18. *sunt ibi christiani* St. G. *in* om. St. *primum* om. H. *alii* ante *Saducei* om. H. *sadacei* G. *capud circinatum* G. B. b g. *solummodo* St. *tantummodo seruant* om. G. § 20. *suis cultoribus* G. *deficit* G. b. § 21. *Isto populos* H. *assessanos* St. § 21. *a iudeis descend.* G. *legem Judeorum non seruant* G. § 22. *Carnem comedunt* G. § 23. *ei usque ad m. o.* G. b g. §§ 24—26 om. B. b g. — § 24. *cultello suo* G. *nobiles* om. G. *inde non curans occidi* om. H. G. § 25 om. B. b g. *satis omnibus patet* G. § 26 om. B. b g. *magna pro parte* St. *ad* ante X om. G. *deuastauit* G. § 27. *chaldaneam* St. § 28. *sunt* om. St. *mirabiliter sciunt* R. *sunt et optimi predones* R. *opt. pred.* om. H. *cursti* (s. *cursci*) G. § 29. *pecora hab.* G. § 30. *Christianos S. et Sarracenos* om. St. § 31. *pileos rubeos* St. G. B. R. b g. *pillium* St. § 32. *roctarii* s. *rottarii* G. *rocrarii* b. *rotrarii* g. *retrarii* B.

Cap. XXIX.

§ 1. *iste* om. G. B. *ierosolima* St. *iherusalem* G. B. *uocantur* G. B. *dimidii cubiti lata* R. *ad modum digiti* G. *in* ante *uno* om. H. § 3 om. B. *ibi eciam* G. *eciam ibi* R. *arbores quorum* H. *est* om. G. *ualent* R. § 4. *que uocantur* G. B. b g. *poma Adam* St. *morsus Adam* St. §§ 5—21 om. Berol. — § 5. *Est eciam* R. b g. *pheronis* H. § 7. *que fructum ferunt* G. b g. *que ferunt fructum grossum dactilorum* R. *habentes* St. *et communem* St. G. § 10 om. B. b g. *Notandum enim* St. R. *enim quod ita* St. *enim ut ita ibi* R. *ita* om. G. *habundant ibi* G. § 11 om. H. St. § 12 om. St. *ierosolimi* H. § 13. *pinguis erat* G. *dum uidi eum* G. § 14. *turrencium* G. *tirenum* R. § 16. *petrensem* G. § 17. *primus habet suffragium* St. G. *sebastianensem* St. *sebastiam* G. § 18. *sepultus est* St. *sanctus* om. St. § 19. *tyrranus* St. *tirrencius* G. *cirenus* R. *suffraganeos episcopos aconensem* G. *cydomensem* G. *Neritensem* om. G. *Cirizensem* R. § 20. *primus habet suffragium* G. Cfr § 17. § 21. *bethleemitarum* H. *liddenensem* G. *et illum qui est de hebron* G. R.

Cap. XXX.

§ 1. *iherosolimi* H. *iherusalem* G. B. § 2. *et annulo et baculo* G. § 3 *erat* om. St. *erat abbas* G. B. b. *in ecclesia montis Syon abbas et canonici regulares* om. G. b. *Josaphat abbas et nigri monachi* G. *ecclesia de latini* H. *latino* G. *latina* R. B. §. 4. *officio prestiterunt* St.

Subscriptio.

Explicit H. *Explicit peregrinacio thitimari Incipit de peruersis hominibus ad terram sanctam confugientibus* St. *Finis peregrinationis ipsius Dythmari* R.

Index rerum et verborum.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U s. V.

W.

Y.

Z.